

I N D E X.

dicuntur. 14.1
Paroxyfmi in die an eūandum fit. 18.1
Paroxyfmi prius in fortitudine communiter ufq; ad quartum addunt. 46.1
Pestis quandoque est in una contracta ciuitatis, non tamen in alia. 69.2
Pefte infecti, qui ex infectione non ægrotant, quare alios inficere poffunt. 28.4
Pefte infectus, quare fic unum hominem inficit quod non alium. 29.1
Pefte quare fic clauftrales, ut alii non moriuntur. 29.1
Pestis quare uni familiæ eueniat, quæ cum debito regimine claufa fit. 29.2
Phlegma falſum an calidius cholera fit. 50.2
Phlebotomia ſi poſt paroxyfmos tres competat, nunquid fieri debeat. 45.2
Phlebotomia cæteris paribus plus in continua, quàm in interpolata conuenit. 54.3
Pulfus temperatus quomodo cognofcatur. 80.2
Pulfuum genera quot. 81.1.1
Pulfum eſſe fortem cur dicatur. 83.1
Pulfus qui in una diſpoſitione remanet, & plus eſt uirtutis debilitatem ſignificat. 83.1
Pulfus duorum laterum ſemper tangendus eſt. 85.3
Pulfum quãobrem febrilis caliditas magnum faciat. 86.1
Pulfum an autumnus fortem faciat. 86.2
Pulfus an ſolo cibo, uel ſolo potu, uel utroq; ſimul plus magnificetur, aut paruificetur. 87.1
Pulfus an ex ſomno debilitetur, uel magnificetur. 87.3
Pulfus uariatur ſecundum uaria tempora apoſtematis in pleureſi, & in aliis apoſtematibus panniculorum. 92.4
Putrefactio duplex eſt. 97.2

Q

Quatuor ex elementis quonam pacto omnia uiuentia conſtent, & alia multa circa hoc ſpeculabilia. 135.1

R

Res magis timorofa de una duarum ſeruari debet. 5.3
Res magis timorofa quomodo comprehendatur. 16.2
Res multipliciter groſſa, ſeu ſpiſſa dicitur. 99.3
Res quo pacto de cryſtalle dicatur. 99.3

S

SALGEMMA unde dictum. 124.2
Sanguis quando in quanto augetur, tunc in uenarum extremitatibus & arteriarum, & in poris acutis oppilationem cauſat. 40.4
Sanguis ad intra uenas licet putreat, non tamen tota maſſa putret. 125.2
Sanguis extenſiue minorem inflammationem quàm cholera facit. 97.3
Saturnus de quarto in quartum innuit. 135.1
Sena, aut aliquod tale in principio paroxyfmi exhibitum, an idem quod uomitus operetur. 77.1

Somnus quid fit. 157.4
Stercus nunquid in ſtomacho generari poſſit. 105.4
Sulphur ut ſemen maſcul. ab alchimiftis ponitur, argentum autem uiuum ut foemininum. 122.4
Sulphurea bibita cur ad maiorem commoditatem non accedunt, cum ampliori ſtypticitate uigeant. 23.3

T

Thermæ omnes principaliter licet non maximè à ſulphure caliditatem recipiunt. 127.1
Tonitruum quid fit, & unde cauſetur. 118.2
Transpiratio prohibita eſt cauſa quaſi ſemper putrefactionis humorum. 13.1
Vapores à ſanguine eleuati quomodo amplius ipſum calefacere poſſint, & cordis caliditatem intendere, cū cordis caliditas naturalis maior ſit quàm in ſanguine & uaporibus. 41.1
Vermes an alibi quàm in ſtō generari contingat. 111.4
Vermes qui in ſtomacho generantur, in quo ab aliis differant. 112.1
Vermes qua ætate magis generantur. 111.1
Vermium cura per incantationes & breues. 115.2
Vena à chilo descendenti duo uenarū rami oriuntur. 94.3
Vinum limphatum eſt ex his, quæ magis humectant, & inebriat, & dormire facit. 12.1
Vinum non eſt ſic apud noſtros coarctandum, ut faciūt Arabes. 15.3
Vrinæ ſubiugalis admixtione quando partes terræ non deſcendunt. 35.1
Vinum nouum clarum magis humectat. 64.4
Vino abſtinere debet corpus ſupercalcraftum, & ualde ſitibundum. 87.1
Vomitus ſpontaneus in principio quid ſignificet. 54.3
Vrina colatur per colatorium ſiue panniculum, quod eſt in renibus. 43.4
Vrinam corruptam reducentes ad ignem, uel ad aquam rectè operantur. 93.3
Vrinæ matutinæ iudicium melius eſt, quàm iudicium diurnæ. 94.4
Vrinæ color unde cauſetur. 94.4
Vrinæ humorales partes in duplici differētia exiſtunt. 99.1
Vrina dupliciter turbulenta, ſiue ſubiugalis cauſari poteſt. 100.1
Vrina cum in ſano foetida perſeuerauerit, quid ſignificare habebit. 101.2
Vrinæ iudicium à ſubſtantia ſumptum efficacius eſt, quàm ſumptum à colore. 103.1
Vrina licet ut ſana ſana appareat, ægrum tamen quandoque mori contingit. 14.2
Vrinale cryſtallinum eſſe debet, aut uitri albi ſubtilis, & non groſſæ ſubſtantia. 94.1

F I N I S.

CANONICA DE FEBRIBVS

IOANNIS MICHAELIS SAVONAROLAE

AD RAYNERIVM SICVLVM.

De definitione febris & eius declaratione. Cap. 1.



FEBRIS est calor additus calori naturali ipsum extraneans in corde primò sic accensus, ut mediante spiritu magis, & sanguine etiã per uenas, & arterias in totum expandatur: ita ut omnes eius operationes impediatur sub causa nõ p̄yma nēs primitiua, & licet de ipsa febre nõnulli aliter senserint; Gentilem tamen nostrum, &

alios, qui ante eum sic de ea iudicarunt, eorum pace in præsentiarum secutus sum scrupulositates quàmplures circa definitionem occurrentes, omittens, practicæ solum, & non speculationibus physicis intentus. Diuiditur itaq; febris in ephemeram, acutã, peracutam, perperacutam, pestiferam, non pestiferam, tropicam, sanguineam, cholericã, phlegmaticam, melancholicam, & ex his compositam: in febremque ex apostematibus cõtingentem, necnõ in eam febrem, quæ hectica nõcupat: de quibus omnibus suis agendũ capitulis. & ut operis nostri, quæ, quantaue sit utilitas, facile comprehendatur; hoc in loco eum inscribam ordinem, qui de ipsis sic positus in unoquoq; seruabitur capitulo.

Primò nõq; febris, de qua sermo erit, sua ponetur descriptio. secundò eius adducentur causæ factiua. tertio signa ipsarum causarum aperientur demonstratiua. quartò temporum ipsius febris particularium signa manifestabuntur: nam de signis temporum uniuersalium ante in secundo cap. quintò inscribentur signa prognostica. sextò canones addentur necessarii cum eorum complementis. septimò aphorismi senis nostri Hippocratis de pertinente materia suis applicabuntur locis. & antequàm ad ea particularia perueniam; aliqua prius annotabo capitula: quædam continetia generalia ex parte causarum, signorum, alteratiuorum, solutiuorum, & dietæ, notitiæ febriliũ, ac ipsarũ curis quæ maximè deseruientia: ita ut canones ex parte dietæ, alteratiuorũ, & solutiuorũ sumptos facile quis absq; magno studio ualeat adimplere.

De causis februm in generali. Cap. 2.

FEBRIS causæ sunt, ut cæterorum quatuor, materialis scilicet, formalis, efficiens, & finalis. materialis est, ut aliorum accidentium materia scilicet, in qua ipse calor extraneus subiectatur. & est triplex, membrum scilicet, aut humor, aut spiritus. formalis uerò est ipse calor extraneus. efficiens uerò est triplex: uerè scilicet efficiens, augmentans, & conseruans. uerè efficiens est aut primitiua, aut antecedens, aut coniuncta. & nota, quòd non necessariò in omni febre concurrat triplex modus efficientiæ dictæ: nam hectica est quandoque nulla existente causa, aut antecedente, aut primitiua. item contingit esse ephemeram absq; causa antecedente: & tu ad hoc considera. & breuiter causa efficiens febrem è omne, quòd calefacit corpus ducens ipsum extra temperamentum: ad quòd sequitur læsio in operationibus, ut supra in definitione febris: & hoc siue per se, siue per accidens hoc fecerit. augmentans est omne id, quòd siue per se, siue per accidens prædictam adiuget caliditatem. conseruans, siue custodiens est omne illud, quòd prohibet eius resolutionem, siue extinctionem: aut quòd in eius causam materialem conuertitur, aut efficientem, aut custodientem: & omnis error in curatione proueniens. & quælibet talis causa est aut naturalis humor in quantitate, aut quali-

tate peccans, aut dimissio consuetudinis, & huiusmodi: aut non naturalis, ut aer caliditate extrinseca, aut frigiditate: aut præter naturam, ut apostema, uel alia ægritudo: ab his enim tribus sumitur actus curatiuus principaliter, ut. x. therapeu. & idè debet medicus ea omnia memoriæ benè cõmendare, ut sciat ægrum, aut astantes in ipsis examinando, causas subtiliter inuestigare, ex quibus casus medicinalis in suis integratur terminis; ut ostendi in practica mea tracta. 1. 3. cap. & breuiter ad triplex genus reduci potest; ut scilicet primò ad indebitum occursum rerum non naturalium, per quas medicus discurrit: aut secundò ad pororum contractionem, siue prohibitam transpirationem ex occursum frigiditatis extrinseca, aut intrinseca. unde calor conculcatur, & ebullit. tertio ad corporis dispositionem, quia passibile, & aptum calorem recipere extraneum. unde hic scito, quòd corpus primò, & magis febriliter præparatum (loquendo de dispositione febrili in se, & absolute, & non contractè propter Auicẽ.) est corpus calidum: & sic postea calidum, & humi. deinde frigidum, & sic. ultimò frigidum, & humi. nam in habentibus symbolum facilius est transitus, primo de generatione. causa autem finalis febris est operationes naturales sensibiliter lædere. & quia de causis sic actum est; attende ad clariorem febris intelligentiam, quòd quintuplex est modus materiæ necessariò in febre putrida reperita. prima quidem est materia ipsi febriliter appropriata; ut tertiana cholera, quotidianæ phlegma. & aut actu putrescens: & est causa coniuncta: aut non putrescens, stans sub forma causæ antecedentis. secunda, quæ non est coniuncta, nec antecedens; sed his necessariò coniunctam: & est uapor grossus per corpus sparsus, & membra inficiens, eleuatus à fœcibus, aut à materiis mucosis phlegmaticis in intestinis inuentis: aut à materiis corruptis in meseraicis, aut in stomacho: siue sit chylus, siue humiditas alia: & hoc per actionem caloris putredinalis calefacientis, & illas tales materias subtiliantis, & eleuantis &c. tertia est materia ferrosa, & unctiosa, siue aquosa sanguinis per eandem caliditatem distemperata, & calefacta, per corpus uolitans: quæ tamen non sic distemperatur, ut febrem ex se facere possit: imo sic à febre dependet, ut amota febre remoueatur & ipsa caliditas talis. & est sicut caliditas, quæ remanet in parietibus domus combustæ per extinctionem eius. quarta est materia his omnibus subtilior facta: & est materia uaporosa, quæ etiam ab humiditatibus hinc inde in corpore exstentibus eleuatur, & per ambitum totius spargitur ad porositates extrinsecas cutis: & per illas insensibiliter; sicut etiam accidit hominibus in sanitate. quinta, distinctius loquendo, est uapor putridus à medicis (ut infra. 5. ca.) putrida fuligo dictus eleuatus ab ipsa materia putrida, quæ est causa coniuncta febris, & immediata magis, cor ipsum inficiens, & ad ipsum per concaua uenarum, & arteriarum perueniens. & ex his collige, quòd prima, & quinta sunt causæ febris: reliquæ uerò tres sunt necessariò coniunctæ his. & sic clarè habes, & comprehendis, quomodo se habet causæ febris putridæ: unde ab his sumuntur canones curatiui in generali; ut faciliter comprehendere poteris infra. 5. cap. & hæc de causis.

De signis februm in uniuersali significantibus. Cap. 3.

ET, QUONIAM februm notitia perfecta haberi non potest absque suorum signorum cognitione specialiter quo ad nos, ut. 10. therape. hinc de eis copiosiore, quàm potero, traditionem faciam, ea

Qualenã corpus magis fit febriliter præparatum.

sub ordine ponendo, de quo statim. & quia ante aduentum febris, & maxime putridæ ambasiator quidam magna comitatus caterua uenire consuevit; hic de ipso aliqua prius nominatur autem hic à me malè acceptus, Almeliletu ab Aui. qui est dispositio ad febrem præuia: non tamen est febris, & si. xvi. continentis. 2. cap. febris dicatur, quæ non nisi diminuta erit. & hic familiam habet, ut capitis grauitatem, mutationem in colore faciei, pulsus uarietatem, mutationem in egestionibus, & urina in qualitate, quantitate, substantia, & huiusmo. in reliquisque superfluitatibus ex parte quantitatis, &c. suntque de familia eius alices, oscitationes pigritia, corporis lassitudo, commotio somni, & uigilia, constrictio anhelitus, tensio hypochondriorum, ilium, nauſea, foetor egestionum, & urinæ. & quia iam concepti, quam mihi possibile erit, magis memoriose procedere; hinc de signis ipsis ordinem faciam: cum ordo ad memoriam faciat, de memoria, & reminiscencia, ordini Gal. 2. technæ adherentem. qui talis est.

Signorum febrem in uniuersali significantium quædam sunt à substantialitate: quædam à qualitate mutata: quædam ab exeunte mutato: nonnulla ab actionibus læsis sumpta: exemplum primorum; ut caliditas uehementer mordicatiua ex tactu à medico comprehensa. propter quod scito, ut in præsentia nobis sufficit, quòd triplex est febris: quædam est magna, & austerà: quædam parua mitis: quædam inter has media. dicitur nanque magna, & austerà magis sua qualitate, quam quantitate uaporum, in qua tactu comprehenditur caliditas mordicatiua ualde; ut sunt acutæ, peracutæ, & huiusmodi. parua uerò qualitate scilicet in qua leuis percipitur mordicatio, ac tristitia, ut sunt phlegmaticæ, & huiusmodi: maxime quando non sunt ex phlegmate falso. media uerò, in qua media inter has mordicatio comprehenditur; ut sunt tertianæ non puræ: pura enim ex parte mordicationis eius potest inter acutas collocari: & de hoc infra suo cap. & sic habetur, quòd in omni febre sentitur tactu distemperantia caliditatis ex parte mordicationis uehementis, suauiſ, & mediæ inter has. ex quibus inferitur primò, quòd quædam uerisimili coniectura potest medicus de specie ipsius febris iudicare: ut, cum percipit calorem uehementer edacem; supra cholericam; si mitiorem; supra sanguineam; si adhuc mitiorem; supra phlegmaticam, aut melancholicam: & hoc semper cæteris paribus. & habet febris putrida, ut in principio fortius imprimat, & in processu minus resoluta subtili: & hoc materia existente homogenea. in hectica autem est contra; quia primò, caliditas percipitur suauiſ: dein de remanente manu per tempus percipitur mordicatio, ut. 1. de differentiis febrium. inferitur secundò, quòd, cum in processu percipit medicus caliditatem fieri mordaciorem; poterit super heterogeneitatem arguere materiæ secundæ nouam moueri materiam. in ephemera autem est caliditas suauiſ non mordicatiua, de quibus febribus sequendo ordinem inceptum plura alia signa ponam sic exemplificando de primo ordine à substantialibus sumpto. nam in principio sentitur ut plurimum, sicut frigus, deinde successus caliditatis: & principium sic ab augmento diuersificatur. quòd, si fuerit continua putrida; in hac non percipitur in principio frigus; sed caliditas. post tamen caliditatis principium sequitur per duas horas, uel tres, uel circa, diuersitas in caliditate ex parte augmenti eius. in ephemera autem non apparet ista, uel tanta diuersitas sui principii ab augmento propter homogeneitatem materiæ spiritualis, cuius contrarium est in humoralibus. exemplum secundorum signorum, mutatio coloris faciei oculorum, aut totius ad citrinitatem, palliditatem, ruborem, fuscedinem, & huiusmodi: similiter mutatio coloris linguæ ad albedinem, ad siccitatem, humiditatem, asperitatem, & huiusmodi: sapor malus; ut amarus, acetosus, salus, nimium dulcis, putridus, insipidus, & huiusmodi: narium siccitas, aut humiditas superflua, foetor egestionum, & urinæ. exemplum tertiorum; ut mutatio in egestionibus, & urina ex parte quantitatis: item aliarum superfluitatum multitudo apparens; ut sputi, bothor, sudoris, & huiusmodi. propter quod nota, quòd terminatio febris in prima die cum sudore rorido est signum ephemerae propter subtilitatem materiæ. quòd, si fuerit copiosus, & hu-

morosus; erit signum putridæ: & hoc contingit in tertianis puris materia ualde subtili, & pauca cruditas apparens in urina in principio euentus eius. sed hic aduerte, quòd in hoc contingit tripliciter errare: primò quando materia decisa hypostatica non à uenis; sed ab alio loco uenit digesta: secundò, quando non est uera hypostasis; sed est phlegma digestum calore carminatum: tertio, quando principium est breue: unde in urina apparet hypostasis augmenti, & creditur, quòd sit principii, ut in peracutis. exemplum quartorum, mutatio in pulsu ex parte suarum differentiarum, & diuersitas in eo: unde diuersitas eius in principio, & augmento est ex proprietatibus putridæ. Auicē. de signis febris putredinis. coarctatio eius, & maxime in putrida, dilatatio eius post principium, & diminutio in fine eius, rigor, horripilatio reuolutio paroxysmorum, dolor, siue grauitas capitis, inquietudo, pigritia, corporis lassitudo, nocumentum in anhelitu, in somno, & in uigilia, in hypochondriis, in iliis dolor, aut tensio, nauſea, & similia stomachi nocumenta. Et, quoniam spero, Iesu dūce, me copiosum esse de signis earum febrium in generali, ex quibus de ipsis perfecta habebitur notitia; hinc à multo plurium recitatione superſedeo neq; aliquis me mordeat, si copiosus fuero; quoniam sine eorum scientia febris non cognoscetur, & sic recte me dicari non poterit. dicente Auicē. prima quarti de cura putridarum. Scias, quòd non est possibile tibi, ut cures febrē, nisi prius cognoueris eam. Gal. primo regiminis acutorum, Prius intendendum est ad cognoscendam ægritudinem, quæ sit in sua causa, & postea ad medicandum. sit itaq; medicus de ipsorum notitia sollicitus.

SIGNA temporum generalia. Conati sunt sapientes ægritudinibus materialibus salubribus quatuor assignare tempora; principium, augmentum, statum, & declinationem: & hoc ideo, quoniam comprehenderunt ipsas à principio earum usque ad finem in una non permanere dispositione quæ quidem medicus necessariò cognoscere debet. & si ea non intellexerit; grauius lædet infirmum, nesciens quid in principio, quid in augmento, in statu, uel declinatione debeat ægrotanti exhibere, uel auferre ex parte potus, aut cibi, somni, uel uigiliae, & huiusmodi. Gale. in passionario. Recipiunt autem uarietatem aut in causis, aut in accidentibus, ex quibus & in cura uarietatem recipiunt: unde alia in uno tempore, & alia in alio pro cura earum, sunt necessaria. quare de signis ipsorum temporum dicere duxi necessarium.

SIGNA itaq; principium significantia distinctione sumpta penes causam sunt signa, quæ sequuntur actionem naturæ, siue uirtutis in materiam ex parte digestionis, & indigestionis, siue signorum digestionis contrariorum. unde principium est, quando ægritudo incipit, & est in actu nullo manifesto apparente uestigio digestionis: est enim tempus, in quo calor suffocatur à materia, sicut debilis flamma à lignis uiridibus, & humidis. augmenti uerò, cum signa digestionis incipiunt apparere, sed imperfectæ. & est tempus, quo calor naturalis mouetur ad resistendum materiei motu manifesto. status uerò, cum signa apparent completæ digestionis quo tempore est fortis pugna inter naturam, & humorem: non tamen ipsum perfecte uincit. cum autem materia sic digesta expellitur, quo tempore est natura perfecta uincens; tunc est declinatio.

SIGNA autem principij distinctione sumpta penes accidentia sunt, quando in principio euentus accidentia uniformiter se habent: augmenti, cum augentur: status, cum sunt sæuissima comparatiue, non tamen absolute: declinationis uerò, cum remittuntur. & hæc tempora permaximè sunt descripta, prout febribus conueniunt humoralibus. distingui tamen possunt, & tertio penes essentiam morbi: ut tunc est principium, quando morbus incipit, & eius essentia secundum unam, & uniformem remanet dispositionem: augmentum, uerò, cum morbi essentia sensibilibiter augetur, ut caliditas in febre: status uerò, cum non amplius augetur; sed eius essentia stat in ipso esse ultimo: declinatio, cum morbi essentia remittitur. & hic modus est magis uniuersalis non tantum febribus, sed apostematibus, & aliis conueniens morbis. & quæ dicta sunt de ipsis penes actionem

Tempora uniuersalia distinctione sumpta penes causam, accidentia & essentiam morbi.

actionem naturæ in materiam, hnt intelligi de eis, ut morbis insunt salubribus: nam de mortalibus aliter, et quasi per contrarium: nam augmentum in morbo mortali est, quado oppositū digestionis; ut putredo uidetur sensibiliter augeri. status, quando materia est in ultimo corruptionis, & interficit. tu ad hoc cōsidera. & hæc tempora uniuersalia conseruerunt ut quasi coincidere semper cum temporibus particularibus, & maximè in febribus seruantibus materiam ad unicam expulsionem. in his autem, quæ sunt plurimum crissum possunt coincidere, & non coincidere, & secundum plurimum non coincidunt & in eis, & in febribus chronicis compositis interpolatis, & maximè in his, quarum paroxysmi sunt super inuadentes. ipsa uniuersalia ut plurimum ualde confunduntur ita, ut aliquando appareat augmentū, uel status, & post iterum apparet principium, & augmentum. hoc idem quandoque in acutis, & simplicibus apparet propter nouam materiam ad locum putredinis esse motam iam desinente prima. & hoc maximè contingit hodiernis temporibus propter inordinatum regimē ab hominibus factū, quod ab antiquis nostris fieri non consueuerat, ad quod concurrit error ex parte medicantium, infirmorum, & rerum, quæ extrinsecus sunt. & hic aduerte, quod prædicta tempora quomodocunque eorum distinctio sumatur ex parte materiæ, & accidentium, non in omnibus sensibiliter reperiuntur morbis, ut adinuicem condistincta. quod non solum contingit propter cōfusionem eorum ex parte materiæ, ut dictum est, aut regiminis mali; sed etiam ex ipsa dispositione morborum: ut uerbi gratia quandoque, ut Auicē. aliqua erit febris, quæ terminabitur in duobus paroxysmis, primus erit principium, augmentum, & status: & secundus erit declinatio. Item aliqua febris est tota, ut status, ut homotena: aut ut augmentum; ut paracmaistica: aliqua ut declinatio: ut aicmaistica, ut infra de sanguineis. item ex parte accidentium; aliquando enim accidit alicui robusto febris remissorum accidentium ita, ut non impediatur eum a solidis operationibus: & cum uenit status, quo in tempore impediatur; creditur, quod sit principium: & tunc apparent signa digestionis. & sic comprehendis, quod multis contingit modis errare circa iudicia temporum uniuersalium febris: & ideo benè considera.

SIGNA temporum particularia. & licet rubrica sit de signis in uniuersali: tamen hoc loco duxi utile ad maiorem breuitatem de signis temporum particularibus petrare. est itaque principium particulare in febribus inuadentibus cum frigore signo sumpto à substantialiter inhaerentibus, frigiditas percepta, & maximè in extremitatibus. & præcipuè in extremitate auris, & nasi. à qualitate mutata; pallescit, citrinitas faciei, & totius. ab exeunte mutato, palaritas urinae: ab actione læsa coarctatio pulsus, paruitas, debilitas propter calorem esse suffocatum, grauitas corporis, pigritia, angustia, tarditas motuum, profunditas somni, mollificatio palpebrarum, tinnitus, sternutatio, tussis, alices: & quandoque saltus temporum. in febribus autem inuadentibus abque frigore non reperitur rigor, frigus, aut horripilatio; sed in earum principio apparent signa ultra hæc iam dicta, & non percipitur caliditas aliqua ultra consuetam addita; uidelicet non percipitur sic pulsus coarctatio; sed benè paruitas, & debilitas. & hæc consueuerunt apparere in prima parte principii. & adueniente secunda, si frigus fuit in prima, corpus, aut frigore, rigore &c. sentit alleuari, & reliqua remitti, & caliditatem expandi per corpus: non tamen, quod uenerit adhuc ad extrema, nec tangenti percipitur subito; sed oportet, ut manus supra membrum moram trahat. augmenti autem signa sunt à substantialiter inhaerentibus caliditas in toto expansa, & manu percipitur, à qualitate mutata. coloratur facies: ab exeunte mutato, urinae coloratio, eius ingrossatio. ab actione, pulsus magnificatio, uelocitas, & frequentia in eo, & maximè in prima eius parte. in secunda uero processus caliditatis ad summū eius. post quod accidit status, in quo hæc caliditas, quæ sic ad summum eius uenit, remanet per tempus cum illa uniuersali intensione: & maximè in prima eius parte: nam in secunda, et si sit intensa ualde respectu eius, quæ erat in augmento; tamen est remissior ueniens ad declinationem respectu sui ipsius in pri-

A ma. consimiliter pulsus maior uelocior fit, & frequentior. in declinatione uero æquatur caliditas dicta, & pulsus: & incipit corpus sudare, & alias euacuare materias. Hippocrates in capsula eburnea inquit. Cum partes pectoris, & circumstantes cordi incipiunt remitti in caliditate, & extrema sunt illis calidiora, siue partes inferiores; tunc est signū certum declinationis, & tu ad notitiam horum omnium sis sollicitus.

PROGNOSTICA. Febris est morbus cæteris molestior, & periculosior. Isaac de febribus. nam ex ea omnia læduntur membra, & uirtutes omnes: & reliqui morbi unum tantum lædunt: & idem octauo scribitur thera. propter quod dicebat medicus Florētinus, adest febris: ergo malè. & ideo non facillè salutem spondebis præsentē febre. & deteriores quidem febres sunt inseparabiles, quibus putredo est ad intra uenas: deinde illæ, quæ eradicantur, in quibus est putredo in toto corpore, aut in partibus cordis. febris calida deterior, & frigida magis mortifera. Damascenus in aphorismis.

B Et indicatione sumpta à sexu ab ætate, febris mulieribus eueniens deterior aliis paribus febre eueniente uiris. febris eueniens senibus deterior eueniente pueris, & iuuenibus: et maximè si decrepiti fuerunt: ipsorum enim febres ut plurimum interimunt. febres accides pueris sunt deteriores euenientibus iuuenibus: et hæc semper cæteris paribus. indicatione uero sumpta ab arte, et constitutione, et regione febres in exercitantibus artes febriles sunt minus malæ, et suspectæ, quam in exercitantibus artes fullo-nium, piscatorias, et huiusmodi. Item minus suspectæ sunt euenientes ocio sis, quam his, qui exercitio uti consueuerunt. item euenientes in constitutione, et regione frigida, et hu. deteriores sunt his, quæ in calida, et sicca. indicatione uero sumpta à tempore anni hyemales deteriores sunt: deinde autumnales, de quibus dicitur. febres autumnales aut longæ, aut mortales etiam uulgari nostro: minus uero malæ æstiuales: deinde minus malæ, et minime mortifera uernales propter temperamentum uirtutis, et fortitudinem. et hoc intellige considerata febre in se, & absolutè, & non contractè. indicatione sumpta à uirtute eueniens debilibus deterior: unde febres chronicæ euenientes senibus ut plurimum interficiunt propter debilitatem uirtutis, ut infra de aphorismis. & quando senibus accidunt febres acutæ sunt mortifera, ut infra in aphorismis: nam hic calor præter naturam est multum distans à calore eorum naturali, & ualde corrumpit substantiam eius spirituofam. indicatione uero sumpta à consuetudine sunt deteriores, quæ accidunt non consuetis pati: hi enim non nisi à forti patiuntur causa, iuxta illud senis nostri; ut infra, In morbis periclitantur minus ægrotantes. & sunt prædicta à rebus naturalibus sumpta. indicatione uero à non naturalibus sumpta; ut primò ab aere. nã aer calidus, & siccus ad febres præparat: & ideo, cum percipitur aerem ad caliditatem, & siccitatem distemperari; prognosticandum de febribus futuris: idem operatur constitutio calida, & sicca. & ideo plus cæteris quadris æstas absolutè plus ad febres præparat: deinde post eam autumnus: post autumnum uer, ultimò hyems, ut infra in aphorismis. unde in summa omnium temporum magis febris inductiuum est illud, quod est secundum plurimum, & uehementer in calido, et sicco distemperatum. In actu autem, in uere minus febricit homines, postea in hyeme, deinde in æstate, post autem febricit in autumnum. & in hyeme ægritudines acutæ; ut caufon, tertianæ, continuæ, & huiusmodi febres fiunt: quarum omnium causa redditur ab Aristotele. 2. problematum problemate. 6. Indicatione uera sumpta à cibo, et potu. calidi, et sicci ad febres amplius disponunt. quod si fuerit calidi, et humidi, et tardè penetrabiles; ut uiscosi, et huiusmodi; magis febres inducunt, et semper supponendo alia paria. item motus fortes, et exercitia superflua, et artes multum laboriosæ, et huiusmodi magis præparant, et balnea calida: item uigilia plurimè, & huiusmodi: consimiliter repletio superflua, aut inanitio superflua. sicque de animi accidentibus dicatur. Ab ipsa ægritudine tanquam à re præter naturam. ut, cum cognoscit medicus febrem; poterit prognosticari de salute cito, aut tardè futura: ut, si fuerit ephemera, quæ difficillè cognoscitur, ut infra de ea, et

C libus deterior: unde febres chronicæ euenientes senibus ut plurimum interficiunt propter debilitatem uirtutis, ut infra de aphorismis. & quando senibus accidunt febres acutæ sunt mortifera, ut infra in aphorismis: nam hic calor præter naturam est multum distans à calore eorum naturali, & ualde corrumpit substantiam eius spirituofam. indicatione uero sumpta à consuetudine sunt deteriores, quæ accidunt non consuetis pati: hi enim non nisi à forti patiuntur causa, iuxta illud senis nostri; ut infra, In morbis periclitantur minus ægrotantes. & sunt prædicta à rebus naturalibus sumpta. indicatione uero à non naturalibus sumpta; ut primò ab aere. nã aer calidus, & siccus ad febres præparat: & ideo, cum percipitur aerem ad caliditatem, & siccitatem distemperari; prognosticandum de febribus futuris: idem operatur constitutio calida, & sicca. & ideo plus cæteris quadris æstas absolutè plus ad febres præparat: deinde post eam autumnus: post autumnum uer, ultimò hyems, ut infra in aphorismis. unde in summa omnium temporum magis febris inductiuum est illud, quod est secundum plurimum, & uehementer in calido, et sicco distemperatum. In actu autem, in uere minus febricit homines, postea in hyeme, deinde in æstate, post autem febricit in autumnum. & in hyeme ægritudines acutæ; ut caufon, tertianæ, continuæ, & huiusmodi febres fiunt: quarum omnium causa redditur ab Aristotele. 2. problematum problemate. 6. Indicatione uera sumpta à cibo, et potu. calidi, et sicci ad febres amplius disponunt. quod si fuerit calidi, et humidi, et tardè penetrabiles; ut uiscosi, et huiusmodi; magis febres inducunt, et semper supponendo alia paria. item motus fortes, et exercitia superflua, et artes multum laboriosæ, et huiusmodi magis præparant, et balnea calida: item uigilia plurimè, & huiusmodi: consimiliter repletio superflua, aut inanitio superflua. sicque de animi accidentibus dicatur. Ab ipsa ægritudine tanquam à re præter naturam. ut, cum cognoscit medicus febrem; poterit prognosticari de salute cito, aut tardè futura: ut, si fuerit ephemera, quæ difficillè cognoscitur, ut infra de ea, et

Signa temporū uniuersalium in ægritudine b. mortalibus.

facile curatur; poterit prædicere de eius terminatione, quæ erit in .34. horis, & terminabitur, ut supra, sudore rorido; & hoc nisi interuenerit malitia ex pte regiminis, & aliorum. un quandoque protenditur ad quatuor dies: deinde transit ad putridam. & ideo tu esto in hoc cautus. consimiliter si fuerit hectica primæ, aut secundæ, aut tertiæ speciei: de quibus omnibus suo loco dicetur. item si comprehenderis materiam esse uiscosam grossam, & huiusmodi; arguendum de longitudine ægritudinis: & maxime quando uirtus fuerit fortis. & hic nota, quod ratione materiæ cæteris paribus longior est phlegmatica, quam cholericæ simplex. & febris ex cholera, & phlegmate facta inter has est media: nam cholera iuuat ad digestionem, & resolutionem, & citam terminationem. & licet ita sit, tamen ratione sumpta à uirtute talis longior est, quam pura phlegmatica de consimili phlegmate & c. semper cæteris paribus. & ratio, quia difficilius agit uirtus contra duos humores, & tardius uincit. item & duobus plus resoluitur, & plus aggrauatur. & ratio, quia in tali casu reperitur duplex pugna: una, quæ est in humoribus inter se, in qua uirtus debilitatur resolutione spirituum facta: secunda, quæ est uirtutis in humores, in qua etiam debilitatur. ubi autem est materia simplex, unica tantum est pugna. potest etiam hoc idem contingere ex parte prioris proprietatis caloris putredinalis: unde plus uirtus timetur. sed de his magis infra. de tertiana non pura idem iudica ex parte accidentium; ut quando fuerint sæua, aut mitis. sequitas enim arguit super materiam acutam, & sic habes indicationem sumptam à specie ægritudinis, causa eius, & accidente: specie, cum dicitur ephemera, aut hectica: causa, cum dicitur materia uiscosa grossa: accidente, cum dicitur sæuum, aut mite. pariformiter est procedendum pro notitia longinquitatis, & propinquitatis temporum febris, & maxime status: nam aliorum notitia est maxime necessaria propter statum; ut .10. therapeu. respectu cuius maxime sumitur indicatio euacuatiua ex parte diætæ.

Prognostica temporum febris & eorum longitudinis uel breuitatis.

Dicamus itaq; incipientes à rebus naturalibus indicatione sumpta à uirtute: quoniam, si fuerit debilis; status erit propinquus, quia cito terminabitur & ad mortem, secundo de differentiis febrium, & tertio de crisi. si uirtus erit fortis; breuiabitur ægritudo: si debilis; prolongabitur, & loquitur de salubribus: & Auicem. in mortalibus: & sic, tollitur contradictio. uerum, cum ex aliqua ægritudine comprehendis uirtutem subito debilitari & maxime in homine forti; existima statum propinquum: & hoc pluries uidebis, & maxime in febribus pestilentialibus, indicatione sumpta ab ætate, ut est iuuetus, citius adueniet status: & similiter in tempore calido, & à sextu, quia in mulieribus prolongabitur: in uiris breuiabitur: & similiter discurrendo per alias eo ordine, ut supra. A non naturalibus rebus, quia in aere frigido, constitutione frigida, regione frigida prolongatur ægritudo, in calido & c. contra. & pariformiter dicatur de aliis rebus calidis respectu frigidarum, talibus actu, uel potentia nam quies dicitur frigida non actu, sed potentia; quia apta infrigidare: & ita de aliis. A rebus præter naturam, & primò à morbo ipso: & hoc tripliciter: primò à specie ægritudinis secundo à causa eius: tertio à conditionibus in ipsis paroxysmis inuentis. exemplum primi, ut quia percipio febrem esse tertianam puram, scio, quod status erit propinquus: & principium, & augmentum breuia. quod, si fuerit quotidiana phlegmatica; scio, quod status erit longinquus, & principium consequenter, & augmentum iudicabo longa: & breuiter ex acuitate, & chronicitate febris, de quo infra arguo, & pronuncio tempora futura ipsarum longa, aut breuia, aut medio modo se habere; quando scilicet comprehendis febrem esse mediam inter acutam, & chronicam, quod comprehenditur à materia peccante. & sic aggredior secundum: nam grossities, & uiscositas materiæ arguit super chronicitatem: subtilitas autem super breuitatem. quod, si medio modo se habuerit; medio modo se habebunt tempora eius. & hic nota, quod grossities materiæ arguitur esse ex permanentia ægritudinis in sua, uel in una dispositione, ut infra in aphorismo. unde, quando inuadit paroxysmus hora una, & secunda, & tertia die, & quarta in eadem; tunc dicitur remanere & c. & sapit naturam chronicitatis. unde

E Auicem. & seruans horam unam est longi spacii de cognitione horarum, & proprie status. item, si in diebus criticis non apparebunt euacuationes aliquæ; scias, quod est chronica. exemplum tertii. septem sunt conditiones paroxysmi, à quibus sumitur indicatio de longitudine, & breuitate febris, quæ sumuntur à motu, aut à quiete: prima à motu sumpta est anticipatio, postpositio, & æqualitas inuasionis: secunda longitudo, & breuitas paroxysmorum: tertia fortitudo, & debilitas ipsorum: quarta facilitas, & difficultas accidentium, & incolumitas, & columitas eorum: quinta accidentium ipsorum multitudo, aut paucitas: sexta à quiete, longitudo, & breuitas interpolationis: septima puritas, uel ipsius impuritas. Et prosequendo de prima scito, quod ista diuersitas est aut propter materiam, aut propter uirtutem: nam, si fuerit propter uirtutem uniformiter resistentem paroxysmorum ordinatio uirtute existente forti; tunc iudica ægritudinem longam, & statum longinquum. quod, si fuerit cum debilitate uirtutis; expecta mortem, & statum propinquum paroxysmi quandoque anticipant æqualiter, & dicitur anticipatio absoluta: quandoque inæqualiter, & dicitur anticipatio superfluens, quando multum, & inæqualiter anticipat unus ab alio. & dicitur anticipatio diminuens; quando parum anticipat, & inæqualiter unus ab alio. ad propositum, quandiu stat anticipatio absoluta, & æqualis non apparentibus signis digestionis; tunc est principium. & cum anticipatio incipit augeri, & fieri superfluens, & incipiunt apparere signa digestionis; tunc est augmentum. & cum anticipatio superfluens steterit; tunc est status. & cum anticipatio post statum fit diminuens; tunc est declinatio. & ita ex notitia principii, & augmenti longi arguitur, & status longinquitatis, et febris chronicitas. similiter dicatur de postpositione: nam quandiu paroxysmi postponunt postpositione absoluta, et æquali non apparentibus signis digestionis, nec etiam contrarii; tunc est principium. cum uerò augetur, et incipiunt apparere signa digestionis; tunc est augmentum. cum uerò postpositio superfluens steterit; tunc est status. cumque incipit postpositio minui, tunc est declinatio. ex quibus omnibus apparet, quod anticipatio non semper augmentum, nec postpositio declinationem significant: sed anticipatio superfluens augmentum significant, & consimiliter postpositio superfluens declinationem. tu tamen semper non in hoc signo solo confidas; sed cum eo attende alia & maxime signa digestionis, ac contraria eis. propter quod hoc aduerte. quod contrarium digestionis est duplex: unum actu tale, & non aptitudine; ut cruditas materiæ, quæ est differens, ut digestionem recipiat: & tale non est contrarium digestionis apprens in principio, de quo loquuntur auctores. aliud est contrarium potentia, & est dispositio in materia, per quam comprehendit medicus naturam posse digerere ipsam materiam. & tu ad hoc considera. & hinc nota dictum Auicem. allegato capit. Et de ægritudinibus sunt, quæ currunt usque ad finem horarum suarum secundum augmentum: & sunt quandoque de genere tertianæ, & de genere assidua; ut in paracastica infra. æqualitas autem inuasionis significat super principium, aut statum. super principium, cum signa non apparent digestionis & c. supra statum, cum apparent & c. in principio enim pugna est æqualis; quæ materia non augetur; sed cruda stat. in statu autem materia est in ultimo digestionis non amplius augmentabilis. & ideo æqualitas. & tu considera. Causa autem anticipationis, & postpositionis est materiæ difformitas: nam, cum pars subtilis incipit putrescere; tunc fit postpositio: quia per resolutionem primò subtilis remanet grossum ineptum moueri. quod, si pars grossior prius putrescit; tunc anticipabit: quia pars derelicta subtilis amplius stimulat, & citius mouebitur. ad quæ concurrat corporis dispositio ex parte sensibilitatis, & obtusionis sensus; quoniam in corpore ualde sensibili citius mouebitur, & in corpore obtusi sensus tardius. Ex longitudine autem, & breuitate: nam breuitas paroxysmorum arguit febris breuitatem, & status propinquitatem; ut tertiana: & longitudinem longitudo: medium uero mediam inter has. & cum paroxysmi incipiunt prolongari; significant augmentum. Ex fortitudine, autem & debilitate earum. cum

Septem conditiones sunt paroxysmi à quibus sumitur indicatio de longitudine aut breuitate febris.

Anticipatio absoluta, superfluens, diminuens.

Contrarium digestionis duplex.

autem

autem incipiunt paroxyfmi fortificari; arguunt augmentū: & cum procedunt usque ad ultimum, & stant in ultimo; tunc est status: & cum remittuntur; declinatio. & quando paroxyfmius est fortissimus, & succedēs est remissus, & perseverat illa remissio; tunc prognostica declinationem.

Attenditur autem longitudo, & breuitas in uehementia, & remissione accidentium necessario consequentium morbum; ut in pleuresi. uehementia autem arguit breuitatem, & accidentia, & alia in principio, & declinatione imbecilliora iuxta illud senis. Circa principia, & finem omnia imbecilliora, & circa statum fortiora. Ex columitate, & incolumitate: nam, cum accidentia sequētia febrem, ut dolor capitis, syncopa, uigilia, alienatio, & huiusmodi incipiunt fortiora fieri; arguunt augmentum; & cum sunt quasi importabilia; tunc est status. Ex multitudine autem, & paucitate; quia multiplicatio accidentium arguit augmentum; & cū stant; statum. Ex parte quidem quietis; quia longitudinis, aut breuitatis interpolationis; quia, ut in primo de crisi, debet considerare quietem, febrem, & tempus declinationis; si fuerit longius, quam ante, aut breuius, & si accidentia fuerint intensiora, & si aliquod accidens remansit cum ea: & tunc iudica augmentum longum, breue & c. & similiter ex puritate, & impuritate: quoniam puritas facit ad breuitationem & c. quę omnia tamen sane intelligas: nam ex omnibus his conditionibus principalior est anticipatio & c. & ut supra; est multum variabilis. & ideo ad efficaciter significandum aggrega alia signa cum ea. contingit & iudicium ab eis sumptum uariari per accidens: quia propter inordinatū regimen ex parte rerum non naturalium. & quod dictū est de his cōplexionibus, debet principaliter afferri ad febres habentes excrementas, & continuas proportionales. in cōtinuis autem conclusis, & non habentibus excrementas, neq; paroxyfmos oportet recurrere ad alia signa dicta. & tu ad ea. A rebus præter naturam sumitur indicatio, ut à typis: nam, cum rigor in febre sit longus; arguit lōgitudinem: breuis; breuitatem aliis paribus.

Similiter ab exeuntibus; ut cum accidit euacuatio aliqua sudoris, aut alteris superfluitatis in secundo, aut tertio paroxyfmo, & sequens est prolixior, ut antecedentes; tunc iudica longitudinem, & quod euenit ex multitudine materie & hoc maximè uerificatur in febre salubri. quod, si fuerit in mortali apprensus; significatur breuitas. unde ex illa euacuatione uirtus prosternitur, & succumbit, ut sæpe in febribus apparet pestiferis. & de hoc in aphorismo infra. Ab actione læsa; ut, si pulsus frequens, magnus, uelox, indicat breuitatem, & febris acuitatem: contraria contrarium. A signis digestionis, si cito apparent; breuitatem: si tardè; longinquitatem. & si apparent talia signa remissa, & cum tali procedunt remissione; longinquitatem. & ideo benè considera. & pro complemento horum scito, quod principium in tertiana prolongatur: & status in conclusa: & declinatio in incensua: & status, & declinatio in quotidiana. Auicē. principium est longum in tertiana comparando ad synocham homotenam: cuius principium est occultum. & in conclusa homotena prolongatur status, & in incensua declinatio respectu homotena, & tertiana: nam in causone euacuata materia in crisi remanet longiori tempore flamma circa spiritalia, quam in aliis cholericis. in quartana hæc omnia tempora prolongantur. in phlegmatica uerò augmentum longius est aliis suis temporibus, & post augmentum status. phlegma autem cum recipit caliditatem; diu tenet illam. sed hæc omnia hic ad aliqualem admonitionem posui: nam de ipsis suis propriis capitulis dicitur copiosè. postremò hoc scito, quod multitudo materie, grossities, uiscositas, frigiditas eius, aeris, regionis, & ætas frigida, debilitas caloris, & uirtutis, capacitas, siue membrorum soliditas, faciunt ad febris longitudinem, contraria contrarium. & si benè considerabis, quę dicta sunt, facile prognosticum facies de malitia, incolumitate, & mortalitate febris, cōparado febrem quo ad eius causam, & accidentia ad ipsum corpus, indicatione sumpta à rebus naturalibus, & maximè à uirtute etc. ut supra actum est.

Hippocrates de febribus, quo ad prognosticum, inquit. Paroxyfmos, & consistentias declarant ægri tudines, &

A tempora anni, & circuituum adinuicem incrementa. 139.1. Qui crescunt, & cætera in fine. propter hoc igitur, & febribus non similiter febres fiunt acutæ; frigidum enim habent corpus.

Acute ægri tudines in. xiiii. diebus iudicantur: quod & de febribus intellige.

Æstiuæ quartanæ utp̄m sunt breues: autumnales uerò longæ, maximè quę hyemi coniunguntur.

Febre in spasmō melius ē fieri, quam spasmū ī febre.

Febriticantium nono omnino in superficie permanere, & nihil minui corpus, aut cōtabescere: magis, eo quod em rationem fit, malum est: hoc. n. longitudinem ægri tudinis significat: hoc uerò imbecillitatem.

Circa principia, et fines omnia imbecilliora: circa uerò status fortiora, qui & de febre audiendus est, ut supra.

In morbis minus periclinantur ægrotantes quibuscunq; proprio naturæ, & ætati, tēpori, regioni, & habitudini ægri tudo inest: magis uerò, quam quibus non propria secundū aliquid horum est.

B Quādo ætas fuerit ueri similis; sudores in febribus multos expectare oportet.

In siccis temporibus acutæ febres fiunt: & si quidem annus talis magna ex parte fuerit, qualem constitutionem fecerit; ut in pluribus tales ægri tudines expectare oportet.

In autūno ægri tudines acutissimæ fiunt, & maximè mortiferæ: uer uerò sanissimum, & minime mortiferum: quos duos etiam de febribus subintellige.

De temporibus uerò si quidem hyems sicca, & borealis fiat: uer uerò pluuiosum, & austrinum; necesse est ætate febres acutæ & ophthalmias, & dysenterias fieri maximè mulieribus, & humidis natura.

Æstate uerò quædam horum, & febres continuæ, & caisson, & tertianæ plurimæ.

Quibuscunq; in febribus sextanis. i. in sexta die rigores fiant, dyscriti sunt. i. difficulter iudicantur.

Laboriosis in febribus, in articulis, & circa maxillas maximè apostases fiunt.

C Febres quęcūq; non deficientes tertia die fortiores fiunt, periculosa: quomodocunq; autem modo deficient, significant; quoniam non sunt periculosa.

Quibuscunq; febres longæ sunt, his tubercula in articulis, uel dolores fiunt.

Si rigor inciderit febre non deficiente, debili existente corpore; mortale.

In non deficientibus febribus si quidem, quæ extra sunt, frigida fuerint: quæ uerò intus, ardeant, & sitim habeant; mortale.

In non deficiente febre si labium, aut oculus, aut supercilium, aut nasus distorqueatur, aut non uideat, aut nō audiat iam debili existente corpore, quęcunq; horum fiāt; iam prope est mors.

Vbi in febre non deficiente dyspnœa superuenerit, & de sipientia; mortale.

In febribus apostema non solutum ad primas crises longitudinem ægri tudinis significat.

D Quibuscunq; in febribus, aut in aliis ægri tudinibus uoluntariè oculi lachrymantur, nihil inconueniens: quibus uerò non secundum uoluntatem, magis inconueniens est.

Quibus circa dentes in febribus limositates fiunt, fortiores, & diuturniores fiunt febres.

Ex bubonibus omnes febres malæ, exceptis ephemeris.

Febriticanti sudor omnis superueniens non deficiente febre malum: prolongatur enim morbus, & humiditatem plurimam significat.

A causone habito rigore superueniente solutio fit.

Tertiana exquisita iudicatur in. vii. periodis: quod longissimum est.

Quibuscunq; in febribus aures surdescunt, sanguis ē naribus fluens, aut uenter turbatus soluit ægri tudinem.

Quibuscunq; in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres soluantur.

Quibuscumq; in febribus icteritia superuenerit ante .vii. diem, malum. 63.4.

Quibus in febribus in .vii. aut in .ix. aut .xi. aut .xiii. die icteritia superuenerit, bonum, si non dextrum hypochondrium durum fiat: si uerò fit, non bonum. 64.4.

In febribus circa uentrem cauma forte, & cordis morsus malum. 65.4.

In febribus ex somniis timores, aut spasmi malum. 66.4.

In febribus spiritus offendens malum: spasmum enim fieri significat. 67.4.

In febribus acutis spasmi, & circa uiscera dolores malum. 68.4.

Quibuscumq; in febribus urinæ conturbatæ uelut subiugium, his capitis dolores adsunt, aut aderunt. 70.4.

A quartanis habitis à spasmo non ualde apprehenduntur, si uerò apprehendantur prius, & superueniat quartana; soluantur. 71.5.

Quibus in causone tremores fiunt, alienatio soluit. 26.6.

In acutis passionibus cū febre luctuosa suspiria malum. 34.6.

Non miretur quisquam si de notitia signorum, & temporum febrium sui prolixus: quoniam mihi quàm maximè uisa est necessaria practican- ti, ut in sequentibus practican- do percipies.

De diæta in febribus ipsis conuenienti continens rubricas quatuor. Cap. 14.

De canonibus diætandi febricitantes in uniuersali. Rub. 1.

DIÆTA est debita administratio sex rerum non naturalium in debita quantitate, qualitate, substantia, tempore, hora, & ordine. de qua diæta, antequàm ad particularia condescendam; certi sunt ponendi canones. & antequàm ponantur; sciendum, quòd diæta est duplex: scilicet uniuersalis, quæ scilicet debetur, & consideratur à principio ægritudinis usq; ad finem eius: & hæc ponitur à medico in relatione ad statum. & ideò notitia eius maximè necessaria est. alia est particularis, quæ debetur infirmis singulis diebus: mane scilicet & uespere. & hic ordinatur ut plurimum consideratione habita ad accidētia, in relatione tamen ad uirtutem, ut Gal. 1. aphorismorum commē. illius. In paroxysmis subtrahere oportet.

PRIMVS CANON. Quòd omnis diætandi modus principaliter, & finaliter in uirtutem est ordinandus. vñ. 3. practice Halyabbas. Si uirtus ceciderit; nihil proficies pascens postea. & quarta primi. 1. ca. In omnibus prius consideranda est uirtus. & prima quarti de cibatione febricitantium. Et iterum scias, nisi esset illud, quod pertinet uirtuti; esset magis necessarium, ut subtiliaretur regimen ultima subtiliatio ne: sed uirtus non sufficere illud, & deficeret. & cum deficit uirtus; non ualet cura: curans enim est uirtus, & non medicus. ex quo infertur contra medicos austeros, qui, ut possunt, semper in febribus student subtiliatiōi, & sic ægros debilitant: ut, cum postea uolunt uirtutem releuare; nō possunt. infertur secundò, qd in curando per diætam debet medicus principaliter à rebus naturalibus indicationem sumere, ut primò à uirtute, ut dictum est: de qua uirtute; quia de fortitudine, & debilitate eius medici sæpenumero sunt discordes comparando eam ad morbum. propter quod alii dicunt grossius esse diætandum: alii tenuiter. & ideò hic notanda sunt uerba Gal. in commento. 1. paroxysmos, & consistentias inquit. Virtus facillè cognoscitur in pulsu, & alijs significationibus propter uirtutem animalem, & naturalē, quæ suis effectibus cognoscuntur. unde ex pulsu, quando scilicet est inæqualis inæqualitate ordinata, aut ab ea parum distans; significatur debilitas uirtutis uia resolutionis. qd, si fuerit talis per uiam aggrauationis; erit inæqualitas illa inordinata, & ex omni aggrauatione occurrente ex parte cibi, potus, & huiusmodi, & crescet & inæqualitatis inordinatio. unde consuevit facere uirtus aggrauata multas paruas, & debiles percussiones: & interserit quandoq; paucas magnas, & secundum quantitatem intermixtionis paruarum,

E uel magnarum percussionum cognoscitur quantitas aggrauationis. & hæc omnia intellige uera, nisi aliqua causa ex primitiuis, ut uerecūdia, gaudium, timor eam fecerit diuersitatem. & ideò alia cum his signa attende super eius fortitudinem, & debilitatē significantia. Et uirtus quomodo cum que debilis indicat de cibi parua exhibitione: debilis per aggrauationem uult parū, & raro: per resolutionem uerò parum, & sæpe. unde uirtus fortis requirit cibum pluris quantitatē; sed raro: debilis uerò parum, & sæpe.

Secundò à cōsuetudine; cum sit altera natura, pro cōmō metaphysici. de qua Hippocrates. 1. aphorif. 17. aphori. Dan dum est aliquid consuetudini. & secundo regiminis acutorum. Vfus uehementer in hoc est obseruandus. unde. 5. colliget. Si consueti sunt comedere ter in die; non possunt subtiliatiōem magnam sustinere, & maximè habentes complexiones calidas resoluibiles: non enim æqualiter diætandi sunt nobiles, & rustici. ex quo apparet multorum error, qui in omnibus æqualiter procedunt. & debet quantitas cibi non solum quantitatiuè; sed etiam discretè obseruari, si nō fuerit, quod prohibeat; ut inuasio paroxysmi, aut aliquid tale forte contrarium indicans. in quibus omnibus oportet medicum sua uti prudentia. & de hac consuetudine infra in fine huius capituli de deuiatione à diætā antiquorum, & tibi. & quia aliqui propter consuetudinem appetūt aliquos sibi consuetos cibos, qui uidentur medicis non conuenientes; notandum, quòd inclinatio infirmi ad hanc, uel ad illam rem est multum attendenda: quoniam, cum infirmus accipit cibum sibi displicibilem, & indelectabilem; ipsum refugit stomachus, & eum non amplectitur: unde mala inde celebratur digestio, & ex consequenti accidit uentositas in stomacho, tertio super ipsum nauseat. quòd, si cum delectatione accipiat, & eius malitia nō sit multa, & non multum distans; tunc benè amplectendo malitiam corrigit. & ideò inquit Hippocra. Parum deterior cibus delectabilior quidem melioribus est appetendus. i. appetendi exhibendus. ex quo collige, quid operatur austeritas in expertorum medicorum. A complexione, quia ab habilitate eius ad ferendum ieiunium abique læsione. humida est magis apta tolerare ieiunium, quàm sicca. & frigida, quàm calida. &

F complexio frigida, & humida naturalis magis cæteris: minus uerò apta calida, & humida; cum cæteris resoluibilior. & calida, & sicca declinat ad latus calidæ, & humidæ: & frigida, & sicca ad latus frigide, & humidæ. Auer. autem tertio colliget. Pauci sunt ex his, qui calidæ, & siccæ complexio- nis existunt, qui famem tolerant: & maximè in febribus calidis, & in temporibus calidis. Inquit, eo quòd, quando talibus famem pati facimus, febres eorum ad incensiuas conuertimus; quamuis sint debiles in radice: uel in hecticam, & certè nonnulli sic errant. & tu hic attende, quòd corporibus cholericis exuberanter, quæ sunt sicca, macra, multum resoluibilia, & uiuentia uita pingui, & in multo exercitio, & uigilia, exhibendus est cibus in paroxysmo, & antè, & quacumque hora occurrit medicus, si non sunt cibata. & ratio, quia antè sunt facta debilia propter aptitudinem eorum ad resolutionem, & adueniente febre accidit syn- copa per uiam resolutionis, & moriuntur subito in ipso paroxysmo. uel, si sunt fortia apta resistere syncopæ, & morti subita, & cum ipsa sint exiccabilia; cadunt in hecticam, &

G resolutionem, & in habentem faciem tornatilem, & de his dixit Auicen. Et de corporibus idest sunt corpora cholericæ, quæ requirūt regimen diuersum ab eo, quod diximus. & idem Gale. 4. therap. 3. cap. Et, si syncopa accidet uia resolutionis; semper cibandum est. quòd, si uia defluxus cholere ad stomachum; melius antè aduentum paroxysmi: & de his infra de feb. syncopali. & hic considera, quantum errant qui pueros febrientes diætant, ut iuuenes: nam pueri sunt ad conditionem horum corporum secundum magnam partem. quædam sunt corpora, quæ syncopam facilliter incur- runt ex motu cholere ad os stomachi: & hoc habent à generatione: & his danda sunt refrænantia choleram ante paroxysmum; ut uinum granatorum, & huiusmodi: primis autem diætā humectatiua, & resumptiua, ut ptisana, & huiusmodi. quædam sunt corpora exuberantis carnis calida, & humida, rara, facilliter resoluibilia, & ista etiam

H non

Diæta quid.

A reb. naturalibus.

Diætandi canō a uirtute.

Ex pulsu quomodo dignoscatur uirtutis debilitas uel per uiam resolutionis uel per uiam aggrauationis facta.

A consuetudine.

non tolerant famem. quæ autem sunt talia in poris benè cō-
pacta, tolerant famem. & de primis locutus est Aui. Scito
tamen, quòd omnis, cuius calor est fortis ualde, aut pluri-
mus, aut calor innatus debilis ualde, nō potest dimittere ci-
bum. Aui. postremò aduertendum, quòd medicorum austeri-
tas in nimia cibi subtiliatione non raro est causa conuersio-
nis putidarum in hecticam. unde prima quarti de hectica,
& causis eius in fine inquit Aui. Et febres quidem putredi-
nis apostematis permutantur multotiens ad hecticam pro-
pter uehementiam febris, & subtiliationis cibi in ea. A cō-
positione similiter, quia solida faciliter: rara autem difficili-
ter. & tu considera hos sermones scrupulis theoreticalibus
plenos. A sexu, mulieres & pusillanimes maiorem cibi di-
minutionem requirunt uiuis, & audacibus. Ab ætate; quia
decrepiti, & similes illis, ut debiles per uiam resolutionis,
ut conualescentes, non possunt sustinere famem absque ma-
gna læsione. & ideò cibandi sunt sæpe, eis dandò parum pro-
uice. Consimiliter, & pueri, & infantes, quibus dandum fre-
quenter, & multum comparatione eius, quod senibus exhi-
betur propter uirtutes naturales in eis fortiores esse. &
cum non ita cibantur, in hecticam cadunt; quia exsiccantur
indigentes cōtinua humectatione. propter quod dixit Hip.
Humidæ diætæ omnibus febricitantibus. conferunt maxime
pueris: nam fames exsiccat corpus; ut febris. ex quibus ap-
paret error in multis, qui pueros diætant; ut ipsos iuuenes,
aut senes primos, & in sanitate, & in ægritudine. & inquit
Aui. De primis uerò senibus sunt, qui sunt uehementis tole-
rantia famis. & dixit, de primis; quia non omnis, & est mo-
dus loquendi eius. & sequuntur eos adolescentes, iuuenes,
habentes solida membra, amplas uenas propter plenitudi-
nem in aere pleno degentes. & in principio febrium hæc
corpora iam dicta non sunt multum diætanda. Nota, si ita
facies; non tolerantia famem multum debilitantur: & cum
uenient ad statum; inuenies uirtutem debilitatam, & dubi-
tabis de ea, & tunc cibabis grossiter, & errabis duplici-
ter. considera.

A tempore, quoniam estate debemus pluries cibare; sed
parum pro uice propter resolutionem ab ætate factam. nun-
quid autem cibus sic exhibendus sit quantitate plus, quam
his, qui in hyeme ad præsens non discutio propter uarieta-
tem doctorum. & tu ex theorica tua dissolue. & in hyeme
res est contrà. Aui. de uere, dicatur, quòd indicatione sum-
pta à dispositione, quæ cum uere coniungitur: quæ est reple-
tio, & ratione temporis, quod sequitur, si uirtus fuerit for-
tis; est exhibendus cibus paucus pro uice propter repletio-
nem; sed cum longis interuallis. in autumno autem debilita-
tur uirtus, & humores corrupti multiplicantur: & propter
primum indigemus cibo: & propter secundum diminutio-
ne eius. ideò in eo oportet frequenter, & parum dare: & me-
dio modo se habere inter estate, & hyemem. hi sunt sermo-
nes ut supra. De regionibus dicatur. septentrionalis simi-
lis est diætæ hyemis: meridionalis ætatis: occidentalis autem
orientalis ueris. Ab arte, ut exercitantibus artes, qui-
bus plus resoluitur calor, & uirtus debilitatur; ut feb. plus
contrariis minus; ut piscatoribus, & huiusmodi. & sic dictum
est de indicatione sumpta à rebus naturalibus.

Ita dici potest de indicatione à rebus non naturalibus
sumpta: de quibus breuiter me expediam. De aere sufficiat,
quæ dicta sunt de constitutionibus anni. De motu, & quie-
te, quæ de exercitantibus dicta sunt. De somno & uigilia di-
catur, quòd febricitantes multum dormientes regi debent,
ut ociosè uiuens; quia parum propter repletionem; uigilan-
tibus autem plus dandum propter resolutionem. à repletio-
ne aliis paribus semper sumitur indicatio de diminutione.
ab inanitione contrà. & ideò ægrum tuum examina de re-
gimine præterito ex parte horum omnium. de cibo, & po-
tu dicatur. quòd tam cibus, quam potus indicationem præ-
stant in diætando: & hoc ex parte suæ substantiæ, quantita-
tis, qualitatis, facilitatis eius in digestionem: uel contrarii
eius, penetrabilitatis, impenetrabilitatis, putrescibilitatis,
& contrarii eius: ex parte horæ exhibitionis eius, & ordi-
nis, & ex permixtione ipsius cum potu: etenim cibus grosse
substantiæ, multæ quantitatis, habens qualitatem symbolâ,
qualitatem morbi, difficilis penetrationis putrescere aptus

A natura, uel artificio de sui prohibitione indicat: contrarius
autem contrà: nam cibus febricitantium debet esse leuis, fa-
cilis digestionis, & descensionis, & penetrationis, boni chi-
mi generatiuus, non multum nutriens, neque multæ quantita-
tis; cum stomachi eorum debiles sint, & non possunt benè
digerere. quòd, si benè in stomacho non digereretur, & in
hepate: in uenis autem nullatenus benè digeri ualebit. Si-
militer malus ordo, mala mixtio, & indebita proportio po-
tus cū cibo. unde hic nota, quòd ex causis bonæ digestionis
est debita permixtio cibi cum potu, ita quòd neutrum sit su-
perfluens respectu alterius: & hoc apparet in his, quæ extra
coquantur. & tu considera.

B Et, quia dispositio conualescentium est media inter res
naturales, & præter naturam, licet plus uni attineat, quam
alteri; hinc de cibatione eorum uidetur hoc loco dicendum:
prius. scilicet. quam dicatur de cibatione indicatione sumpta à re-
bus præter naturam dicamus uidelicet cum Aui. secunda
quarti proprio cap. quòd cibus conualescentium debet esse
boni chyli generatiuus, facilis digestionis, declinans ad
humidum, et fluidum propter siccitatē impressam à febre,
& temperatus in actiuis propter debilitatem caliditatis innatæ.
quod, si remaserit aliquid caliditatis accidentalis; tunc poterit ei
dari cibus ad frigiditatem declinans, & non multum. debet
etiam esse debita quantitatis, ut possit inde bona celebra-
ri digestio; debilis autem uirtus quantitatem magnam susti-
nere nō potest. & fiat additio in quantitate secundum, quòd
inuenitur additio in fortitudine uirtutis. signum enim bo-
næ digestionis est; quia non sentit grauitatem, neque rugi-
tum, neque uelocitatem descensionis, neque tarditatem re-
tentionis. quòd, si hæc sentiet, uel alterum ipsorum conti-
nuari nimium, & cum assumptione cibi multa subito tendit-
ur sub eo stomachus eius; fortasse febricit: considera. nec bi-
bat subito magnam uini, aut aquæ quantitatem; quoniam
dubium esset, ne sua frigiditate actuali hi liquores calorem
extinguerent naturalem: item non tolerent sitim, neque fa-
mem, ne nimia fiat resolutio iam ipsis resolutis. hora autem
cibationis eorum est hora consueta, & cum æqualitate æ-
ris, nisi aliquid cogat ad cibandum prius; ut debilitas per-
cepta. & quia consueuerunt famescere; multum non reple-
antur: sed cibus sit in eorum satisfactionem commensura-
tam. quandoque uerò minuitur appetitus in eis: & tunc oportet,
ut regas eos cum regimine dicto, & facilius, quam po-
tes. causa autem diminutionis eius est aut propter debilita-
tem uirtutis, aut propter præsentiam humorum in stomacho.
& sociatur quandoque syncopa, aut causa hepatis non attra-
hentis propter oppilationem, aut propter aliam causam,
quæ uidenda est. 13. tertii de diminutione appetitus: & tu
ibi. & laudatur in hoc casu ab Aui. secaniabin de cytoniis,
de potu aquæ frigidæ, & præcipue in quantitate abstineat
propter causam assignatam: etiam ne in uisceribus dolo-
res inducat.

C A rebus præter naturam sumitur indicatio; ut primò à
morbo, causa eius, & ab accidentibus. & ideò antequam diæt-
tam ordines; stude in cognitione ægritudinis: quòd, si pri-
mò non fuerit occursum tibi nota; subtilia regimen Aui. nam
ex subtiliatione materia non augebitur, & uirtus non di-
sturbabitur ab eius operatione in eam: & tunc manifestabi-
tur tibi ægritudo: quoniam, si uiceris; expellet eam: si non;
manifestabitur ipsa in motu suo. unde in casu isto dicit Gal.
in prouerbiis. Debes attenuare regimen, donec transeat
dies quartus. A morbo itaque sumitur indicatio maxime
à tempore eius, quia à statu, ut supra. & ideò in febre perpe-
racuta, cuius status erit in tertia, uel in quarta, uel circa, de-
bes in primis diebus subtilissimè diætare, non dico nihil da-
re, & propter consuetudinem, & infamiam uitandam, ut in
frà. in peracuta cuius status erit in sexta, septima, uel circa,
grossius. in acutis, quarum status erit in. 14. uel circa, ad-
huc grossius. in tropicis, siue cōuersiuis, quarum status erit
in. 27. 30. 37. uel circa, adhuc grossius, & de his latius capi-
tulo de acutis infra: in chronicis uerò, quæ sunt xl. dierum,
& ultra, grossissimè in cōparatione ad has. & dixit Hipp. Te-
nues & exquisitæ diætæ in diuturnis semper passionibus, &
acutis: quibus non conueniunt, quæ sunt acutæ tropicæ, dif-
ficiles, sunt uitandæ: sed in acutis contrà: nam in eis plus ti-
Cano. Sauo. A 4 memus

De diætâ
conuale-
scentium.A rebus
præterna-
turam.

A morbo.

A compo-
sitione.A sexu.
Ab ætate.

A tempore.

A regio-
ne.

Ab arte.

A rebus
non natu-
ralibus.

memus austeritatem morbi, quam causam uirtutis. ubi tamē uirtus caderet, oporteret statim cum cibo succurrere iuxta illud Gal. Accidentibus prostermentibus uirtutem ilico dā dus est cibus. & propter hoc credo, cum in febre pestilētia li subito cadat uirtus; ut statim in prima die, uel secunda (ut dietim uidemus) cibandi sint ægri tales statim in principio non subtilissimē, sed grossiter, uel saltem mediocriter. propter quod fortassis Auic. de cura eius dixit. Nam plurimi eorum, qui uiriliter agūt super illud, & uolēter comedunt, absoluuntur, & uiuunt, & necesse est restaurare eos super cibum: unde credo, ut de uirtute debili dictum est, quod dari debet parum pro uice, & sæpe. & de cibatione febricitantiū cum times casum uirtutis; tunc cibatio est melior. da itaque in chronicis diætā grossam; ut uirtus durare possit usque ad statum longinquum: ut, cum uenerit, possis diætare subtiliter, ut decebit. & dicitur grossa in comparatione ad diætā, quæ acutis debetur, &c. & hoc scito, quod aliter diætā dum in febribus acutis, & aliter in morbis acutis aliis: nam in febribus, cum totum occupent; subtilius, quam in aliis. In chronicis, cum maior fiat resolutio; grossius diætandum: unde in febribus prolixis quantō minor fit resolutio, tantō subtilius diætandum, ut infrā de cura tertianæ, & biduanæ, & ista facilius dicuntur, quā palpantur. nota tamen, quod quæ dicta sunt, ueritatē habent, ut in pluribus: & raro, ut in paucioribus fallunt. Ex quibus omnibus apparet, quod status quo ad accidētia, quandoque occurrat, semper subtiliationem requirit diætā, nisi accidentia prosternerent &c. ut suprā: sed tunc potissimum, si status, quo ad digestionem materiæ, cum eo concurreret. & idē inquit senex. Quādo in statu fuerit ægritudo; tunc tenuissima diætā necessarium est uti. quæ uerba intelligenda sunt de statu morbi salubris: nā, ut Gal. in cōmento. Morituri solis prognosticis sunt relin quēdi. quod, si pur de ipsis mrituris se impedit medicus; melius est, ut grossiter, aut mediocriter diætet: quia fortassis uirtus sic restaurata morbodeinceps magis resistet. in febribus autem à causa primitiua; ut percussione, casu, & huiusmodi: & item à causa antecedente; ut in febribus apostematum, in principio est subtilissimē diætandum: deinde ingrossandum procedere. quid autem de febribus sanguineis dicendum, suo agetur loco. & pro nunc tantum scribitur, quod in peracumastica in principio subtilietur, in processu ingrossetur; quia in principio eius est status: deinde sequitur declinatio. & è conuerso fiendum in acumastica: in homotena continuē est subtiliandum; quia tota status. ex quibus habetur, quid agendum in febribus usque ad statum in diætando ægros. in declinatione uerō; quia uirtus cōtinuē fortificatur, & dominatur morbo; hinc debet dari diætā grossa, & ingrossando procedere. & in febribus de materia extra uasa; quia ab ea minus debilitatur uirtus, quam ab ea, quæ ab intra, quæ continuē lædit; hinc in prima grossius, in secunda tenuius diætandum.

Et, quia quæ dicta sunt de diætā, sic sunt dicta in respectu ad febrem; idē postremō de ea hoc memoriæ commēdes, quod indicatio sumpta à febre maior est, quam indicatio sumpta à causa eius, & præcipuē quando multum extra naturā fuerit: ita quod omnes alias indicationes obtenebrat. propter quod in ea uti oportet diætā frigida & humida. & fortassis Auic. dixit. Scias, quod conuenientiores cibi febricitantibus sunt cibi humidi. & Hippo. Humidæ diætā omnibus febricitantibus conferunt, maximē pueris &c. quia absente indicatu à febre fortior est. & idē, cum hesitamus de febre, & uidemus eius notabilem intensionem; securius est procedere cum extinctiuis, ut infrā de acutis, & plus dubitare de uirtute, quam de prolongatione febris: & ita operabatur pater noster Cermisonus. ubi autem non fuerit multum extra naturā; potest medicus plus ad causam, aut equaliter in sic diætando procedere.

causa morbi.

Sumitur secundo indicatio à causa, quæ si fuerit immaterialis; te oppone cum cibus contrariis, & grossius diætando quam si fuerit materialis. in materiali autem considera substantiam, quantitatem, qualitatem, malitiam, benignitatem motum eius, & situm. quod, si fuerit grossæ substantiæ, aut subtilis: nam subtilis ex diætis subtilem: & grossa, & uiscosa grossam exigit diætā: prima facit acutam: secunda chro-

E nicam. quantitatem; quia aliis paribus multæ pauca debet. at. qualitatem; quia, si fuerit calida, te oppone cum frigidis si frigida; cum calidis, & sic de aliis. Malitiam &c. quia, ubi uirtus multum prostermitur; ingrossandum. et breuiter materia calida, & sicca, furiosa, apostemans, aut ad apostemandum fluens, in nobili membro sita, aut prope, cum multæ sit malitiei, unaquæque de subtiliatione cibi indicat: & quantō amplior fuerit, tantō maior subtilitatio debetur. ubi autē materia fuerit frigida, quieta, contrario modo se habens diætā; unaquæque ingrossationem diætæ consentit: & quantō paucior, tantō ingrossatio maior esse poterit: & hoc nisi materia ita benigna fuerit, ut reducibilis sit. in quo casu subtilis conuenit diætā: ut ibi febris esset ex sanguine apto ad benignum reduci, uel phlegma benignum.

Ab accidentibus tertio sumitur indicatio: sed prius scito, quod accidentium febris quædam sunt essentialia febrī, quædam extrinseca. Exemplum primi; ut dolor, inquietudo rigor, & huiusmodi: quæ uirtutem aggrauant, & in his à cibo abstinendum. unde secundo re. acuto. malum etenim nimirum est, cum ægrum in dolore, aut morbi acumine positum, aut ius, aut cibum accipere permittunt, etiam si ex dolore, aut morbi acumine defunctum uiderint infirmum. & causa; quia illa defectio est per aggrauationem, & non per resolutionem, quæ dicitur uera defectio. & habet dictū Hippo. maximē ueritatem, si illud accidens euacuationem fieri debere demonstrat: aut si cū eo est necessitas euacuationis. item omnia accidentia prouenientia in statu ex pugna, & labore cibi inducunt prohibitionem: consimiliter, si ex furia accidet infirmo debilitas, & maximē in motiua, constante naturali, & uitali; prohibe cibum, & nō dubites. sed, ubi accidens prostermit uirtutem naturalem, uitalem, & etiam animalem; ratione resolutionis da cibum: & hoc siue tale accidens uenerit ui naturæ, aut ex errore, aut symptomatice. & hoc tale accidens est quæcunq; euacuatio cursum naturæ transgrediens; ut est per sudorem, aut urinam, aut secessum, aut per uomitum: & super omnia per fluxū sanguinis narium: huius. n. euacuatio maximē debilitat. unde secundo regi. acutorum. Malum est defectionem ex inanitione, cum fuerit, ignorare, & ignorans medicus cibum restringit. exemplum secundi; ut accidit febricitanti propter eius infelicem dispositionem à generatione contractam ex facili causa motus cholerae ad os stomachi. propter quod statim in aduentu paroxysmi, & in ipso accidit nocuentum grande in eo; ut dolor stomachi, capitis, & syncopa, & huiusmodi. & sunt de genere cholericorum corporum. propter quod oportet in principio cibare, ut suprā de indicatione sumpta à complexione. item quædam sunt extrinseca exhibitio nem cibi prohibentia, ut necessitas phlebotomiæ, euacuatio maximē per medicinam. et idē (hic nota de his, qui dāt pilu. fortes paulo ante cibum) immisio clysteris, doloris sedatio, & huiusmodi: nam hæc non debent fieri cibo existente in stomacho; quoniam hæc omnia multum ipsum agitant. s. phlebotomia, euacuatio, clysterii impositio, & dolor: idē prius sedandus. & ex agitatione cibi etiam sequitur commixtio boni cum malo humore febrem faciente. & propter phlebotomiam fit attractio indigesti ad uenas sanguine euacuat, ne uacuum detur: quæ omnia intellige esse uera, nisi fuerit prohibens; quia propter timorem syncopis prius cibamus saltem diætā repressiua; ut accipiendo bucella panis in uino granatorum infusas, & huiusmodi. itē quandoque ante impositionem clysterii cibamus propter subtilitatem intestinorum: unde sic læduntur ægri aliqui ab ipso clysterio, & stomachus per communitatem inde nocetur, si in eo non est cibus. item quandoque timetur debilitas uirtutis ex dolore: unde cogimur ante sedationem cibare. ex quibus omnibus si benè notasti, habes, quid agendū in febricitantibus ex parte diætæ, quod ad quantitatem, substantiam, qualitatem, & tempus. de ordine autem in ceteris: quia cibus grossus tardē digestionis debet sequi subtilem facilis digestionis.

Restat autem pro nunc, & ultimō, ut de hora diætæ dicatur. propter quod scito, quod duplex est hora, electa. s. & coacta. exemplum primi; ut est hora, quam medicus eligit nullo inde notabili nocumento secuto. & hæc est hora cōsecuta

Ab acci
cibus.

De hora
diætandi.

secuta sibi cōcurrentes cum hora maioris alleuiationis, ut. xi. therapeut. & prima quarti de cibatione febricitantium. his tamē adinuicem comparatis melior est hora alleuiationis. exemplum secundi, ut hora, quam cogitur eligere propter aliquod contingens periculum, & accidente dissoluēte uirtutem huiusmodi, dato quod sequatur notabile nocumentum. sed prāstantius est iuuamentum, ut in æstate cibus, antequam meridies ueniat, aut transeat: in hyeme uerò circa meridiem. tertio practicæ Aliabbas. item, si potes, elige horam, qua intestina sunt à fœcibus mundata: uapores à fœcibus eleuati possunt esse causa corruptionis cibi. & ideò dixit Aui. de cibatione febricitantium: Dum autem febris, & natura est sicca; non cibus penitus dum non egreditur fœx perfectè. qui canon & si deberet seruari, non seruatur propter multas contingencias ex parte infirmi, astantiū, & aliorum multorum sumptas.

Alius canon de hora, quod cibetur febriciens ante aduentum paroxysmi, siue exacerbationis tanto tempore, ut uacuum inueniatur à cibo, & inuenio de mensura huius temporis auctores non dico contradicentes, sed uaria deponētes iudicia, quod existimo contigisse ex diuersitate primò ipsarum febrium; quoniam longius debemus cibare à principio in phlegmatica, quartana, quam in tertiana: item longius, & minus longè secundum cibi exhibitio dispositionē: ex parte digestibilitatis citioris, & tardioris; ex parte maioris, aut minoris quantitatis eius: maioris & minoris resolutibilitatis: ex parte diuersitatis fortitudinis maioris, aut minoris stomachi febricentis: & ita de alijs. communiter autem tentant medici dare in conuenienti quantitate &c. per horas quinque ante aduentum paroxysmi si possunt. dico si possunt: quoniam frequenter coguntur dare minus longe &c. propter occurrentia, quæ scribi non possunt, & diætā occurrunt, & est opinio Aui. de cura putridarum. sed quid in continuis? dicendum cum Gal. xi. megatechni. Tempus cibandi in febre continua oportet, ut eligas, quod infirmo consuetum in sanitate, aut cum febrem aliquantulum mitigare uidemus. ego autem dico iuxta doctrinam auctorum, quod, cum quilibet humor habeat motum magis in una hora, quam in alia: ut sanguis in matutinis, cholera in tertijs, melancholia post meridiem, phlegma circa solis occasum, in febribus continuis, ubi sic nō perciperetur exacerbatio; horæ istæ essent attendendæ in cibando; dando. s. cibum per tempus debitū ante illas. cōsidera. sed quid de erraticis, & inordinatè uagantibus? dicendum, quod oportet, quod medicus cum sua coniectura meliori, qua potest, procedat.

Alius canon, quod hora declinationis est cæteris conuenientior, & hora principii deterior: nam nocumentum accidens ex principio cæteris temporibus communicatur. præterea, si dabitur cibus; natura occupabitur in digerendo eū, & prohibebitur à digestionem humoris, & eius expulsionem: & sic ægritudo prolongabitur, & confirmabitur: & ideò dixit Auic. Et propter illud oportet, ut postponant cibationē usque ad declinationem, & quod est post ipsam. Gilbertus principium, & status sunt horæ nequiores paroxysmi ad cibandum: cum enim cibatur in paroxysmo, maxime in hora nequiori, triplex inducitur nocumentum: primum angustia cordis; quia fit corruptio cibi in stomacho: secundum prolongatio paroxysmi; propterea quia impeditur digestio, uel regitua à regimine ægritudinis: tertium prolongatio; quoniam ex cibo generatur materia corrupta augens. & si quæris, quod istorum est deterius an. s. principium, an status; respondetur à quibusdam, quod extensiuè maius committitur peccatum in cibatione principii: intēsiuè uerò in statu. principium dicunt uoluisse Gal. secundum Aui. & sic tollunt apparentem contradictionem: ueruntamen uidemus in dies cæteris paribus, & ut plurimum febricitantes deterius se habere ex cibatione principii, quam status. & ita obseruant moderni medici: & tu ad hoc benè considera. & quia facta est mentio, & amplius in sequentibus fiet de diætā grossa, subtili, & media; ideò ad magnam operis breuitatem, non minoremque utilitatem unam conficiam tabulam de cibis talibus simplicibus, & compositis cum suis gradibus, canonibus suis locis ponendis de diætā particularium feb. de seruiētibus eo, quo breuiori modo ualuerō. & ante omnia

A scito, quod aut ratione debilitatis naturæ, quæ defecit ab eo, quod prius fuit, ut Conciliator differentia. 9. aut ratione consuetudinis, aut ingluuiei hominum, non potest à medicis ea seruari diætā in antiquis codicibus scripta. & ideò latitudinem diætā totius in tres partes diuidam: quarū quælibet gradus habebit. Dicamus itaque, quod omnis diætā febricitantium aut est subtilissima, aut grossa, aut media: intelligendo per grossam diætā, quæ diætā sanorū exclusiuè terminatur. neque credas diætā subtilissimam sic esse talem, quod ipsa effici non possit grossa per augmentum quætitatis eius: consimiliter per diminutionem grossa effici potest subtilis, & media. item aduerte, quod una diætā respectu unius erit grossa: respectu alterius erit subtilis, ut diætā nobilis in ocio uiuentis respectu rustici fortis in exercitio existētis, & è conuerso: & ideò hæc sic pūctualia assignari à medico non possunt. propter quod necesse est, ut magna pars horum. s. grossitiei, & subtilitatis, & mediæ in pera discretionis medicorum inueniatur. unde non solum hoc uariare oportet ratione complexionis; sed habitudinis, consuetudinis, & ægrorū, & patriæ, & huiusmodi. & tu ad hoc considera. & est diætā subtilissima, quæ est in extremitate latitudinis diætā subtilis uersus non gradum. quare, cum habetur notificatio diætā subtilis; statim intelligetur, quid per subtilissimam intelligi debet. & sic habebis subtilem, & subtilissimam: & una fieri potest altera per augmentum, aut diminutionem quantitatis. est itaque diætā subtilis exhibitio ciborum, & potuum, ex quorum assumptione etiam in quætitate debita conuenienti non multum prouenit corpori nutrimentum, sed minus, quam sit necessarium ad deperditam restaurationem; ut est aqua ordei subtilis, aqua ordei grossa, & est ptisana colata: & hoc ascendendo ad diætā mediam, quæ ab auctoribus nostris magna cum sollicitudine inuenta est ptisana cum tota fœce. & ne prodeam in longū sermonem iuxta ea, quæ dixi, oportet nostris temporibus aliud ponere medium, quam ptisanam: nam modo ita despicitur ptisana cum fœce, ut nullus ex nostris gustare uelit, et si magnas laudes dederit ei Hippocrates diuinus noster: uerum in partibus orientalibus, in Sicilia, Apulia, et in multis similibus locis ad calidum declinantibus, datur ptisana pro diætā subtilissima. Diætā grossa est exhibitio ciborū, & potuum, ex quorum assumptione etiam in minori quantitate, quam suæ sanitatis tempore consueuerat accepta, corpori tantum dans nutrimentum, quantum restorationi est necessarium, ut corpus inde in suo permaneat robore. diætā autem media est, quæ medio modo inter has se habet: & hic modus mediandi malè describi potest; quoniam aliqua ad latus unius extremi plus declinat, quam alia. & ideò talis in pera medici reseruatur: nam, ut dictum est, alia est diætā tenuis uni, quæ est grossa alteri, & contrā: ita in una patria, quod non in alia: ideò certa regula dari non potest. ex quibus facile comprehenditur, qui sint cibi in diætā subtili, ut sic reponēdi, & cibi in diætā grossa, & media: cibi pauci nutrimenti, & multæ quætitatis; ut olera, ptisana colata, & nō colata, panata facta cum aqua, & huiusmodi sunt sub diætā subtili collocandi. qui autem sunt multi nutrimenti etiam in pauca quantitate, sunt sub grossa numerandi; ut oua, carnes temperatæ, brodium consummatum, contusum, siue pistatū ex ipsis carnibus factum, panata cum brodio consummato, & ita de alijs, ut in tabula sequenti. qui autem medio modo se habent, sub media reponas. & hi possunt eam cibi grossi in quantitate diminuti, aut subtiles in quantitate aucti: & de his in tabulis. unde quantò cibus plus appropinquat cibo sanorū, tanto plus habet de diætā grossa: quantò plus ab eo recedit, tanto plus de subtili: & medio modo de media. & in summa cibus dicitur attinere diætā grossæ, subtili, uel mediæ tripliciter: aut ratione qualitatis, quia nutritiuitatis: aut ratione quantitatis continuæ, uel discretæ: aut ratione uirtutis. ratione qualitatis; quia multum nutritiuus grossæ: parum subtili: medius mediæ. ratione quantitatis continuæ; quia multus grossæ: paucus subtili: medius mediæ. ratione discretæ; quia datus sæpe paucis interuallis grossæ: multis interuallis quia raro, subtili: medio mediæ. quod semper alijs paribus intellige. ex parte uirtutis; quia quæ potest uirtutem perducere ad statum fortem in relatione ad morbum,

morbum, dicitur mediocri: & quæ ultra, grôssa: & quæ nõ, dicitur subtilis. primum & secundum modum ponit Gal. in commen. illius aph. Tenuis, & exquisita &c. & hoc scito, quòd quantò distat febris ab ultimitate acuitatis, tantò diæta debet distare ab ultimitate subtilitatis, ut Hipp. ubi fm acumen ægritudo continuos &c. unde in perperacuta subtilissima competit diæta: in peracuta subtilis declinans ad latus subtilissima: in acuta, quæ terminatur in. 14. mediocri. i. acutis tropicis, quæ in. 40. terminantur diebus: grôssa ab extremo grossitie uersus medium: in chronicis uerò grôssa uersus extremum: & de his supra. unde multum deuiant moderni à diæta antiquorum: nam quæ consueuerat esse chronicarum, nunc est tropicarum: & quæ tropicarum, nunc est acutarum in. 14. terminatarum: & quæ erat talium, nunc est peracutarum fm, quòd in terra nostra praticatur. sciendum tamen, quòd, cum medicus deuiat à diæta antiquorum; debet subtilem facere ratione facilitatis digestionis: & grôssam ratione quantitatis discretæ, & præcipuè cum hodiernus usus fm plurimas nationes sit pluries in die reficit. & hic usus uehementer est obseruandus: ut. f. secundum numerum cibationum consuetum patiendi in sanitate sua, ut in ægritudine reficiatur; ut in apho. Et quibus semel, aut bis, ut infra. & 3. colliget. Generaliter consideranda est consuetudo; quoniam, si sunt conuerti comedere ter in die; non possunt subtiliationem regiminis sustinere: imo totidem reficiendi sunt in ægritudine. & hoc nisi ante ægritudinem inceperint se ad meliorem permutare. & secundo regiminis acutorum. Qui semel in die, aut bis comedere conueit, si à solito usu in alium permutetur; nocentum ei generatur, & defectio, sicut si quis prandere conueit, & non prandet; mox deficit, & aggrauatur. ex quibus collige (contra austeritatem multorum medicorum, & expositorum habetur) quòd duplex est indicatio de diæta ipsa: una à uirtute sumpta: alia à morbo. propter quod nota dictum Auic. prima quarti de cura putridarum. Et oportet, ut obseruetur res magis timorosa de una duarum rerum. & quarta primi. i. ca. Ipse quoque semper sis sollicitus de eo, quod magis suspectum est: & est uirtus, si fuerit ualde debilis; aut ægritudo, si fuerit multum fortis. unde comparationem inter hæc collige: ut, quòd à uirtute sumpta aliis paribus est indicatio fortior, quàm illa, quæ ab ægritudine. & hoc nouerunt matronæ, quæ semper fortificationi uirtutis, & continentia sunt sollicitæ stantes in pugnas contra medicos, qui abstinentiam præcipiunt. & licet ita sit; tamen quandoque indicatio sumpta à morbo totaliter superat indicationem à uirtute sumptam in morbo perperacuto uirtute ente forti, in quo competit diæta subtilissima, quæ est nihil dare iuxta diætam antiquorum. si tamen in eodem morbo uirtus esse debilis; indicatio ab ea sumpta totaliter uinceret indicationem à morbo receptam. item in morbo chronico indicatio à uirtute semper superat eam, quæ à morbo. item in morbo acuto constante uirtute indicationes sunt æquales: & ideò diæta media competit, ut supra.

Tabulam itaque diætarum fm diuisionem assignatam sic meo facili ingenio conscribam, si prius eos numerauero ap horismos de diætis ipsis loquentem, ut ante oculos tuos ponam, quæ in ipsis te doctissimum reddunt.

Tenuis, & certæ diætæ in diuturnis semper passionibus, & in acutis, in quibus non conueniunt, difficiles: & rursus quæ ad ultimum tenuitatis perueniunt diætæ, difficiles; & enim repletiones ad ultimum peruenientes difficiles. 4. primæ.

In tenuibus diætis peccant ægrotantes: ideòque magis læduntur: omne. n. peccatum quòdcunque fit magnū, fit magis in tenuibus, quàm in grossioribus diætis. propter hoc igitur sanis fallaces sunt ualde certæ, & constitutæ diætæ: quoniam peccantia difficilius ferunt. propter hoc igitur tenuis, & certæ diætæ fallaces amplius sunt parum solidioribus. 5. i.

Ad ultimas ægritudines ultimæ curationes ad perfectionem sunt optimæ. 6. i.

Vbi uerò peracutæ sunt ægritudines; statim etiam ultimos labores habent: ultimè tenuissima diætæ necessarium est uti: ubi aut non; sed grossius conuenit reficere et tantum

E subcondescendere, quantuncunque ægritudo mellior fuerit ultimis. 7. i.

Quando steterit ægritudo; tunc tenuissima diætæ necessarium est uti. 8. i.

Contemplari oportet ægrotantem, si sufficit diætæ ad statum ægritudinis: & utrum iste prius deficiat, & nõ sufficiat diætæ: aut ægritudo deficiat, & obtundatur. 9. i.

Quibus ergo statim est status. continuò, & tenuiter reficere oportet: quibus uerò posterius status, ad illud, & ante illud parum aufe rendum est; sed prius uberius reficere, ut sufficiat ægrotans. 10. i.

In paroxysmis subtrahere oportet: apponere enim læsio est. & quæcunque secundum circuitus exacuuntur, in exacerbationibus subtrahere oportet. 11. i.

Senes facillimè ferunt ieiunium: secundò consistentes: minus uerò adolescentes: horum uerò omniū maximè pueri: horum uerò ipsorum, quicunque sunt animosiores existentes. 13. i.

F Et qui crescunt plurimum innatum habent calorem: plurimo ergo indigent nutrimento. si uerò non; corpus consumitur. senibus uerò paruus est calor: propter hoc igitur paucioribus somnitibus indigent; à multis. n. cibis calor extinguitur: propter hoc & senibus non similiter febres acutæ fiunt; frigidum. n. habent corpus. 14. i.

Ventres hyeme, & uere calidissimi sunt natura, & somni longissimi: in his ergo temporalibus oblationes plures danda; etenim calor innatus multus. nutrimento igitur ampliori indigent. signum sunt ætates, & athletæ. 15. i.

Humidæ diætæ omnibus febricitantibus conferunt maximè uerò pueris, & aliis sic assuetis refici. 16. i.

Et quibus semel, aut bis, aut amplius, aut minus secundum partem: dandum uerò aliquid & tempori, & regioni, & ætati, & consuetudini. 17. i.

Æstate, & autumnò cibos grauissimè ferunt: hyeme uerò facillimè: uere uerò secundo. 18. i.

His, qui in circuitibus exercebantur, nihil dare, neq; cogere; sed auferre ex appositionibus ante crism. 19. i.

G Qualitatem autem diætæ, quæ non est nutritiuitas tantum; sed qualitas prima, & secunda oportet medicum cognoscere; ut, qualem in curanda feb. deceat; eligere sciat: nam licet in omni feb. ut sic diætæ competat frigida, & humida; tamen indicatione sumpta à causa eius, quæ quadoque est fortior, aut æqualis cum ea, quæ à feb. necessarium est eligere diætam contrariam ex parte ipsarum qualitatum primarum. & ideò in primis tabulis ponentur simplicia, & composita cum suis gradibus, & ex parte cibi, & potus: ut, cum oportuerit; sciat medicus ea eligere, quæ suo conuenient proposito. duxi tamen ante positionem tabulæ de ipsa diætæ hic debere, quòd nemo miretur, si de ea prolixius fui: cum mihi quàm maximè eius plenissima notitia medico necessaria uisa sit, dicente Dam. 8. aph. Et, si cum diætæ curare poteris; prospera inuenies. & quarta primi. i. c. in fine. Amplius scire debes, quòd non omnis repletio, neq; omnis complexionis malitia suo medicatur contrario ex euacuatione, & oppositione: imo multoties sufficit multa regiminis bonitas in repletione, & malitia complexionis. 20. i.

De cibis temperatis. Rub. 2.

H AR nutrimenti uiscosi remouetur cum zuccharo eius nocumentum.

Ouum cum albumine, & uitello maximè nutritiuū debilibus mirè subueniens.

Lens alba duræ digestionis. remouetur nocumentum, si ter decoquitur, & abiicitur cortex. humores generat grossos: propter quod in acutis dari potest, ut in morbilis, & uariolis fit.

Lupulus est inflatiuus. remouetur cum decoctione eius aliquali, & multum nutrit.

Citrum quo ad totam substantiam; sed non uenit in usum cibi sic: sed caro eius difficilis digestionis. remouetur si cum dulci, & falfamento comeditur.

ZUCCHARVM tabarzeth oppilat. remouetur si cum granatis muzis comeditur, nutrit plus melle.

Pullus moderatè pinguis, qui non coire ceperit. Capones, & caponissæ moderatè pingues.

Perdix

Perdix iuuenis, pinguis, antiqua, duræ digestionis.
Gallina deserti proxima huic; sed durioris digestionis.
Fasianus pinguis, iuuenis extenuatis conuenit.

Coturnix, ut fasianus.
Hædus pinguis, macer recedit à sua bonitate.

Vitulus pinguis hêt uiscositatem, quam acetū remouet.

Capreolus omnibus syluestribus laudabilior, facilis digestionis, antiquus non laudatur.

Aues minutæ in rubis degentes propter suam excellentiam cum temperatis reponuntur; & si ad caliditatem declinent parumper.

Lingua humidum præbet nutrimentum.

Pedes maximè anteriores ad dissolutionem ultimam cocti, uiscosi remouetur cum aceto, & croco.

Oleum oliuæ conuenienter mature, & melius lotum, & omphacinum sanis lædit pectus, & non lotum maximè.

De cibis distemperatis simplicibus secundum distemperatiam quatuor humorum, nitum faciens à frigidis, & humidis secundum ordinem eorum, quæ conceduntur.

Rub. 3.

ET, quia panis est sicut materia ciborum; hinc dato, quòd sit quid compositum, de eo prius dicā teporata penitus cõplexionis, sicq; de eo in cæteris rubricis.

Panis de simila benè coctus, fermentatus, ut decet, ex frumento optimo factus.

Panis de spelta fri. & hu. complexionis in primo: uiscosus, difficilis digestionis, inflatus: remouetur, si benè à future mundatur, & cum zuccharo decoquatur.

De pane ordeï, panici, milei, nihil; quia non est in usu.

De herbis, ex quibus fiunt saluticia.

LACTUCA, endiuia, cichorea, portulaca, & de his infra statim.

De carnibus.

NON inuenio carnes declinare ad frig. & hu. sed sunt temperata, uel ad cali. declinantes excepta carne gruis, quæ frigida ponitur complexionis: & de temperatis supra, & de aliis infra.

Temperata, & aliæ ex commixtione rerum frigidarum redduntur frigida. & idè ex aqua, in qua decoquantur cū herbis frigidis, & humidis dictis redduntur.

De partibus animalium.

CEREBRUM fri. & hu. nausatiuum delens appetitum. remouetur, si cum pipere, origano, & huiusmodi comeditur.

Medulla similis uidetur cerebro; licet à Rasi temperata ponatur.

Oculi fri. & hu. uiscosi stòm conturbant: remouetur pipere, & huiusmodi comesti.

Vbera frigi. & humi. in primo, tardæ digestionis: bonum dant nutrimentum.

Pulmo fri. & hu. in primo phlegmaticum dat nutrimentum. reliquas partes omitto; quia aut calidæ sunt, aut in usum infirmorum non ueniunt; ut intestina, & cætera.

De piscibus, cancris, & ostracis.

PISCES aquæ dulcis fri. & hu. in secundo. & maritimi minus uiscosum dant nutrimentum: & per hoc à Rasi petrosi non sic laudantur; ut à multis fit. remouetur cum aceto, & pipere comesti: & maritimi laudati sunt satis facilis digestionis.

Cancris frigidi, & humidis, & amplius humidis difficilè digerunt. remouetur cum aceto non uinolo, & modico zucchari, & cinnamomo.

Ostraca uentosa multum: propter quod & uirgam erigunt. idè infirmis non conueniunt.

De oleribus, ex quibus fiunt fercula.

ENDIUIA fri. & hu. in primo. non est nocuum iuuentum; ut in cæteris, & maximè in syluestri.

Spinachia fri. humi. in primo melioris nutrimenti quàm blitis: & est pectoralis.

Blitis fri. hu. in secundo: lædit stomachum propter bau-racitatem, pauci nutrimenti. remouetur si prima abiicitur aqua, & cū modico zuccharo comeda. sani cū aromatib.

Lactuca fri. & hu. secundo. confert stomacho calido: & melior non abluta. ablutio inducit inflationem.

Portulaca fri. hu. in secundo, quidam in tertio. eligatur

A foliorum latorum. difficilis digestionis. debilitat appetitū.

Cucurbita fri. humi. in secundo. facile in eum conuertitur humorem, quæ in stomacho inuenit. & si cum agretta comeditur; inde bonus generatur humor.

De granis, ex quibus fercula fiunt.

FAR frumenti dictum est. redditur frigidum, & humidum ex decoctione, ut dictum est de carnibus.

Far speltæ fri. humi. benè decoquatur cum zuccharo.

Robilæ fri. in primo mediæ inter hu. & sic. remouetur, si abiicitur prima aqua, & cum granatis acetosis acetosetur. conferunt febricitantibus baldach.

De fructibus.

GRANATA dul. frig. hu. in primo. cito in choleram conuertuntur. in feb. non conueniunt maximè acutis: sed benè acetosa, & muza.

Morum frig. & humi. in primo. potest dari ante cibum, & in pauca quantitate.

Pepo dul. fri. hu. secundi, ante cibum alium comedatur in pauca quãtitate. nocet stomacho in uia cibi. remouetur, si cum seminibus, & zuccharo comedatur.

B Batheca fri. hu. secundi, & amplius pepone. mala est infirmis; quoniam, si non digeritur, in uenenosam conuertitur substantiam.

Cucumer frig. humi. secundi paratus in materiam febrü putridarum conuertitur.

De citrullo idem, quòd de pepone.

Semina autem horum frigida, & humi. sunt in usu ferculorum conuenientissima.

Pruna fri. & hu. ad secundum. grauant stomachum, & uermes generant præcipuè dulcia aquosa: angustana uerò in febre dari poterunt cholericæ, & qui habebunt choleram in stomacho.

Poma dul. benè matura fri. & hum. prima cocta impasta cum zuccharo.

Perfica fri. hu. ad secundum. stomachum confortant; sed in stomacho faciliter putrescunt. decoquantur, & cum modico anisi confecti.

C Chrysomela fri. hu. in secundo. phlegma generant grossum, uiscosum in hepate, & uenis. quare ex eis febres diurnæ fiunt.

Arancia fri. hu. usque ad secundum. lædunt stòm frigidum: conferunt calido, acuitatem humorum reprimunt.

Limones non saliti, ut arancia.

Cerasa frigida humida. maximè conueniunt acetosa dicta nostro in uulgari marasche. item exiccata, & in aqua retenta dantur in febribus incensuis.

De lacte, & lacticiis.

LACT brutale fri. & hu. facile corrumpitur. non datur febrientibus feb. putrida. phthificis autem, & hecticis, ut infra.

Lac acetosum dati potest febrientibus.

Caseus recens non salitus fri. & hu. usque ad tertium Auic. Isaac ad primum stomacho satis conueniens: nutritiuus, & impinguatiuus.

Ex parte præparationis elixa.

De potu.

AQUA fri. & hu. ad quartum. nocet stomacho, & uisceribus. decoquatur, & detur cum zuccharo.

D Aqua hordei excorticati, & cum zuccharo, & sine. Et postremò aduerte, quòd, licet hæc, quæ dicta sunt, ualeant principaliter in dyscrasia calida, & sicca; tamen etiam sunt conferentia in dyscrasia calida, & hu. uerum intensiora competunt in dyscrasia cholericæ, quàm sanguineæ.

Scito secundò, quòd etiam frigida, & sicca, ut infra de eis secundum plurimū conferunt, ut in causa calida, & sicca; & si directius uideatur in causa calida, & humida ualere.

De cibis, & potibus frigidis, & siccis.

LACTUCA est de fr. & hu. nunc autem de frigidis, & siccis: nã, & si in febribus frigida, et hu. directè conueniant: tamen & conferunt frigida, & sicca, de quibus agendum, specialiter de his, quæ in usum ueniunt febricitantium.

Endiuia cum est sicca, est sicca complexionis. Aui. & frigida, ut supra ualeat. & hoc nota, quòd ex tempore uidetur cõplexio mutari: & idè quid de rebus, quas tenent apothecarii longo tempore in eorum apothecis, considera.

Faba

Faba frigida, & sicca, & maximè sicca, & rufficorum, non tamen datur eis febrientibus; licet posset ratione consuetudinis robusticitatis, ubi esset magnus appetitus de ea dari rarissimè in pauca quantitate, et melius febre ente acuta, ut de lente dicitur. & brodium eius melius. quod for tasse in eo casu nobilibus etiam consuetis comedere, audacius. considera; quia non est practicum.

Robilia sicca frig. & sic. conuenientius de ipsis antè.

De granis, ex quibus fercula fiunt.

MILIVM fri. & sic. excorticatum uenit in usum cibi stypticum. remouetur, si cū carnibus pinguibus decoquatur. idem de pannico; sed non sic spissum: sed rarum. unde Mediolanenses eo pannico multum utuntur in febre, & in caumate magno. considera.

Hordeum fri. sic. primo, excorticatum benè decoctum. item iuscula ex farina eius dantur in febribus etiā acutis, & decoquitur cum aqua sola quandoque, quandoq; cū brodio, & secundum hoc fiunt magis, & minus nutritiua.

Amylum ex frumento factum frigidum siccum primi. iuscula ex eo facta, ut de hordeo cum zuccharo.

De carnibus.

CARO gruis fr. pri. sic. secundi. nō uenit in usum apud nos.

Aures frig. sic. pri. duræ digestionis, uiscosæ.

Cor in uia cibi est, ut auris.

Intestina frigida, & sicca omittantur; quia nimium duræ sunt digestionis.

De fructibus.

MYRTVS fri. sic. primo. confortat stomachum maximè calidum.

Granata acetosa fri. primo, sic. sec. & de eis antè.

Cytonia fri. ut granata, duræ digestionis. styptica.

Pira frigida sic. primo. confortant stomachum decocta. remouetur nocumentum; si cum zuccharo dentur in parua quantitate.

Mespyla, ut pyra, duræ sunt digestionis; conferunt stomacho entī calido.

Sorbæ ueniunt in usum medicinæ magis sicca sunt usque ad tertium.

Berberè frigidū siccū in secundū. confortat stomachum calidum. ualet, ut de myrto.

De potu.

VINVM granatorū extinguit cholera maximè ex acetosis.

Agreste frigi. sic. in secundo confortat stomachum calefactum, & debilitatum, & appetitum mouet.

Acetum fri. primo sic. secundo. confortat stomachum. uidetur ualere in omni feb. putrida excepta melancholica: in qua etiam pur iuuat, ut Mes. de syr. aceto. simplici.

De radicibus, lacticiniis, carnibus, & aliis, ut per ordinem actum est de frig. & humi. sub silentio transiui; quia nō iuueni talia talis complexionis.

De cibis, & potibus cali. & humi. de herbis, ex quibus fiunt saluacia.

BORAGO cali. & humi. in primo. bonum generat sanguinem. cum ea consuetum est commisceri lactuca ad remittendum in febribus.

De carnibus, & partibus animalium.

CARNES temperata alterata febrientibus conueniunt.

Aries cali. & humi. primo. conueniunt omni ætati, & maximè iuuenis: decrepitorum autem malæ sunt.

Gallina calida, & humida, & maximè iuuenis: nam decrepita declinare uidetur ad frigidum, & siccum. bonum efficit sanguinem, facilis digestionis.

Porcus ca. & hu. primo, & amplius hu. multum nutrit. uiscosa difficilis digestiois. caro eius fortibus, & pueris. fortis ystimbriq; conuenit.

Caro agni lactantis ca. primo hu. secūdo est multi phlegmatis, & uiscosi generatiua. cito de stomacho descendit: nō lactantis uerò propinqua hœdo. Auerois.

Caro columborum cal. & hu. ad secundum, difficilis digestionis, sanguinem generat aptum inflationi.

Anatum caro calidior omni carne auium domesticarum. & maximè febricitantibus nocet.

Pauones difficilis digestiois, mali sanguinis generatiui.

Caro qualearum cali. humi. ad secundum, difficilis dige-

stionis, & corpus ad feb. preparat.

Oculi & maximè alis pinguis fri. hu. in secūdo. uiscosum dant nutrimentum, graues ad digerendum.

Cauda calida, & humida. cholera gignit rubeam, & stomacho nocet.

Hepar ca. & hu. ad secundum. grossum generat sanguinè. datur quandoque gallinæ, uel pulli super prunas assatum in excitationem appetitus.

Testiculorum caro ca. hu. & quæ ex animalibus magnis difficilis digestionis: sed gallorum nondum coeuntium bonum, & laudabile dat nutrimentum.

De herbis, ex quibus fiunt fercula.

BORAGO dictum est, ualet in egritudinibus melancholicis.

Rapa cali. humi. principaliter, multum nutrit, difficilis digestionis, plus foliis. remouetur si bis elixetur, & cū pinguibus coquatur carnibus.

De granis.

FASEOLI ca. hu. primo. mali stomacho, & humorum grossorum, & melancholicorum generatiui.

Ex radicibus.

PASTINACA cal. hum. primo. difficilis digestionis, duri, & grossi nutrimenti, mali sanguinis generatiua.

De oliuis.

IAM dictum est de temperatis: tamen aliqui existimant de oliuis benè maturis declinare ad cali. & humidum.

De adipe, & pinguedine.

ADEPS, & pinguedo ca. hu. secundo. lædunt stomachum & nausæ faciūt, & pinguedo in cholera faciliter couertit.

De butyro.

BUTIRVM ca. hu. primo, corpus nutrit, & impingat. facit cibum difficiliter digeri, & natat supra ipsum, non conuenit nisi in asuetis, & cum moderamine.

De ouis.

OYVM & si declinat ad ca. & hu. sed ipsum cum albumine ponitur temperatum, ut in de temperatis. utrum oua competant in febribus, dicitur in dubiis.

De fructibus.

FICVS humida ca. & hu. primi, nocet stomacho maximè cum corticibus. inflat, dolorem causat, fluxus factiua.

Iuiubæ cali. humi. primo. duræ digestionis, stomachum grauant, phlegma, & sanguinem phlegmaticum generant, inflatiuæ.

Pomum dul. ca. hu. primi, & maximè benè maturum: nā immaturum ad fri. & hu. declinat. malorum humorum generatiuum, & facile putrescibile: & tale blasphemant medici. maturum benè coctum abiectis corticibus cum zuccharo aliquando potest ab infirmis accipi in pauca quantitate.

Morum dulce calidum humidum. stomacho nocet, & facile in eo currumpitur.

Amygdalæ dulces maturæ ca. hu. primo, difficilis digestionis, bonum dant nutrimentum, licet parum.

Auellanæ cal. hu. primo generat cholera, inflationem, uentositatem, tardæ digestionis, & maximè sicca.

Vua benè matura ca. primo. hu. secundo, boni nutrimenti corpus impingat; sed recenter à uite deposita inflat, & rugitum causat.

Dactyli cali. humi. ad secundum, difficilis digestionis, grossi sanguinis generatiui.

De lacte, & lacticiniis.

LAC calidum humidum propinquum complexioni humanæ conuenit senibus, consumptis, phthisicis; non multum febrientibus.

De potu.

VINVM pauciferum, albū, uel aureliū, aquosum cal. & hu. complexionis, nunquid in feb. competat, dicitur in dubiis.

De cibis, & potibus calidis, & siccis eo ordine, quo de reliquis dictum est.

De herbis, ex quibus fiunt saluacia.

MENTHA cali. & sic. secundo. confortat stomachum, & maximè phlegmaticum.

Saluia calida primo, sicca in secūdo. confortat stomachū, & humiditatem eius exiccat.

Cappares ca. sic. secundo, absterui superfluitatum stomachi, & apperunt oppilationes. remouetur nocumentum si

cum oleo, & aceto condiantur, & bene decoquantur.

De carnibus, & partibus animalium.
TURDI, & meruli ca. sic. primi. difficilis digestio, & meruli difficilioris. remouetur, si cum brodio pingui coquantur.

Turtures ca. sic. secundi. habent tamen humiditatem superfluam difficilis digestio, malum dant nutrimentum.

Alauda cali. sic. secundi, difficilis digestio.

Aquaticæ aues calidæ, sicæ complexonis multarum superfluitatum.

Lepus ca. sic. secundi iuuenis, elixatus bene digestibilis.

Passeres cali. & sic. ad tertium, duræ sunt digestio: de quibus Auic. Omnes passeres mali sunt.

Splen cali. sic. secundi difficilis digestio.

De piscibus.
SALITI calidi, & sicci sunt.

De herbis, ex quibus fiunt fercula.
MENTHA de ea actum est.

Salua supra.

Petroselinus cali. sic. ad tertium. folia digestioem confortant, radix difficilis digestio.

Blitones ca. sic. primi. nocent stomacho propter humiditatem superfluam. remouetur, si cum oleo omphacino, & aceto præparentur.

Apium cali. sic. secundo. aperitiuum. conuenit spleni, & hepati non uenit in usum cibarii; sed magis saluatici.

Caules cali. primi, sic. secundi: & stomacho minus nocui sunt. summitates meliores hyemales, tardæ digestio.

remouetur, si cum pinguisimis carnibus coquantur maxime gallinaceis.

Maiorana calida sicca in tertio non uenit communiter in usum cibariorum.

Rosmarinus cali. sic. ad tertium. aperit oppilationes hepatis, & splenis, & cerebrum confortat.

De granis.
CICER album ca. sic. primi, maxime siccum. est difficilis digestio maxime cum cortice, & est inflatiuum; sed abiectis corticibus pulmonem nutrit, & conuenit hepaticis, & nigrum fortius, & rubeum medium.

Risum cali. sic. secundi, multum præbens nutrimentum, stypicum. remouetur, si per noctem teneatur in infusione in aqua fursurum.

De radicibus.
RADIX petrosillini iam dictum est.

Enula cali. sic. secundi. difficilis digestio; sed, si bene decoquatur; pectori multum confert.

Raphanus cali. sic. secundi, difficilis digestio. nocet capiti, & uisui.

De agruminibus.
ALLIUM ca. sic. tertii usq; ad .4. parui nutrimenti: caput lædit, & uentositatem resoluit, & oppilationes aperit: est enim rusticorum theriaca, Gal.

Coepæ calidæ sicæ in secundo, difficilis digestio, nocet capiti, & uisui. est tamen incisuum, & appetitus prouocatiuum.

Porrum cali. sic. tertii, inflatiuum, nocet stomacho, difficilis digestio, illaudabilem generat humorem.

De fructibus.
FRIGVS sicæ ca. sic. in fine primi. sunt stomacho bonæ, & mirabiliter aperiunt uias cibi.

Lupinus ca. sic. inflatiuus, difficilis digestio.

Pineoli calidi secundi, sic. primi, difficilis sunt digestio grossum dant nutrimentum.

Nux cali. sic. primi, difficilis digestio, nocet stomacho & choleram generat: idem stomacho nocet calido.

Castanea calida sicca primi, difficilis digestio, phlegmaticos humores indigestos generat.

Auellana sicca ca. sic. uentositatem multiplicat, difficilis digestio. remouetur, si ustulatur.

Phistici calidi sicci secundi, sunt stomachici, bonum præbentes nutrimentum.

De caseo.
CASEVS salitus ca. sic. ad tertium, malum præbet nutrimentum, & est generatiuus lapidis in renibus, & uesica.

A Caseus dulcis ca. & sic. magis siccus confortat stomachum post cibum sumptus usq; ad tres bolos, uel quatuor.

De melle.
MEL apum ca. sic. secundi, duræ digestio, inflatiuum. multum nutrit, & crudam uentositatem, & inflationem generat. remouetur per eius decoctionem.

De sapa.
VINVM coctum calidum siccum secundi, duræ digestio, inflatiuum, multum nutrit.

De feminibus.
SINAPI cali. sic. ad quartum. exicat humiditatem stomachi, & splenis, lædit cerebrum. remouetur per admixtionem amygd. cum eo.

Anisum calidum siccum tertii, magis uenit in usum aromaticum. confortat stomachum, & aperit oppilationes hepatis, & splenis.

Foenicu. ca. sic. secundi, tardæ digestio, & est eius nutrimentum malum, aperit oppilationes.

De potu.
VINVM. potens ca. sic. ad tertium, debile ad primum, mediocre ad secundum; sed de his in dubiis. & hoc de simplicibus sic posita sunt; ut uerbi gratia. de compositis aut ad plenum dicere non ualeo propter uariam compositionem ipsorum ex diuersitate causarum, patriarum, & consuetudinum contingente: tamen de his dicam, quibus comuniter utuntur infirmi, & in omni patria.

De iusculis hordei.
FIUNT ex farina hordei, & aqua iuscula, quæ sunt fri. & hu. complexionis: nam humiditas aquæ uidetur uincere siccitatem hordei: & hoc in feb. conueniunt omnibus indicatione sumpta ab ipsa feb. & secundum maiorem, & minorem mixtionem, cum aqua fiet magis, & minus nutritiua.

Fiunt etiam cum brodio carniū temperatarum, & calidarum, & sic remouetur a sua frigiditate plus, & minus secundum carniū calidarum, & minus calidarum gradum. unde eorum eleuatio stat sic in coniectura medici.

Fiunt iuscula ex farina frumenti, quæ sunt magis nutritiua, quam ea, quæ ex farina hordei. sed cum aqua frigida ad temperamentum ueniunt: cum brodiis autem carniū calidarum ad caliditatem declinare uidentur. sicq; mixtio talis calida, & media a medico ordinari potest.

Iuscula ex farina amyli, quod est ex frumento factum, sunt, ut iuscula hordei: ita quod de eis, ut de illis.

Panata ex aqua simplici, & pane cibus est temperatus secundum aliquos: uerum Auerrois pronuntiat ipsam frigidam & humidam.

Panata autem cum brodio carniū uidetur declinare plus, & minus secundum brodi caliditatem maiorem, aut minorem: ita quod oportet, ut saepe medicus sit prudentia dotatus.

Apud nonnullos fit panata cum brodio carniū, & uitellis ouorum. & quidam pro alteratione imponunt agreste: quidam uinum granatum: quidam aliud simile ex aromaticis; ut coriandro, & similibus. hæc autem graduare absolute esset impossibile: sed oportet, ut tu ex gradibus simplicium cum tua uerisimili coniectura gradues, & compones.

Quidam gratulant panem, siue ipsum minutum faciunt: deinde infundunt in aqua frigida per horas. v. deinde leuiter in eadem decoquunt aqua sperantes magis alterare: alii exprimunt: deinde in brodio carniū decoquunt.

Fit apud nos brodetum ex brodio carniū, & uitellis ouorum, & datur cum zuccharo, aut uino granatorum. hoc autem ad latus declinat calidum. unde oportet medicum gradus habere simplicium. propter quod gradus posui simplicium.

Fit ex carnibus iam positis maxime ex temperatis confusum, siue pistatum, quia carnes scilicet pulpa earum pistatur optime in mortario. deinde distemperatur cum brodio earum, & colatur. reducitur deinde modicum ad ignem. & cum zuccharo, & uino granatorum, agresta, & huiusmodi.

& quandoq; sine his propinatur & quasi apud nos ab eo coiter incipimus, quia dicunt infirmi se non posse masticare. Ecce mi Raineri dixit tam subtilissimam quo inter hæc, & nihil

Cano. Sauo. B dare,

dare, aut aquam hordei, aut ptisanam, differat, comprehendis: propter quod oportet medicum natura esse prudentem, ut. 10. therapeu. 8. ca. quidam addunt molam panis, quidam amygdalas cum pane. unde certè cibus fit delicatus, & nutritius etiam pro sanis. & apud dominos Venetos talis datur cibus in nuptijs suis: carnes benè, & optimè pistatæ, & mola panis prius in aqua rosat. detenta: deinde amygdalæ mundatæ. & omnia adinuicem in motario incorporantur optimè: deinde cum brodio carniū totum distemperetur, & coletur: ad ignem de nouo reductur, & bulliat ad spissitudinem conuenientem: deinde addatur agreste, ut fiat saporosum, & cum zuccharo, & cinnamomo, sanis, & nobilibus propinetur infirmis: dimittantur aromata nisi conuenientia; ut coriandrum & alia, si fuerint opportuna.

Aqua carnis ad alembicum facta sequitur complexionē carniū, ex quibus fit. est subtilis substantiæ, cito resolubilis, dans substantiam spūosam, & non solidam inflammabilis. unde cum ea commiscetur aqua endiuicæ, aut aliquid tale, quod remittat inflammationem: datur à multis statim, alij non nisi in extremis.

Cæteri decoquunt pullum magnum ad eius ultimam consumptionem, & uocatur brodium consumatum. sequitur in complexione carnes.

Dant alij brodium non cōsumatum: & hoc graduatur secundum gradum carniū.

Sofritum est factum ex brodio carniū, uitello ouorum & uino.

Quidam ultra montes faciunt infirmis ex brodio carniū uino, caseo, butyro compositum, & uocatur casimpru.

Multi multa & in diuersis patriis, quorum notitia nō est apud me. sed tibi satis sit cum de simplicibus usualibus gradus, & nocumenta aliqua saltem uirtuti nutritiæ lædentiā transcripserim, ex quibus compositorum gradus ex tua solertia statim inuenies. considera.

De ordinatione diætaram. Rub. 4.

RESTAT, ut diætā ordinem ex parte subtilis, grossæ, & mediæ. sic itaq; in primo ordine ponam subtilem: in secundo mediam: in tertio grossam.

De diætā subtili.

OMITTO hoc loco diætā subtilissimam, quæ est nihil dare, & illam tenuem, quibus antiqui utebantur, quoniam, ut dictum est, ex praua consuetudine, & hominum ingluuie, & propter diuersitatem climatū; quia una ægritudo est in uno climate acuta, in alio non, & sic de aliis, inductum est, ut talia seruari non possunt absque magna medicorum infamia. & idè deuiabo à diætis antiquorum, quam deuiationem ostendit esse necessariam Auer. 5. colli. qui & sic ab ipso deuiat propter causas dictas.

Et idè sequar communem modum diætandi apud nos seruatum, ex quo etiā tu poteris te moderari in patria tua, & alibi, ut oportebit.

De diætā subtili secundum ordinem.

EST primò aduertendum, quòd cibi parum nutritiui sunt illi, qui reponi debent in primo ordine; quia in ordine diætæ subtilis. propter quod scito, quòd tales sunt, qui facillè ex membris dissoluuntur, ex quibus liquidi, & subtiles generantur humores: & qui acutas, & uiolentas habent qualitates: & dominam ualde substantiam, aut ualde rarā. propter quòd suprā in descriptione diætæ subtilis dicebatur, quòd ex ea corpori nō multum accedebat nutrimentum: sed minus, quam necessarium erat. & talia sunt, ut.

Hordeum.	Stomachus.	Spinachia.
Milium.	Intestina.	Allium.
Panicum.	Nares.	Pruna.
Panis azimus.	Guttur.	Mala grana imatura.
Panis furfuraceus.	Aures.	Balaustia.
Caseus uetus.	Atriplex.	Iuiuba.
Pulmo.	Blitis.	Mespila.

Et, ut satisfaciam promissis; ponam primò, quæ se tenet ex parte diætæ subtilis, ponendo primò pro extremo aquā hordei simplicem: secundò medium huius talis latitudinis sic imaginatæ; tertio terminus signatur exclusiuus tenens locum summum ad diætā sanorum terminatus.

E Primi ordinis sunt.
AQUA hordei simplex, & adhuc in partibus tuis Siciliæ, & aliis seruat in locis calidis, & datur pro diætā febricitantibus febre perperacuta, & peracuta, & adhuc aliquibus diebus in acuta. apud autem nos statim in die secundo, uel tertio datur contusum carniū. Ecce mi Rayneri, quomodo seruamus antiquorum diætā aqua hordei cū fœce sua, quam antiqui tanta cum inuestigatione dixerunt esse mediam inter grossam, & tenuem, siue subtilissimam.

Holera frigida humida, ut sunt.

Caulis.	Panata cum aqua	cum brodio.
Blitis.	Brodium simplex	Et latus huius diætæ sequuntur.
Atriplex.	ex pullis paruis.	
Blitones, & hmōi.	Brodium ex pullis	Ficus humida, cuius nutrimentum
Iuscula hordei cum aqua.	magnis.	maius cæterorū.
Iuscula amyli cum aqua.	brodio carniū.	Spinachia.
Iuscula frumenti cum aqua.	brodio.	Lac acet. & hmōi quæ pro presentia sufficere scio.

Secundus ordo, & est diætā media.

Panata cum brodio pulli.	brodio perdicis.	Faseoli.
Panata cum brodio caponis.	matum ex his.	Allium.
Panata cum brodio.	Latus huius sequitur.	Amygdalæ dulces Raphanus. Pisces.

Tertius ordo, & est diætā grossa.

Contusum siue pi-statum.	Carnes auium supra dictæ.	Caseus dulcis.
Oua gallinæ sorbilia recentia.	Lingua.	Lens.
Testiculi gallorū coeuntium.	Pedes.	Frumentum.
Latus hmōi sequitur.	Cerebrum.	Cicer fractum.
	Medulla.	Faba fracta.
	Oleum.	Castanea.
	Lac.	Rapa.
		Caro porcina exclusiua.

G Et sic de aliis, quæ ex te addere poteris, habita notitia de diætā grossa, quid sit, ut suprā. & breuiter grossities diætæ attendi habet penes accessum ad diætā sanorum, & subtilitas penes distantiam ab aqua hordei semper attenda proportionata quantitate. unde imagineris latitudinē habentē tres terminos: unus sit sicut non gradus, uel quasi: & hæc est aqua hordei simplex. alius est summus, ut caro porcina exclusiua. mediū autem sit panata cum brodio pulli parui. sed ut sæpe qualitas, ut nutritibilitas quantitatis continua, & discreta faciunt eandem rem esse diætā subtilem, & grossam, & mediam. ex quo infertur, quòd non sunt adinuicem realiter condistincta. considera. & hoc de diætis uolo tibi sufficere sic ordinatis, ut mihi uisum est communiter in patria nostra practicari.

De alteratiuis, digestiuis, ac solutiuis, tã simplicibus, quàm compositis omnium quatuor humorum, & specierum eorū continens rubricas duas. Cap. 5.

De digestiuis, & alteratiuis. Rub. 1.

NUNC autem loquor de digestiuis simplicibus, & compositis materierum peccantium in ægritudinibus, usualibus, & domesticis, quæ quidem dicuntur talia; quia sunt præparatiua materierum talium ad expulsionem. est enim digestio hic sumpta ad mentem medicorum præparatio humorum ad expulsionem, ut prima quarti de cura putridarum in generali. hic autem præparatio aut est in substantia, aut in qualitate humoris principaliter. in substantia quidem; quoniam si est grossus; subtiliatio; si subtilis; ingrossatio; si uiscosus; incisio; & consimiliter de aliis. In qualitate uerò, ut si est calidus; infrigidatio; si frigidus; calefactio; si humidus, &c. sunt nanque ex humoribus quatuor tantum: tres, qui digestionem secundum seipsos tantum recipiunt; cum sanguis sit semper ad exitum præparatus, ut patet intelligenti. & est expressè sententia Auic. prima quarti allegato capitulo, ubi inquit. Et scias, quòd phlebotomia; quādo est intentio sanguinis, nō est de genere eius, in quo expetitur.

Digestio quid.

expectat digestio expectatione, quæ est in solutiuis: & non expectatur digestio nisi in humoribus aliis, de quorum digestiuis suo ordine dicitur: nam primò ponantur digestiua ipsorum humorum, ut naturales dicuntur: deinde ipsorum, ut innaturales, aut non naturales appellantur.

Digestiua cholerae naturalis simplicia, usualia, & domestica.

VIOLA.	Granata & succus	ra infrigidantia,
Rosa.	eorum, & præci-	melonum, citrul-
Lactuca.	puè acetosa, &	lorum, cucume-
Endiua.	muza.	ris, anguriz.
Portulaca.	Papauer.	Melo.
Sandali omnes	Lenticula aquæ.	Et cucumer.
Spodium.	Nenufar.	Acetosa.
Camphora.	Capillus ue.	Anguria, siue ba-
Hyoscyamus.	Acetum.	theca.
Hepatica.	Aqua ueri frigoris.	Spinachia.
Cucurbitæ ci-	Ribes.	Cerasa.
trullorum.	Succus aranciorum.	Lupulus.
Semina et mino	Succus limonum.	Hordeum.
ra infrigidantia, ut	Succus citri, & simi-	Solatrum.
se. portulacæ, en-	liter agrestz.	Sebesten.
diuiz, scariolæ,	Malua, iniubz.	Poma acetosa, &
& lactucæ.	Seia quatuor maio-	cætera.

Digestiua naturalis phlegmatis.

PVLEGIUM.	Cinnamomum.	ragi.
Calamentum	Daucus.	Scylla.
Maiorana.	Squinanthum.	Acetum.
Asparagi, Brusci	Ficus sicca.	Origanum.
Semen anisi.	Eupatorium.	Serpillus.
S. Foeniculi, siue	Galanga.	Hyssopus.
marathri.	Porum.	Stœchas.
Salua.	Raphanus.	Pirethrum.
Mentha.	Ruta.	Allium.
Satureia.	Radices quinq; à qb.	Betonica.
Piper.	denominat sy. de qn-	Camedrys.
Zingiber.	que radicibus. f. foeni-	Camepytis.
Garyophyllus.	culi, apii, petrosellini,	Cappares.
Mel.	brusci, & aspa-	Sal.

Et breuiter medicinae omnes calidæ, & siccæ uidentur esse, ut supra phlegmatis digestiua.

Digestiua melancholiae naturalis simplicia.

BVGLOSSA	Sicla. Cichorea.	Spica.
Borago.	Rosmarinus.	Agnus castus.
Radices & flo-	Pimpinella.	Amygdalæ amara.
res earum.	Poma dulcia.	Lupulus.
Epithimum	Vinum dulce album	Fumus terræ.
Tamariscus.	Thymus.	Amygdalæ dul-
Scolopendria.	Cappares.	ces.
Gramen.	Balneum dulce.	Rapa.
Cuscuta.	Polypodium, & si	Vua benè matura.
Alfa.	Acorus.	fit eius euacuatium. Dactylus. &c.

Digestiua cholerae composita, & usualia.

ET, ANTE QVAM	de ipsis dicam; ea prius inscribam di-
gestiua, siue syrupos,	quibus communiter utuntur medici,
apponendo authorum nomina,	ea uel eos laudantium.
Iulep ros. Mesue.	Syrup. de eupat. Mes.
Iulep uiol. Mes.	Syrup. de epithy. Mes.
Syrup. de bizañ. Mes.	Syrup. de stœcadè Mes.
Syrup. acet. simp. Mes.	Syrup. de mentha Mes.
Syrp. ace. comp. Mes.	Syrup. de absinth. Mes.
Syrupus de miua ci-	Syrup. de fumo terræ ma-
to. Nico.	ior Mesue.
Acetum scylliticū. Mes.	Syrup. de liquiritia Me-
Oxyzacchara Nic.]	sue.
Oxymel simp. Nico.	Syrup. de prassio Mes.
Oxymel comp. Nico.	Syrup. de hyssopo Mes.
Syrup. de nenufar. Nico.	Syrup. de thymo Mes.
Syrup. de pomis Mes.	Syrup. de ribes.
Syrup. de corticibus Nico.	Syrup. de limonibus.
Syrup. de aceto. ci. Nico.	Syrup. de calamento Mes.
Syrupus de radicibus	Aqua mel. Mes.
Mesue.	Syrupus de myrto Me-
Syrup. de papauere.	sue.

A. Sy. de agresta Mes.	Syrup. denenufare.
Syrup. de ros. Nicolai.	Aqua simplex cum succo
Digestiua composita	granatorum & pauco zuc-
cholerae naturalis, &	chari.
usualia.	Syrup. acet. simplex.
IULEP ROSA.	Syrup. uiola.
Iulep uiola.	Oxyzacchara.
Syrup. de pomis acetosis.	Syrup. ros.
Syrup. de aceto citri.	Syrup. de agresta.

Aqua hordei cum succo limonum, aut aranciorum, & pauco zucchini in modum iulep. & est delectabilis ualde. Aqua endi. aut uiol. acetosa, aut alterius aquæ ex aquis conuenientibus, de quibus infra cum aliquo acetoso, ut uino granatorum. Succus limonum, aut aranciorum, aut acetositas citri &c. cum pauco zucchini optimi.

Scito pro sequentibus etiam, quod cholera naturalis ceteris innaturalibus, quæ communiter apparent, calidior existit, ut septimo colliget ea. de ingenio sanatiuo synocharū. & Conciliator differentia. 91. quare intensioribus frigidis indiget, & quare dicatur, quæ communiter apparent, uidebitur de ziniaria.

Digestiua composita phlegmatis naturalis usualia.

OXYMEL simplex.	Syrup. de eupatorio.
Oxymel compositum.	Syr. de stœcad.
Oxymel scylliticum.	Syrup. de quinq; radici.
Acetosus simpli.	Mel ros. colat.
Acetosus compositus.	Aqua mellis.
Syrup. de prassio, & propriè	ad uiscosos humores, quo-
rum separatio est difficilis.	
Aqua mellis cum pauco aceti	pauperibus: & si queritur
de oppilatio, fiat decoctio eius	cū radi. foenicu. apii &c. aut
alterius aperitiui.	

Digestiua melancholiae naturalis composita usualia.

Syrup. de epithymo.	Syrup. de fu. ter. uterq; ma-
Mel. rosa.	ior. f. & minor.
Syrupus aceto. simplex; licet	aliqui ratione aceti cum mi-
nime conferre dicunt, quibus	non consentit Mes. de syrupo.
aceto. & Auerro. septimo colli.	de cura feb. melancholiae in-
quit. Illud autem, quo plus	indigemus in hac febre, est ape-
rire, incidere, & subtiliare.	

Iulep uiol. maximè ubi esset materia multum adusta. Item aqua borag. cusc. fu. ter. & similis cum zuchcharo, aut cum iulep. uiolato iulepizato.

De digestiuis cholerae non naturalis.

ET, QUONIAM raro, imo rarissimè in corpore humano peccant humores simplices; ut primo prognostico. commēto. 20. hinc subsequens est agere de digestiuis materierum compositarum seruando ordinē, ut supra, cū de cholera dictum sit prius: hinc agendum est digestiuis ipsis. distinguitur autem cholera: nam quædam citrina, quædam uitellina, quædam adusta, quædam prassina, quædam zinaria: hæc enim sunt species communiter notata. De cholera uerò ex commistione melancholiae cum ipsa dicitur infra.

De digestiuis cholerae citrinae.

DIGESTIUA itaq; citrinae debent esse infrigidatiua, & humectatiua; minus tamen humectatiua, quam infrigidatiua. & causa: quoniam cholera citrina generatur ex commistione phlegmatis tenuis, & aquosi cum cholera ipsa. exempli gratia. iulep uiol. par. i. iulep rosa. par. ii. item syrup. aceto. simplex. item oxyzacchara cum aqua hordei, uel aqua de cocta. item ex aquis herbarum simplicium conuenientium, de quibus infra cum zuchcharo, uino granatorū iulepizato, aut aliter præparando. itē oxymel simplex, item iulep uiol. cum melle rosato colato, item ex Auicen. prima quarti de cura ter. syrup. acet. simplex cum mel. rosa. col. quod sit subduplum ad acetosum. diuersitates tamen istorum syrup. debent intelligi secundum diuersitatem proportionum materierum cholericarum ad materiās phlegmaticas aquosas, siue subtiles. & tu ex datis, & dicendis facillè considera.

De digestiuis uitellinae.

DIGESTIUA uitellinae debent esse frigida, temperata, & subtiliatiua, incisua, ad humidum parumper declinantia, Cano. Sauro. B 2 uel

De digestiuis.

uel saltem in humiditate temperata. & causa; quoniam uitellina generatur ex admistione cholerae cum phlegmate grosso uiscofo, cuius generatio secundum Auicem, est magis in hepate; licet Isaac in dietis uniuersalib. 4. c. dicat hac magis in stomacho reperiri. exempli gratia, syru. de byzantiis cum aceto, syru. acet. simplex, oxymel simplex, syru. aceto. de duabus radicibus, syr. acet. simplex cum mel. ro. colato, syr. de calamento cum iulep uiol. uel syru. acet. simplici. item aqua distillationis herbarum simplicium, de quibus infra commiscendo eas secundum proportionem aestimatiuam ipsorum humoru aduicem cholerae scilicet & phlegmatis. si uero fuerit uitellina per adustionem phlegmatis, quam plures uocant uitellinam Galeni, de qua ipse secundum naturalium uirtutum. vl. c. tunc digestiua debent esse frigida, & humidiora dictis. & cognoscetur una ab alia per colorem; quia hoc habet citrinitatem cum tendentia ad ignem rubeum. prima uero tendit ad albedinem propter phlegma, in quo non fuit adustio. considera.

De digestiuis adustis.

DIGESTIUA adusta debent esse frigida, & humida, magis, & minus secundum adustionem maiorem, uel minorem. & causa; quoniam talis fit per adustionem cholerae naturalis, quae in adustione cineratur. exempli gratia iulep uiol. syru. de pomis acetosis Mes. oxyzacchara cum aqua decocta, syrupus uiol. syrupus nenufarinus, aqua hordei cum zucchero, & digestiua oia, uel quasi omnia, quae supra de digestiuis compositis cholerae, addendo semper si oportet; quae humectant; ut aqua, uel aliquid tale. pro quo est aduertendum, quod, & si syru. de epithymo, & de fu. ter. sint ad siccu tendentes, qui in digerenda hac cholera conuenienter adhibentur; tamen dantur non tantum ad digerendum, quantum ad ipsam expellendam. & ideo dixit Mes. sy. de epithymo choleram nigram, & humores adustos cum uirtute expellens. in receptis autem ipsorum ponuntur myrobalani, & caetera solutiua, ut patet. conferunt etiam per proprietatem simplicium, a quibus principaliter denominantur. item dantur, ut per ipsos, & consimiles prohibeatur ulterior putrefactio; nam, sicut humiditas est mater putrefactionis, quarto met. eorum; ita siccitas prohibet putrefactionem.

De digestiuis prasinis.

DIGESTIUA prasinis debent esse frigida, & potiora, quam digestiua cholerae adustae; quoniam talis fit etiam per adustionem uitellinae, & ex consequenti densior est, & magis resistens infrigidationi, quam adusta. Ex quibus inferitur primo, quod syru. non debet in tali casu iulepizari; sed in sua grossa substantia permanere. inferitur secundo, quod plus de syru. quam de aqua debet exhiberi; frigida tamen talis cholerae digestiua debent ad humidum declinare; & si talis sit grossa, & humiditate participet; nam, ut expertus fui, melius est extinctioni in hoc casu attendere: nam eligibilis est, ut prolongetur aegritudo, quam ut perdatur infirmus. & sic semper operatus est pater noster Cermisonus, & est sententia Auer. septimo colliget allegato capitulo inquit. Et melius est, ut conuertas talem febrem in lentam, et longam, quae curari possit, quam aeger subito moriatur: nam quae fit in alteratione, conuenientius feb. facilius est, quam mors. tamen quis uersutus instabit de grossitate, uiscositate, oppilatione: propter quod ad euitandam etiam controuersiam est commiscendus syrupus acetosus simplex cum aliis infrigidatiuis; ut uerbi gratia, syr. uiol. cum syrupo acetoso simplici, uel iulep uiol. cum eodem, aut nenufarinus cum eodem, uel de acetositate citri cum eodem, addendo etiam species frigidas, ut sandalos, & huiusmodi: nam syrupus acetosus simplex est aperitiuus, & subtiliatiuus, incisuius. & potest diligens inuestigator etiam addere ex aliis syrups aperitiuis, de quibus dictum est secundum, quod discretio eius uidebitur. quare consideret: nam ex succo limonum, aranciorum, granatorum, & aqua, ut supra de cholera, potest fieri extinctiuum.

De digestiuis zinariis, & prasinis non ueris.

DIGESTIUA zinariis autem dicatur, quod, ut colligitur septimo colliget allegato capitulo, & a Conciliatore dicta differentia, ipsa tanta est malignitatis, ut ipsa digestionem non expectet: sed mox a natura ipsa percepto suo nocumento

uomita, uel quomodo libet aliter expellitur. unde Auic. prima primi de humoribus. Et haec est peior, & magis perniciosa. & dicit, quod est de substantia uenenorum. ab hac autem cholera non fit febris propter eius malignitatem: nam ante eius putredinem hominem interimat. & plures aestimauerunt etiam febrem a prasinis non posse contingere propter eandem causam. unde Conciliator allegata differentia recitat se uidisse semel tantum unam febrem de prasinis, quae interfecit habentem in septima, & ponit eius accidentia. ex quibus colligo, quod non frequenter apparent istae tales materiae; licet quidam moderni practici aliter iudicent: nam omni die apparent cholerae uirides cum tendentia ad fuscum, quae prasinis uocant, quae, ut credo, non sunt semper prasinis; sed sunt uirides factae per admixtionem melancholice cum cholera citrina. cuius signum; quoniam tales sunt liquidae currentes, & non grossae: nam ex admixtione nigri cum citrino generatur color uiridis, ut patet, ex colore indico cum auripigmento; ut faciunt pictores. & ista est, de qua dixit Conciliator, quod aliquando euomebat. & ex ista febris sunt longae propter melancholiam secum admixtam, & talis indiget digestiuis mixtis. possumus tamen imaginari quatuor gradus prasinis uerae, & consequenter quod in primo gradu existens, aut secundo potest febrem causare; licet raro contingat: in tertio uero, & quarto nequaquam, & pro concordia auctororum. sed de his infra de febribus cholericis.

De digestiuis phlegmatis non naturalis.

DIVIDITUR prima primi de humoribus, in mucilaginosum, crudum, aqueum, gypseum, salsum, acetosum, ponticum, dulce, acre, uitreum. sed prima quarti de febre phlegmatica phlegma putridum ad .4. species tantum reducit. inquit. Et phlegma quidem putridum quandoque est uitreum, quandoque acetosum, quandoque dulce, quandoque salsum, crudum & mucilaginosum sub uitreo comprehendens: aqueum, & inspidum sub dulci: ponticum, & acre sub acetoso: gypseum non facit febrem. ideo digestionem non indiget uera secundum Genti. allegato loco. secundum itaque ordinem illorum quatuor prosequar eorum ponens digestiua.

De digestiuis dulcis, inspidi, & aquosi.

PHLEGMA dulce dicitur aut secundum se, aut quia admiscetur ei res extranea dulcis, ut sanguis, qualitercumque sit. eius digestiuum debet esse medium, uel quasi medium in actiuis, declinando potius ad latus caliditatis, & siccum in passiuis. & ideo commiscenda sunt digestiua cholerae cum digestiuis phlegmatis, hoc est, calida cum frigidis, aut temperatis: ut exempli gratia mel rosa. colatum cum syrupo acetoso simplici, uel ipsum mel rosa. colatum acetosatum, secundum quod uidetur expedire secundum maiorem, uel minorem phlegmatis alterationem, uel commixtionem. consimiliter suo modo de aquis dicendum, quae cum ipsis syrups commiscebantur, de quibus infra. item competit oxymel simplex ro. ite oxyzacchara cum aqua mellis exhibitae, item sy. acet. simplex cum aqua foeniculi, aut calida aperitiua. item transire possumus circa statum aegritudinis ad syrups acetosum, de duabus radicibus. item, si fortioribus egemus; transeamus ad syrups acetosum de quinque radicibus, addendo aquas calidas, uel fridas, ut uidetur expedire.

De digestiuis mucilaginosi, uitrei, & crudi.

DEBENT horum phlegmatum digestiua esse calida, sicca, subtiliatiua, incisua, diuretica. Auic. prima quarti de cura phlegmaticarum; cuiusmodi sunt mel rosa. colatum cum syrupo acetoso de duabus radicibus, aut syrupus acetosus de quinque radicibus, aut syrupus de eupatorio cum syrupo acetoso simplici: aut oxymel compositum: aut syrupus de prasio aliquantulum acetosatus, aut syrups de stoeccade cum modico acetosi addendo omnibus aquas harum intentionum, de quibus infra.

De pontici, acetosi, & acri, digestiuis.

DEBENT etiam digestiua istorum ad calidum, & siccum declinare, ut dictum est: sed debent esse minus calida; cum uitreum sit frigidius pontico, acri, & acetoso. & hic loquor de acetoso pontico; ut sunt talia, & non per admixtionem cholerae nigrae cum eis: nam de ipsis ut sic, dicitur in capitulo

capitolo de digestiuis melacholia. exempli gratia, oxymel simplex cum aqua mellis, oxymel compositum cum aqua foeniculi, saluix, & huiusmodi, acetosus compositus duarum radicum cum aqua foeniculi, mel ros. colatum cum syrupo acetoso simplici, syrupus de eupatorio cum acetoso simplici.

De digestiuis falsi.

VARIATUR phlegma falsum ex uaria commixtione cholera cum phlegmate: aliquando enim commiscetur cholera cum phlegmate grosso, aliquando cum subtili aquoso: & tale est phlegma falsum notum, de quo dicendum, quod eius digestium debet esse in actiuis temperatum, aut declinare ad frigidum si fuerit: & similiter in passiuis temperatum, aut aliquando ad latus humiditatis, aut aliquando ad latus siccitatis: uerbi gratia, syrupus acetosus simplex cum mel. ro. & aqua zucchari, similiter syrup. de endiuiia cum aqua eius, aut cum aqua zucchari: item iulep uiolatus cum melle rosato colato, item sy. de acetositate citri, oxyzacchara cum aquis appropriatis frigidis: item in processu syrup. de bysantiis, & multa consimilia exempla potest per diligens perscrutator ex habitis ponere. quando autem phlegma est grossum, tunc oportet, ut digestium sit subtiliatium: ut uerbi gratia, acetosus, simplex, & huiusmodi: ita quod oportet uariare in his secundum uariam proportionem humorum adinuicem, ut supra.

De digestiuis melancholia non naturalis.

MELANCHOLIA non naturalis, ut colligitur ab Aui. prima primi de humoribus, est sexcuplex: una quidem est talis per adustionem cholerae rubrae: alia per adustionem melancholiae subtilis: alia per adustionem melancholiae grossae: alia quia cum ea commiscetur cholera rubra: alia quia commiscetur phlegma: sexta quia cum ea commiscetur sanguis: & talis appellatur melancholia sanguinea: alia sic suo modo a denominatione humoris, qui cum eis commiscetur.

De digestiuis melancholiae per adustionem cholerae genitae.

HAEC DEBENT esse in actiuis temperata, aut ad frigidum tendentia, & magis, aut minus frigida secundum maiorem, aut minorem adustionem: & in passiuis humida consimiliter magis, aut minus. exempli gratia, syrup. uiol. cum melle ro. aut syr. nenufarinus, aut de acetositate citri, maxime quando ex ipsa melancholia cordi infertur nocumentum cum aquis cordialibus frigidis, ut acetosa, de quibus infra: item syr. acetosus, de pomis Mes. & breuiter in frigidantia dicta de digestiuis falsi phlegmatis, & de digestiuis cholerae supra, & dentur omnia cum aquis appropriatis, remittentibus, & intendentibus nunc caliditatem, nunc frigiditatem, nunc alias qualitates, ut opus erit, de quibus infra. & nota, ubi cum hoc querimus inducere somnum, competere syr. de papauere cum aqua uiol. nenufare, & cetera.

De digestiuis melancholiae per adustionem melancholiae subtilis, & grossae.

ET, QUONIAM adustionem tam subtilis, quam grossae sequitur incineratio, & maior in subtili, & terrefrictio maior in grossa: hinc digestiua melancholiae talis per adustionem subtilem debent esse frigida, & humidiora. ideo eligantur frigidiora, & humidiora ex dictis digestiuis tam de phlegmate falso, quam de cholera ipsa: quamq; de melancholia tali per adustionem cholerae rubrae. & pro digestiuis reliqua minus frigida, & humida. & exempla patent plures ex dictis. aqua autem addita faciunt frigiditatem digestiuorum intendi, & remitti secundum earum frigiditatem maiorem, & minorem. & tu considera.

De digestiuis melancholiae cholerae.

DEBENT talia digestiua esse media in actiuis, aut ad frigidum declinare; ne in calore superfluentia intensioem, aut adustionem gignant in cholera: in passiuis uero consimiliter declinare debent ad humidum; ut calor incendium remittatur: & sic prohibeatur ulterior actio, & ex conuenienti mala etiam non naturalis siccitas abiiciatur: uerbi gratia syrupus uiolatus, syr. de endiuiia, syr. de pomis, syr. de acetositate citri, & maxime quando talis nocumentum cordi inferret: aqua hordei cum zuccharo. pro quo considera, quae dicta sunt in de digestiuis cholerae adusta. & plurima

A ibidem deposita ad hoc capitulum reducantur.

De digestiuis melancholiae phlegmaticae.

IN HIS digestiuis oportet multa considerare: primo ne sint multum calida, ne subtile resoluatur, & augeatur melancholia, & genita ingrossetur: secundo per eandem causam uidentur ingrossantia multum: tertio non sint multum prouocantia saltem a principio; ut oxymel compositum, & syr. de epithymo; ne per ipsa agitata materia, & ad uias strictas perducta consequatur oppilatio: & etiam educto subtili maneat grossum. debet itaq; ad calidum parumper declinare, & in passiuis debent esse temperata, uel ad humidum, uel siccum parumper tendere: exempli gratia, oxymel simplex cum aqua fumiterrae, & aqua simplici decocta, syr. acetosus simplex cum melle ro. colato, aqua endiuiiae, syr. ter. item oxymel compositum apparentibus signis digestionis, item syrupus positus a Mesue in cura sodae ex aggregatione phlegmatis, & melancholiae, cuius initium Mesuai iube. item syrup. de fu. ter. cum aqua buglossae, boraginis, & similiu & c. item syrup. de epithymo. est tamen notanda differentia inter syrup. de epithymo, & syr. de fum. ter. quantum ad hoc quia de fum. ter. est leuior, & minus solutiuus, & conuenientior materiabus calidioribus: de epithymo uero est magis apertiuus, & materieru phlegmaticaru plus eductiuus.

B

De digestiuis melancholiae melancholicae.

SINT HUIUS materiae digestiua temperata in actiuis uel parumper ad calidum declinent: in passiuis uero ad humidum tendentia sint. & causa ex praehabitis satis facile intelligi potest: uerbi gratia, mel ros. colatum cum syr. aut iulep uiolato, aut syr. de endiuiia cum aquis conuenientibus; ut est buglossae, bora. fu. ter. epithymi, aut decoctio buglossae, florum boraginis, cum passerulis, & melle dulcorata. ite, ubi queritur digestium fortius; transeat ad syr. de epithymo cum aqua decocta dulcorata cum zuccharo, aut cum aqua boraginis uel buglossae. & talia multa fabricari possunt ex datis.

De digestiuis melancholiae sanguineae.

PRO DIGESTIUIS huius materiae recurratur ad digestiua, quae posita sunt supra in digestiuis melancholiae cholerae, remittendo ea in frigiditate, & humiditate: nam, sicut cholera est sanguine calidior; ita frigidioribus indiget: & cum ipsa sit sicca ualde, & sanguis non; hinc humidioribus sanguinea autem melancholia etiam humidis indiget, ne ulterius in exiccatione procedatur. ista tamen materia saepe ex facta phlebotomia euacuatur: ita ut paucis egeat digestiuis.

C

Nota bene.

ET PRO complemento eorum, quae dicta sunt de digestiuis, notandum, quod cum digestio debeat causae antecedenti & etiam coniunctae, ut omnes uolunt auctores, digestiuum materiae calidae in die quietis debet esse minus frigidum, & in die motus magis frigidum: contra in materia frigida; quae in die quietis debet esse calidius, & in die motus minus calidum. hoc tamen communiter non obseruatur: nam canonicè operando sic fieri deberet, ut patet intelligenti. & haec de digestiuis compositis usualibus dicta sufficiant.

Nota.

POSTREMÒ aduertendum, quod si quis talia digestiua accipere non possit; debet curiosus medicus ex aquis, de quibus statim, facere digestiua, ipsas adinuicem miscendo, ut expediens erit proposito suo, addendo zuccharum, & aliud dulce acetosum; ut uinum granatorum.

D

Nota.

ITEM SCIENDVM, quod radix digestiuorum in materia calida sunt semina quatuor frigida maiora, & minora, de quibus supra de digestiuis cholerae naturalis, & infra de seminibus. radix uero digestiuorum in materia frigida, & specialiter phlegmatica sunt radices. s. dictae, & infra dicende de radicibus. s. petros. apii, scenugreci, asparagi, brusci.

Aque usuales, de quibus facta est mentio supra.

- | | | |
|--------------|--------------|------------|
| TEMPERATAE. | Chamemille. | thii. |
| AQUA capill. | Graminis. | Rosmarini. |
| uene. | Liquiritiae. | Betonice. |
| Althaeae. | Buglossae. | Enfragiae. |
| Asparagorum. | AQUA calide. | Rutae. |
| Lupulorum. | AQUA absin- | Eupatorii. |

De digestiuis.

Maioꝛanę.	Vitis.	AQVAE frigida
Mentha.	Fumi terrę.	AQVA rosa.
Sauinę.	Foeniculi.	Cucurbita.
Hyssopi.	Boraginis.	Endiuę.
Scabiosa.	Chelidonia.	Nenufaris.
Saxifragia.	Enula.	Plantaginis.
Cuscuta.	Scolopendria.	Portulacę.
Parietaria.	Lauri.	Solatri.
Acoi.	Raphani.	Violarum.
Aqua mellis, uel sine, uel cum di- stillatione.	Prasii.	Acetosa.
Melissa.	Saluia.	Anguria.
	Apii.	Hordei.
	Berbenę.	Hepaticę.

De solutiuis tam simplicibus, quàm compositis usua-
libus, de quibus proportionabiliter dicetur, ut de
digestiuis dictum est. Rub. 2.

V Sualia simplicia cholerae principaliter euacuatia.

SCAMONEA.	Volubilis.	grę principaliter solutiua.
Rhabarbarum.	Stoechas.	
Aloe.	Succus rosa.	Cherua.
Absinthium.	Tamarindi.	Hyssopus sicca.
Eupatorium.	Pruna.	Thymus azimus.
Capilli uene.	Colocynthis.	Hermodactyli.
Lupulus.	Turbith.	Zingib.
Myrobalani ci- trini.	Simplicia usua- lia phlegmatis.	Aqua caulium. Zuccharum rubeum.
Fumus terrę.	principaliter edu- ctiua.	Centaurea. Sambucus.
Aqua casei.	KEBULI, em- blici.	Anacardus. Serapinum.
Viola.	Bellirici.	Vitis alba.
Cassia.	Salgemma.	Ireos.
Manna.	Species salis.	Sarcocolla.
Psyllium.	Esula &c.	Been.
Euphorbium.	Serpentaria.	Epithymum.
Scylla.	Arthanita, idest ci- clanem.	Polypodium. Myrobalani nigri.
Affarum.	Ius gallorum de- crepitorum.	Lapis lazuli. Senna.
Polium.	Simplicia usua- lia cholerae ni-	Cuscuta. Eleborus niger.
Vrtica.		
Agaricus.		
Carthamus.		
Opoponax.		
Lacticinia; ut		

Nota bene.

ET, DICTVM est principaliter: quoniam, ut scriptum est,
rarissimè inuenitur in corpore humano peccatum in uno
solo humore: & consimiliter rarissimè: imo quasi nulla est
medicina solutiua, quæ tantum unum humorem euacuet;
imo quæ euacuat cholera, euacuat etiam phlegma, ut
patet discurrendo etiam in libris auctorum. & suadet hoc
experientia. una tamen medicina principaliter magis euacuat unum humorem quàm alium, ut exemplificatum est, &
est sententia Mes. in suo de consolatione medicinarum.

De solutiuis sanguinis.

SANGVINIS nulla est medicina, quæ de prima intentione
sit eductiua. unde Mes. de consolatione alleg. ca. inquit Nul-
li enim medicinarum proprium est de prima intentione ef-
se sanguinis eductiuam: custodit enim eum natura usq; in
posterum, nec deserit eum nisi coacta. & dicitur de prima
intentione; quia secundariè, & non propriè: uel de secunda
intentione, ut ita loquar, potest medicinam sanguinem edu-
cere. & hoc contingit in tribus casibus: primus, quando me-
dicina est de habentibus excoriare tunicas uenarum; ut cu-
cumer asininum, euphorbium, mezereon, scamonea; secundus
quando medicina habet de proprietate aperire orificia ue-
narum aperitione sanguinem fluere faciente; ut aloes ma-
lus; tertius, quando medicina est effrenitans; ut scamonea,
& quælibet alia medicina ultima. hanc sententiam commē-
dauerunt conuenienter antiqui nostri. & dicitur conueniē-
ter; quia Gal. de simplici medi. 4. cap. recitat suo tempore
inuentam esse medicinam à casu de prima intentione san-
guinis eductiuam. & Concil. noster differētiam, 146. idem
confirmare uidetur, cum dicat Padua etiam suo tempo-
re fuisse cognitum. pro quibus duobus facit textus Auicē.

2. can. ca. de lente, ubi in fine dicit lentem syluestrem solue-
re sanguinem. quid dicā nescio: miror, q Gal. qui se de mol-
tis gloriauit, noluerit ex notitia nobis exhibita de hac her-
bacea gloriam consequi: & similiter Concil. noster; pote-
rant, & non fecerunt, nec debebant dubitare: quoniam ex
notitia plurium aliorum simplicium potest medicus homi-
nem interficere, & subito, & ad tempus; ut patet uenenoꝝ
species discurrenti. sequar ergo communem scholam medi-
corum in hac parte, cum sanguis facilius per phlebotomiā
ducatur, quàm per medicinas: natura nanque superfluis nō
abundat. dicitur tamen, quod quedam medicine sunt sangui-
nem mundificantes, quia clarificantes; ut lupulus, tamarin-
di, capil. ue. aqua lactis, succus ro. cassia, manna, fum. ter. a-
loes, aqua fructuum. Mes. septimo antidota. cuscutę, lapis la-
zuli, rhabarbarum, ros. &c. & hec de per accidēs; quia edu-
cunt materiam sanguinem inficientem.

Solutiua composita usualia.

ET, ANTE QVAM ipsa inscribam; primò recitabo indiffe-
reter solutiua composita auctorum, nomina apponendo,
quibus communiter moderni, & antiqui, & etiam usque ad
hanc utuntur etatem.

Hiera Gal. Mes.	Stomatichum la- xatiuum Ni.	liam Mes.
Hiera Hermetis	Catharticum im- peri. Nico.	Possunt etiam si- militer oēs fieri solutiui addē- do eis solutiua.
Mesuem.	Hieralogodion	Pilula de hiera simpli. Mesue.
Ekium indū ma- gnum Mesue.	Nicolai.	Pilula de hiera compo. Nic.
Confectio ha- mech Mes.	Diarob magrale.	Pilula aureę Ni.
Diaphoe. siue cō- fectio de dactil.	Confectio electua- rii de cytoniis, si- ue diacytoniten	Pilula Ni.
Mes.	solutiuum Mes.	Pilula de sarco- colla Nicolai.
Electuariū ele- scoph Me.	Diaturbith magi- strale.	Pilula de ferapino.
Ekium de psyllio.	Catholicon Nic.	Pilula de eu- phorbio.
Benedi. Nico.	Oxymel Iuliani	Pilula foetida maiores.
Electuarium de suc. ro. Nico.	Nicolai.	Pilula cochii. Al- manso.
Diasenna Ni.	Secaniabin educens	Pilula sine qui- bus esse nō uolo
Diaprunis Ni.	phlegma Mes.	Pilula Assaieret Auicenna.
Blanca Nic.	Pilula de agarico.	Pilula de fum.
Pilu. aggre. ma- iores.	Pilula de lapide lazuli.	
Pilula de eupa- torio.	Pilula de Hermo- dactylis maio.	
Pli. de rhabar.	Pil. alephangina.	
Pilula indę.	Secaniabin edu- cens melacho	
Pil. luc. maiores.		

Solutiua cholerae naturalis usualia.

EDUCTIVA itaq; cholerae sunt electuarium de suc. ros. dia-
prunis, & huiusmodi. ubi aduertendum, quod licet inter om-
nia composita hac duo uideantur solum cholerae educe-
re; non tamen sic ipsam educunt, quin etiam phlegma pur-
gent; ut patet ex eorum descriptionibus: nam semper inue-
nio composita solutiua educere plures humores simul; sed
de uno plus, & principaliter magis: de alio uerò minus, &
secundariò. & hoc ideo credo auctores fecisse; quia in cor-
pore semper peccant humores, & non unus solus, ut supra.
& ideo cum uocantur solutiua cholerae, uel alterius humo-
ris; debent intelligi, quod illam principaliter, & magis.
Hiera pic. gal. Pilula alephan-
Electuarium de gina. Pilula aurea.
psyllio. Pil. de hiera sim. baro.

De solutiuis cholerae non naturalis secundum ordinem di-
gestiuorum, & primò de solutiuis citrine.
PROHIBIT, & sequentibus sciendum est, q. sicut cholera effi-
citur non naturalis per admixtionem alterius humoris se-
cum; ita & solutiuum eius habet amplecti utrumque humo-
rem. unde hoc in casu reperitur etiam simpliciter habens
utranque uirtutem; sed pro maiori parte datur composita,
quæ sunt harum uirtutum. & ideo numerabuntur inter cō-
posita etiam simplicia, quæ omnia intelligi debent de omni-
bus aliis humoribus. eductiua itaque talis humoris.
Aloes. Rhabarbarum. cum turbith.
Myrobalani cit. Cassia, & specialiter Pruna.
Psyllium.

Psyllum.	Pilule aggrega. maiores.	Scamonea.
Volubilis.	Tamarindi.	Ireos.
Cucumer asini.	Manna.	Centaurea.
Hiera pi. simplex	Succus rosa.	Diacytoniten so-
Elium de psylio.	Viola.	lutium.
Pilule de hiera-	Absinthium.	Elru de suc. ros.
picra simplici.	Eupatorium.	Diaprunis cum
Pilula aurea.		scamonea.

A Stomachicum	phorbio.	Pilula cochiaz
laxatiuum.	Pilula ducis.	Pilula de sarco-
Catharticum impe-	Pilula de agarico.	colla.
riale.	Diaphoenicon.	Pilula foetida.
Pilula alephangi-	Secaniabin'educens	Pilula de serapi-
na.	phlegma Mesue.	no ad Paraly-
Pilula aggrega.	Diarob.	sim Mesue.
maio.	Diatutbith.	Pilule de her-
Pilula de eu-	Hieralogodion.	modactylis.]

Et, ut dictum est, quia hic humor est compositus; possumus componere composita adiuuicem: ut uerbi gratia. electuarii de suc. rosa. drach. i. s. diaphoenicon drach. i. & sic accipiendo eductiua phlegmatis, & miscere cum eductiuis cholerae principaliter uincete eductiuo cholerae secundum proportionem ipsius ad phlegma, ut dictum est. & hic sit ca non etiam pro sequentibus.

Solutiua uitellinae usualia.

Ahabarbarum.	Catharticum impe-	Hiera composita.
Cap. ve.	riale.	Electuarium de
Asarum.	Pilula de eupatorio.	suc. ros.
Cucume. asini.	Pilula aurea.	Pil. de hiera sim.
Elium elefscoph.	Cassia uigora. cu tur-	Pilula de hiera
Dyacitonitem tur-	bith.	composi.
bitatum.	Manna cum turbith	Pilule de rhabar.
Diaprunis scamo-	cum diaphoe.	Pil. aggrega. maio.
neatum.	Hierapi. simplex.	

B his debilioribus, quae competent.

Et nota, quod raro sunt medicinae educentes cholerae citrinam, quae etiam non educant uitellinam. item rarissimae sunt, quae educunt cholerae, quae etiam non educant, phleg. maximè est uerum de compositis; quia rarissimè ab auctoribus, & practicantibus inuenta est cholera peccare sine phlegmate.

Solutiua cholerae adustae.

MIROBA. nigri.	Agaricus.	cum sena aut cu-
Aqua lactis.	Volubilis.	fumo terrae.
Fumus terrae.	Elium hamech.	Diasen &c. cum
Senna.	Pil. de fumo ter.	canone memora-
Pilula indae.	Cassia uigorata.	to.

Solutiua cholerae prasinæ.

EST SUPRA de digestiuis eius. hanc cholera, ut existimo, rarissimè inuenitur, ut febrem, aut longam aegritudinem faciat propter eius malignitatem, ita ut expectet auxilium artis: sed mox uomitu, aut secessu percepto tanto nocimento ab ipsa natura euacuatur. quare pauca dicenda sunt de euacuatuius eius: attamen tantum dicatur, quod euacuantia uitellinam, cum ista fiat ex eius adustione; etiam euacuant prasinam. Sed aduertendum, cum ista dicatur esse de genere ueneno forum; quod eligi debent euacuantia cordialia ex sui proprietate, aut facta talia per artem: uerbi gratia, rhabarbarum est cordiale: & ipsius eductiuum manna cum agarico confortato cum cordialibus frigidis: & sic de aliis solutiuis in febre pestilentiali ex materia cholera conuenientibus, de quibus domino concedente dicetur ad plenum.

De æruginosa.

QUID AUTEM dicendum sit de æruginosa patet.

De solutiuis phlegmatis non naturalis, & primò de solutiuis dulcis, inspidi, & aquosi.	Pilula cochiaz.	Esula.
MYROBALANI.	Pilula de serapino	Benedicta.
Kebuli.	ad paralyfim Me	Serpentaria.
Emblici.	sue.	Pilula alephanginae.
Bellirici.	Alsebram.	Pilula asaieret.
Turbith.		

Et differenter omnia leuia solutiua simplicia, & composita phlegmatis sunt dulcis, inspidi, & aquosi eductiua.

De solutiuis uitrei, mucilaginosi, & crudi.	Serapinum.	Sal.
TURBITH con-	Euphorbium.	Baurach.
fortatum.	Ius galli decre-	Opopanax.
Hyssopus.	piti cum car-	Vitis alba.
Agaricus.	thamo.	Cyclamen.
Collocynthis.	Cucumer asini.	Hiera hermetis
Scylla.	Centaurea.	Elium indum.
Hermodactylus	Carthamus.	Blanca.
Ireos.	Been.	Benedicta.
Sarcocolla.		

De solutiuis pontici, acetosi, & acris. SOLVTIVA eorum debent esse remissiora, siue debilio- ra solutiuis uitrei: cum difficilius sit educere uitreum uisco- sum, siue mucilaginosum, quam ponticum. unde solutiua his conuenientia sunt eductiua dulcis, & remissiora educti- uis uitrei. unde notandum, ut in primo tracta. capitulo ter- tio, Medicina debilior si addatur potentiori; ipsam remit- tit. & ideò diaphoeniconi addemus cassiam, aut mannam, similiter turbith &c. debilitando eas, ut uidebitur expedi- re: item alephanginae, benedictae, pilulae de agarico sunt de his debilioribus, quae competent.

De solutiuis phlegmatis falsi. INTER COMPOSITA usualia est electuarium hamech, pilulae de fum. ter. pilulae aggregatiuae. & pro his notandū, quod dictum est phlegma falsum uariari ex uaria commix- tione cholerae nunc cum phlegmate grosso, nunc cum sub- tili aquoso: oportet nanque aggregare solutiua iam dicta, & his humoribus conuenientia secundum proportionem humoris ad humorem: exempli gratia, electuarium de suc. ro. par. i. diaphoenicon par. ii. pro phlegmate falso grosso: exemplum de notho, ut turbith par. ii. electuarium de suc. ros. par. i. item cassiae vnc. i. turbith preparati dra. i. & sic de aliis: faciliter enim ex dictis habetur modus componendi. & his compositionibus addantur aquae conuenientes, & cum eis interdum syrupi, ut sint delicabiliores. dixit Ras. in diui- sionibus, Polypodium euacuare phlegma falsum.

De solutiuis melancholice non naturalis, & primò per adustionem cholerae rubrae. LAPIS arme- Pilule de fu. ter. Pilula indae. nus. Senna. Myrobalani indi. Lapis lazuli. Diasenna. di. Electuarium ha- Pilula de lapi- Serum capri- mech. de lazuli. num. Item componantur educentia cholerae cum educentibus melancholiam; ut uerbi gratia, cassia cum myrobalanis, ite- sen. cum rhabarbaro facta eius infusione in aqua lactis, & sic de aliis cum fumo terrae.

De solutiuis melancholice factae per adustio- nem melancholice subtilis, & grossae. SOLVTIVA dicta sunt etiam in isto casu conuenientia: item conueniunt etiam decoctio fumi terrae, decoctio epi- thymi, hieralogodion, & similia; ut syrup. de epithymo.

De solutiuis melancholice cholericæ. TALIA DEBENT esse ex parte uirtutis composita; ut fu- mus terrae, epithymus, serapinum, myrobalani indi, sen. & huiusmodi, de quibus supra. composita uerò, ut electuariū hamech, diasen. pilule de fum. ter. pilula indae, pilulae aggregatiuae minores. item ponantur, ut supra quae melancholiam educunt cum his, quae cholerae.

De solutiuis melancholice phleg- maticæ. MYROBALANI indi, stoechas, epithymum prerogatiua habet super omnes medicinae solutiuae in educendo melan- choliam, Mesue, educit etiam phlegma. Auiceni. maxime cum melle, & sale. ius galli decrepiti cum polypodio con- fortatum, agaricus, polypodium, secaniabin'educens me- lancholiam, Mesue, diasen. hieralogodion. debet tamen co- fortari cum medicina soluente melancholiam; ut sit aptum melancholice magis, quam phlegmatis eductiuum: nam edu- cit phlegma, & melancholiam. pilula indae item potest co- poni ex medicinis phlegmatis cum medicinis melancholi- cis, & educentis melancholiam uincant secundum uictoria melancholiam super phlegma; ut miscendo polypodium, my- robala. indos cum turbith, aut agaricum cum modico poly- podii, aut cum modico folliculorum fennae.

De solutiuis melancholice melancholicæ.
QUAE EDUCUNT melancholiam à forma specifica sunt huiusmodi humorum eductiua; ut fenha, polypodium, myrobalani indi, lapis lazuli, fumus terræ, & ex his composita, ut diafenna.

De solutiuis melancholice sanguineæ.
SOLUTIVA huiusmodi sunt solutiua melancholice admixta cum his, quæ sanguinem clarificant, & mundant: ut uerbi gratia, misceantur tamarindi cum myrobalanis indis, aut cum folliculis senne, cum aqua lactis lupulorum, uel miscetur castia cum fum. ter. aut cum suc. ros. polypodio. educitur hæc materia secundum se totâ phlebotomia, aut quasi. ita quod paucis indigeat solutiuis. & ideo in eis non multiplico: tum etiam quia ex dictis aperta est uia in compositione ipsorum solutiuiorum.

De ephemeris continens Rubricas duas. Cap. 6.
De diffinitione ephemeræ, & eius declaratione. Rub. 1.

IAM DICTUM est in secundo cap. tres esse materias febris subiectiua: spiritus, humores, & membra; ut & prima primi de subiectis medicina. ex qua diuisione triplex colligitur genus feb. humoralis, scilicet hectica, & ephemera, de quibus per ordinem initiu faciendū ab ephemeris; quoniam cæteris sunt leuiore alii paribus: nam carent materia digestionem, & euacuationem indigente, & maxime uera, de qua infra. Est itaque ephemera feb. principaliter in spiritibus cordis eueniens se in totum expandens: neque in membris, neque in humoribus subiectata, à causa primitiua secundum plurimum eueniens. & dicitur ephemera ab ephemeron græce, quod est unius diei operatio. & ideo Gal. ad Glauconem eam dixit esse feb. unius diei. & secundo febrium. Isaac sic dicta à nomine piscis marini, qui eadem die, quo nascitur, moritur. & dicitur à causa primitiua; quia est duplex: uera. s. & est illa, quæ est simplex per simplicem alterationem non trahens ad se aliam curam, quæ ex sui naturâ diem non pertransit naturalem, nisi per accidens: ut quia duraret plus causa sua; ut ira, aut caliditas solis &c. & ista est, de qua Auic. causæ omnium specierum ephemeræ sunt primitiua. non uera autem huic opposita; quia non simplex: & eius causæ sunt corporales, ut mala compositio, ut oppilatio, aut humor, aut apostema, & trahit ad se aliam curam ratione causæ corporalis: & hoc potest durare pluribus diebus secundum causæ durabilitatem. inquit tamen Auic. de sermone uniuersali feb. ephemeræ. Et ista quidem feb. ephemeræ secundum plurimum recedunt in una die, & raro pertransunt diem tertium: nam, si pertransunt illam quantitatem; existimatur de esse eam, quod ipsa permutantur ad hecticam. s. aut humoralem. unde prima quarti primo ca. Et ephemera raro pertransit diem cum nocte sua, nisi ad aliud genus febrium conuertatur. dixit tamen Auer. quarto colligit, quod etiam uera potest causari à re corporea. & tu considera. & hæc febr. est à tota sua specie salubris. & uera secundum plurimum ad hecticam permutatur: & non uera ad putridam. & de signis, eius. & permutatione eius dicitur statim. in quam febrem cadunt facilliter corpora maxime cholericæ, & præcipue in ueram, & sanguinea in non ueram.

De causis, signis, & cura ephemeræ tam in uniuersali, quam in particulari. Rub. 2.

EPHEMERAE ueræ assignabatur tantum causa primitiua: & hoc ideo quia sapientes nostri non uidentur sibi assignare antecedentem, neque coniunctam; quia non habet coniunctam manifestam. de antecedente non est dubium. de coniuncta uero dixit Guil. quod assignanda est; quia omne, quod est, quandiu habet esse, habet conseruans diuersum ab eo; quoniam conseruans, & conseruatum non sunt idem; sed conseruans febrem est causa coniuncta, & è conuerso; ut patet in putrida. igitur consideranda. consequenter cum quaeritur de tali causa, dicit, quod est nomen non habes: sed attende, quod talis potest manifestari, & est subtilitas substantiæ spiritualis, & ipsius igneitas, & raritas, & spirituum coadunatio, & motus eorum uelocitas cum quadam siccitate excedente, & habilitate: eos ad maiorem inflammationem, quam conueniat eis ex natura

Era spiritus, in eo quod spiritus. & hæc causa, quam cito reperta fuerit, erit & ephemera. ex quibus collige modum in assignando causas causarum suarum. & ideo considera. & quia intendo breuiter me de ipsis expedire, cum raro ueniant ephemerantes ad medicos; & si ueniunt maxime quando est uera, non soluunt. ideo de causis, signis, & cura leuiter pertransibo.

CAUSAE AUTEM ad. 4. reduci possunt sequendo ducem nostrum Auic. nam tales aut sunt animales dispositiones, quæ sunt nouem numero. s. angustia, tristitia, cogitatio, ira, uigilia, somnus, tranquillitas animæ, timor, & gaudium: aut dispositiones corporeæ actiones, scilicet & motiones, & contraria, & sunt septem, scilicet labor, & tranquillitas corporis, euacuatio, dolor, syncope, fames, & sitis. aut sunt dispositiones corporeæ, quæ non sunt actiones, neque motiones, neque contraria, & sunt quatuor: oppilatio, nauseatiua fatietas, apostema, & soliditas. aut reducuntur ad res, quæ ueniunt deforis: & sunt quinque: adustio, frigus, balneum, cibus, & potus: & in summa sunt. 25. & breuiter reduci possunt ad duo genera, scilicet ad genus causarum primitiuarum exteriorum, & ad genus causarum corporalium. prædictæ tamen causæ debent esse sine uehementia, ita ut non inflamment ultra spiritum: & sic habes, quod ephemera accidit aut ex inflammatione spirituum uitalium principaliter; ut ex tristitia, angustia, & huiusmodi: aut ex accensione spirituum animalium; ut ex labore, quiete, euacuatione, & huiusmodi: aut ex intensione naturalium; ut ex siti, fame, & huiusmodi. considera, & sic est triplex triplicitate sui subiecti.

SIGNA demonstratiua. In generali sequendo ordinem supra de signis positum à substantialiter inherentes; quia ad tactum apparet caliditas non mordicatiua; imo bona & suauis, sicut caliditas laborantis, aut ebrii, non dico absolute non mordicatiua: sed respectu caliditatis febrilis putridæ: omnis enim caliditas febrilis est mordax. igitur qualiter differat caliditas mordicatiua putridæ ab hectica dictum est supra de signis. caliditas autem ephemeræ remanet æqualis per totum, & non uariatur. à qualitate mutata; quæ facies rubet, & inflamata apparet; ut in fortiter exercitato. similiter oculi, lingua; ad tactum sentit calida, ac totum corpus ipsu, & maxime quæ est à causa calefaciente, siue inflammante. quod si fuerit ex frigiditate; color ad liuedinè declinabit. ab exunte mutato; quia in urina in prima die apparet digestio, & est signum inseparabile, & proprium ephemeræ. Gale. & nota, quod hæc digestio non directè significat super ephemeram; cum non sit humoralis: sed indirectè hoc modo, uidelicet quod cum febris sit ephemera; significatur, quod corpus à naturali dispositione non est multum remotum, neque alteratur color eius, nisi propter illud, quod associatur ei de causa alterationis urinae, quæ est aut cholera, quæ cum ea commiscetur: aut caliditas renum, aut hepatis, aut extrinsecæ, & hypostasis bona, boni coloris, pendens, & quandoque natans. & hæc sunt uera & maxime in uera secundum plurimum. dicitur secundum plurimum; quia staret, quod præexistenter humores grossi uiscosi. & sic in prima die non apparet hypostasis. de non uera etiam non est inconueniens uerum à principio non apparere digestam; ut in illa, quæ est ex bubone, aut per oppilationem, & huiusmodi. propter quod in hoc uno solo signo non confidas, ut de cæteris dictum est: & similiter dicatur de egestionibus, sputo &c. non enim uariantur ab eo, quod est secundum naturam. de sudore uero dicatur, quod ut plurimum & maxime uera, terminatur per sudorem; qui est similis naturali ex parte qualitatis, & quantitatis. quod, si excesserit quantitatem naturalem; tunc existima ipsam non ephemeram. & dixit Gal. 10. meategtechni, quod signum proprium inseparabile optimum, & certissimum ephemeræ est declinatio cum sudore, & maxime iam dicto.

H Ab actione laesa inchoas à pulsu. est in ephemera pulsus uelox, & frequens respectu sui sanis; non tamen multum. unde de Isaac secundo feb. permanens cum æqualitate per totum. quod si aliquando apparet diuersitas, quod est raro; est tamen semper ordinatus, cum in ea non sit materia naturam grauans. & in summa differentia pulsus pur mouetur propter necessitatem refrigerii, & maxime diastole, quæ crescit secundum

secundum magnitudinem uelocitatis, & frequentiam, licet non multum. systole autem non mouetur; quia non est necessitas mundificandi, & maxime in uera. & hoc nota, quod argumentum non ualet, est pulsus bonus, & urina bona: ergo ephemeris; quoniam, ut infra, in aliis reperitur febris, & maxime in pestilentiali ab anhelitu; quia maxime per ipsum comprehenditur differentia in diastole, & systole ad uisum, quæ res occulta erat in pulsu, uel saltem non ita manifesta. aliud signum priuatio frigoris, horripilationis, rigoris, punctiois, submersionis caloris, & pulsus, & declinationis ad pigritiam, & somnum, & typi, quæ omnia consueuerunt apparere in principio putridarum. neque est motus, siue expansio materiæ ad extra super membra sensibilia: & hæc maxime habent locum in uera ephemeris. in non uera uerò hic quandoque apparent; sed sunt debilia, & non perdurantia. sed nota, quod in uera quandoque potest apparere paruus typus; sed est raro; ut in corporibus cholericis aptis magis: ut cum caliditas solis penetrat materiam humoralem in calescere, ita quod ab ipsa materia resoluentur aliqui uapores, qui sparsi super membra sensibilia typum inducerent, licet leuem, & fortasse dixit Princeps ut plurimum. & tu considera. aliud signum, quod accidentia; ut dolor capitis, exiccatio linguæ, corporis cauma, & huiusmodi. intensa, & timorosa non apparent in ephemeris; ut in putrida. & ideo dicebat Auic. Cum est priuatio accidentium fortium, timororum, & dolorum: nam accidentia in ea apparentia sunt leuia, & supportabilia, non impediunt hominem à quasi hominum conuersione. aliud & positum fuit in descriptione; quod & causa sit primitiua: de quo ibi. unde Auic. De proprietatibus earum est, quod ipsa non sunt à causis antecedentibus. quidam per experientiam arguunt super ephemeram: hoc modo uidelicet ponendo patientem in balneo aquæ dulcis calidæ. quod, si contrahendo aliquam moram in eo superuenerit horripilatio; non erit ephemeris, sed putrida: quod, si nihil alteratur; est ephemeris. hoc signum non prosequor: quoniam non est in usu, & pessimè posset praticari; quauis sit Auic. & multorum antiquorum, & non uideatur semper habere ueritatem; quia in non consueto balneo cum intrat balneum; accidit ei horripilatio ex subita, & inconsueta inutatione facta in naturam, & non facta à balneo in humorem. item in ephemeris non uera, quæ est ab oppitatione, uel nauseatiua satietate, experientia non habet ueritatem. ideo considera.

IGNA IVS in speciali. De his tamen me breuiter expediens.

Quod, si fuerit propter solem, & similia inflammantia; caput eius calidum, & oculi, & cutis, & facies inflammata, pulsus uelocitabitur, & urina tingetur, licet parum, ut supra, & sic de aliis signis leuis caliditatis præter naturam.

Quod, si à frigiditate; contraria apparebunt. unde color mutabitur ad liuiditatem.

Quod, si fuerit ex constrictione pororum facta à re stypticante, ut balneo styptico, & huiusmodi; tunc cutis tendit ad nigredinem cum asperitate, & urina redditur tenuis, alba.

Quod, si fuerit ex uino; petit caput &c. & apparêt signa caliditatis cum grauitate capitis, & sentitur nocumentum in hepate, quia inflammatio: & urina est tineta. & similiter ex cibo prouenit calido: nam, sicut ex caliditate solis læditur cerebrum, & spiritus animalis, ex balneo cor, & spiritus uitalis; ita ex cibo, & potu hepar, & spiritus naturalis.

Quod, si fuerit ex angustia, erit facies tendens ad palliditatem propter profunditatem caliditatis, & motus oculi ad clausionem decliuis propter resolutionem, & urina acuta ignea sentitur propter dominium siccitatis in ea, pulsus paruus, & debilis propter resolutionem declinans ad duritiem propter siccitatem: nam propter fortem inflammationem fit exiccatio: spiritus quidem tristis exiccat ossa.

Quod, si fuerit ex tristitia; apparent signa, quæ in angustia, & in hac motus oculi cum profundatione propter resolutionem, quæ est ad partem extrinsecam. & hoc; quia in talibus mouetur calidum ad extra. præterea, quia tales præcedunt semper aliquid prosequi de re, de qua tristantur.

Quod, si fuerit ex cogitatione; aderunt signa prædicta

A in angustia, &c. tamen oculus non erit ad clausionem decliuis; quia in eo non est tanta profundatio caloris, neque resolutio.

Quod, si fuerit ex ira; apparebunt signa, quæ accidunt propter solem, & similia.

Quod, si fuerit propter uigilias; scitur narratione infirmi. & eius facies est citrina, & inflata propter malitiam digestionis, & urina est discolorata propter eandem causam, & quandoque apparet turbida, maxime quando mouentur aliqua materiæ.

Quod, si fuerit ex superfluo somno, & quiete; scitur narratione infirmi. in somno remoto calore, & maxime in profundo conculcatur, & inflammatur spiritus; quare &c. & consimiliter quare in quiete, & maxime in assuetis exercitiis: nam uapores in exercitio resoluti consueti retinètur in ocio, & resecti, & conculcati inflammantur, & inflammati spiritus inflammant, & præcipue in corporibus cholericis. & sic per accidens ex somno, & uigilia febris causatur ephemeris. considera.

B Quod, si ex gaudio; signa proxima sunt his, quæ ex ira, nisi quia oculi sunt sub forma gaudentis, & non irascentis.

Quod, si ex timore; signa similia, quæ in angustia, & est proportio timoris ad angustiam, quæ est iræ ad gaudium, & est diuersitas maior in timore, quam in angustia, & oculi eius sub forma territi.

Quod, si ex labore; scitur narratione infirmi.

Quod, si euacuatione superflua; tunc motus spirituum superfluis inflammat, item & medicinæ solutiæ propter caliditatem earum uehementem, item etiã superflua euacuatione sanguinis; quia eo euacuato furit cholera iuxta illud quarta primi. Caue, ne ægrum &c.

Quod, si fuerit ex dolore inflammante; accidit dolor capitis, aut in iuncturis, aut colica, aut aliquod tale.

Quod, si fuerit ex syncope quod contingit propter commotionem spiritus diuersa calefactio, & conuertitur in febrem; scitur narratione infirmi.

C Quod, si fuerit ex fame; scitur ex eius tolerantia, propter quam subtrahitur nutrimentum calori, & humidum: unde conuertens se in humiditates substantificas, eas resoluit, & in uaporem, & fumos calidos conuertit, & cum spiritibus nutritiuis comiscetur: & hoc maxime accidit cholericis iuuenibus macris, & habentibus fortem subactionem stomachi. idem iudicium de siti.

Quod, si fuerit ex oppilatione, aut propter multitudinem humorum, aut propter grossitatem, aut uiscositatem; cognoscet; quoniam euenit à causa non primitiua, & maxime quando declinabit sine sudore: & poteris te fundare in sic iudicando, cum uideris repletionem sanguinis, & quia præcessit regimen rerum uiscosarum, & huiusmodi.

Quod, si fuerit ex nauseatiua satietate; erit illic eructatio, & urina erit subtilis aquosa, & reliqua signa nauseatiuæ satietatis.

Quod, si fuerit propter apostema; caliditas non erit uehementer mordicans: quoniam tale apostema est sanguineum; & ideo facies est rubea, & pulsus magnus, uelox, frequens, & est urina aquosa, alba propter cursum materiarum cholericarum ad locum hepatis.

D Accidit & quandoque, ut catarrhus, & coriza sint causæ ephemeræ, quando. i. calidus, & à caliditate eliquatur. unde ueniens ad uentriculos, & in eis conculcatus supercalefit, & calefacit spiritus. unde cerebrum non debite euentat, refrigerat spiritus cordis. quare sic inflammati ephemeram causant. eodem modo potest frigiditas extrinseca per uiam expressionis esse causa &c. de qua Almanf. hæc non est negligenda; quia ex ea quis facilliter cadit in pleuresim, aut peripneumoniam, aut squinantiam. &c. & signa sunt signa catarrhi, coryzæ, & antecessio causarum eius.

PROGNOSTICA. & primò ponentur signa, per quæ prognosticantur ipsam ad putridam transire, uel hecticam: secundò alia. Cum medicus errat in cibando febrientem ephemeram, ut quia cibum non exhibeat in hora sua, & conuenienti quantitate; facit ephemeram conuerti ad hecticam: & hoc si tale corpus fuerit aptum, ut sunt corpora cholericæ multum macra, non potentia famem tolerare, ut supra de qui

de quibus, 8. therapeu. Hi qui calidæ sunt naturæ, & sicca, & rari in poris, si diatriton ieiunium fecerint; occupatur à febris acerrimis, & acutissimis. quòd, si fuerint calidæ, & humidæ; ad synochum permutabitur, & fortasse ad synocham. & sicut hæc permutatio accidit errore medici: ita contingere potest errore infirmi, & astantium. aliud. cum ephemera declinat absque sudore, aut humorositate, aut cum sudore absque mundificatione; significat, quòd ad aliud genus transit, & maximè quando declinatio est longa, & cum perseverantia accidentium; ut doloris capitis, & huiusmodi.

Quando causæ ephemera, cuius terminatio est, ut dictum est, uehementes fuerint; tunc expecta magis hecticam, quam putridam, & maximè quando uideris patientem ualde supercalefactum, supercaleferiq; post cibum, & in tempore acceptionis eius, & quòd febris fixa remanebit in omnibus membris, & quòd pulsus seruet æqualitatem cum duritie, & paruitate. quòd, si permutabitur ad synochum; erit illic inflatio faciei, & additio in caliditate. quòd, si ad febrè putredinis; prognostica illud, cum uideris horripilationem, & diuersitatem in pulsu, paruitatem, & coarctationem, caliditatem mordacem siccam, & aliorum accidentium uehementiam; & in urina, ut in pluribus non apparebit digestio. febris ephemera ex toto genere est salubris, & breuis: multi tamen tenuerunt aliquando ephemeram inueniri pestiferam, de quo in de feb. pestilen. febris ephemera, quæ maximè est ex catarrho, & coryza, ut dictum est, quòdque ad pleuresim, peripneumoniam, aut squinantiam transit. & ergo ephemeras non uelis negligere.

CANONES. Inquit Auic. hæc quidem feb. est facilis curationis, & difficilis cognitionis, sicut principium hecticæ recitatur, quòd malè cognoscitur, nisi postquam fuerit terminata: quia tunc cognoscimus, quòd fuit talis ex signis datis. aliter quòd est facilis in comparatione ad putridas, & hecticas: non autem simpliciter. propter quod Gal. ad Glauconem Periculosa sunt, si ab ignorantibus curantur. & ideò considera mi Rayneri.

Tres sunt canones generales: primus est remotio causæ: secundus remotio malæ complexionis calidæ sicce. tertius est subtractio accidentis, si quod est tale.

In complendo primum, sit canon primus, qui est ordinatio diætæ: & hæc quidem diuersificatur secundum diuersificationem causæ faciendo diætam declinare ad contrarium ipsius causæ. & quid sit diætæ, iam dictum est. sit itaque aer eorum declinans ad frigiditatem, clarus, ex aromatibus alteratus, præterquam in ea, quæ est ex soliditate cutis, & ex catarrho, & coryza. à causa quoque frigida in casu debet esse ad caliditatem paratam declinans. sternantur itaque in camera super lectum flores redolentes, herbae, & huiusmodi, ut ipsa requirit dispositio calida, uel frigida. de somno dicatur, quòd competit multum, & plus in ea, quæ est ex uigiliis: sed in ea, quæ est ex somno, non competit; sed magis uigilia, & similiter in ea, quæ est ex multa quiete, soliditate cutis, oppilatione, & ex re contenta in ore stomachi euomibili, aut ex uenenis, uel fumis putridis, uel ex syncopi; in quibus magis competit uigilia. item & ipsa competit in principio eius, quæ sit ex timore. & tu te in his modera. de quiete, & motu dicitur, quòd quies competit, ubi somnus, & motus, ubi uigilia: nulli tamen ephemera competit motus fortis. fricationes autem, quæ tenent locum exercitii, conueniunt moderatè super toto corpore factæ. unde Auic. In ea, quæ est ex oppilatione, fricatio aperit poros habentis eam: & ubi foret multa humiditas, non competeret; quia eliquabit eam, & non resoluet: sed si pauca, exiccabit. de balneo autem, quod se tenet etià ex parte exercitii, dicatur, quòd in principio nulli ephemera competit nisi fortasse frigida à spissitudine cutis, & pororum clausione; & hoc corpore existente mundo ab humoribus cacochymis. in declinatione autem est sicut auxilium fere omnium ephemerarum: quoniam poros rarificat, sudores prouocat, fumosas superfluitates resoluit, spiritus clarificat, in frigidat, & humectat. & dicitur, ferè, quoniam in ea, quæ est ex oppilatione, aut nauseatua satietate, aut ex apostemate, aut ex catarrho frigido, non competit. in ea uerò, quæ est calido, benè competit. & uniuersaliter cauendum est balneum, in quibus suspitio est, ne

conuertatur in putridam. de inanitione autem, & repletione quid agendum, patet ex dictis, cum uera careat materia: non uera autem indiget euacuatione, & digestionem, ut statim dicetur. de accidentibus animi. lætari autem, & gaudere in omnibus competit ephemeras, exceptis in ea, quæ est ex gaudio. de cibo, & potu, quia intentio non est ad materiam, ut in putrid. non prohibetur cibus, ut in illis. omnibus itaque ephemeras exhibendus est cibus: quibusdam in principio, ut sunt, quæ ex labore, angustia, fame, siti, uel ex uigiliis; quia, nisi conceditur cibus; timetur casus eorum in hecticam, aut syncopim: item & corporibus ephemeras calidæ, & sicce complexionis, & in poris raris, in quibus ex tolerantia famis fluunt humores, & maximè cholericis ad os stomachi, inducentes syncopim. etià timetur, ne humores moti inflammantur, & putrescant, & putridam faciant. & debet hic cibus esse nutritiuus, facilis digestionis, aptus uelociter transmutari: de quo habes supra. 4. cap. Et cibi temperati, & frigidi, & humidis sunt huiusmodi. in patientibus uerò ephemeram ex oppilatione, & ex apostemate;

quia à causa corporea, tardadus est: immo in principio procedatur cum subtiliatione: mediis autem medio modo. de potu dicendum, quòd in principio maximè quando non est à causa corporea, uirtute iam existente forti, competit potus aquæ: & hoc, ubi non esset prohibens, ut uiscerum debilitas. 7. colliget. laudatur uinum aquosum, album, aromaticum: & hoc in omnibus: & hoc maximè, si non fuerit dolor capitis, aut bubo, aut aliquod tale contradicens. & in summa uinum. 8. therap. plus ipsa aqua laudatur. aquæ exhibitio in tribus prohibetur casibus: primus, quando est uirtutum naturalium debilitas, ut dictum est: secundus, quando timetur, quòd non sit uera; quia prolongatur, & timetur transitus in putridam: tertius, cum caliditas eius transcendit caliditatem ephemera debitam secundum naturam eius: unde & tunc timetur transitus in putridam. & sumadò sint cibi, & potus facili digestio, boni nutrimenti, in qualitatibus suis contrarii febris; quia in ephemera specialiter uera intentio est ad febrem non ad causam, cum ea careat. sic itaque causam, quam habet, remoue ex parte ipsarum primitiuarum: & sic complabitur primus canon iam dictus maximè in uera. q. si fuerit non uera, quæ. s. materiam habebit; tunc oportebit ponere alios canones: quorum primus erit digestio: secundus euacuatio, qui perfici debent secundum causæ ipsius opportunitates. unde digestiua, & solutiua tuo proposito congruentia habuisti ad plenum. 5. ca. & tu ibi èt, quia hæc una est attinens curæ putridarum. ideò sic pro nunc leuiter transiui, ut expectans ad curam putridarum. secundus completur, & præcipuè in uera cum solis alteratiuis ad intra, & ad extra applicatis, de quibus habes in. 5. cap. & infra rubrica de febris acutis: & tu ibi, & aliquantulum particulariter; ut sit sicut exempli gratia statim. & nota, quòd, ut quidam & meo iudicio benè, non sunt ephemeras ad extra secundum se totos refrigerandi ex applicatione frigidorum per totum: quoniam illa porositates claudunt; sed insistendum cum epithimatis aromaticis, & odoriferis maximè, & principaliter circa cor, uirtutem ipsam uitalem maximè confortando, & adiuuando. & ut tibi magis complacem iuxta seriem causarum particularium in de signis demonstratiuis apertarum;

curam succinctam, & breuem tibi inscribam sperans cum his generalibus positis plusquam tibi sufficere. et si prius dixero, quòd cura accidentis, si quòd erit tale; habeatur ex his, quæ dicentur de cura accidentium acutarum. propter quod ad propriam recurras rubricam; non erit tamè, quod aliquid non dicatur in particulari sermone à me nunc habendo. CURA IN particulari. In ea uerò, quæ est à sole, aut propter inflammationem, duo sunt canones: primus abscisio causæ: secundus caliditatis febrilis remotio, qui duo perficiuntur diætæ, & potione. ex parte diætæ; quia ad locum ducat frigidum, & humidum immediatè; quia. s. moderatè, ne ex subita, & repentina mutatione uirtus terreatur. & declinet regimen ad frigidum. similiter embrochetur caput cum aqua rosanda, et modico aceti, et oleo rosato unius anni: nam antiquum ingrossatur, et frigiditatem deperdit. aut superponantur petiæ infusæ in his, et sepe. quòd, si affuerint uigiliæ; adde papaueris albi, et seminum lactuce, portulacæ

lacæ, & huiusmodi: & infunde, aut petias appone, & etiam temporibus. & quidam ratione complexionis cerebri, & bene addunt flores chamæmi. aut anethû: nam ipsum est ex calidis, somnum inducentibus. & dixit Serap. fundatur super caput eius aqua tepida dulcis decoctionis chamæmillæ sicca, & florum nenufaris, & meliloti, & rosarum. tu tamen considera, si adest fluxus catarrhi, aut non: quoniam ex applicatione horum posset sequi nocumentum &c. considera. laudantur magis embrochæ ab alto cadentes; quoniam magis imprimunt: item odorations frigida. item, ut supra fit sollicitus circa in frigidationem cordis, & pectoris totius, & non timeas clausionem pororum: nam natura emittet per uias pulmonis ad extra.

In ea, quæ est ex frigore, consimiles canones seruentur, ut primò reducantur ad aerem calidum, & temperatum: deinde cooperiantur, & calefiant pannis in prouocationem sudoris. cibi sint temperati aperitiui, & uinum lymphatum in hoc casu competit; propterea quia prouocat, & aperit. & in declinatione competit balneum decoctionis chamæmillæ, & seminum fœniculi, & huiusmodi. & post sudationem, & declinationem, & non prius ungantur; quoniam oleum oppilat. item capiti applicentur calida; ut anethum, chamæmillæ, & huiusmodi. pectori autem, & cordi temperata aperta, & declinantia magis ad frigidum.

In ea, quæ est ex constrictione ab aquis stypticis, cura est proxima curis iam dictis. unde sollicitudo fit in humectando. & ideò competit balneum aquæ dulcis, & debent contrahere maiorem moram in eo. & in istis non datur uinum, nisi quando sumus confisi, quòd pori sint optimè aperti. & debet tardari administratio oleorum, & unguentorum dubitando de oppilatione.

In ea, quæ ex uino, locetur in aere frigido, & humido, & dormiat, quousq; cessauerit crapula: postea uerò, cum surgit, aquam bibat, & cibi utatur frigidis, & humidis. deinde ponatur. s. cum febris cessauerit, in balneo: & non ante. & sit intentio circa cor, & hepar. quòd si remanserit grauitas in capite; soluas uentrem. si inflatio oculorum, & rubedo, & alia, quæ sanguinem significat; phlebotoma.

In ea, quæ est ex cibo calido, cura est, si cibus est in stomacho, ut allium, & huiusmodi; introduc uomitum: si non, sed transiit; solue cum tamarindis, prunis, & huiusmodi lenitiuis frigidis, aut temperatis. cordi sit, ut supra; intentio, sed magis hepatis, in frigidando ipsum intus, & extra cum aqua endiuix, sandal. & syru. frigidis, ut supra in .5. cap. & aliis, ut infra de febribus acutis pestilentialibus: quibus locis habebis epithemata, & huiusmodi. potus sit aqua hordei, & cibus declinet ad frigidum, & humidum, & similiter totum regimen.

In ea, quæ est ex angustia, regimen in totum declinet ad frigidum, & humidum, & alienet omne exiccās, ne in hecticam transeat. propter quod in balneo aquæ dulcis frequenter, & non in aere eius ponantur, & ungantur: deinde leuiter fricando cum oleo uiolæ. & pectori applicentur epithemata odorifera ex mucillaginibus, & aliis humectantibus. & uinum plurimæ commixtionis; est enim bonum medicamentum. Auic. & sit odoriferum, & non in multa quantitate, ne exiccet. talesq; locandi sunt apud amicos, consolantes, dantes spem, & sint ibi cantores, pulsatores &c. & locus odoriferus ex rebus frigidis.

In ea, quæ ex tristitia, quæ est passio animæ cum cogitatione sollicita, super quam non est desperatio, ut in angustia, quæ est de re, super cuius reacquisitione non est spes; ut de morte filii, & huiusmodi; tunc cura est, ut de angustia dictum est, & quia minor passio est, quàm angustia, ut patet; remissioribus utere. non exemplifico: quoniam facile est tibi cōponere ex his, quæ habebis in febribus acutis, & maximè pestilentialibus.

In ea, quæ est ex cogitatione, cura est proxima curæ iam dictæ. cogitatio est animæ passio causata ex profunda meditatione in aliqua re ad intelligendum, uel adipiscendum, uel fugiendum illam, præter quod cum ea sit tristitia, uel angustia siue tædium; ut quis cogitat de Deo, uel de salute, uel liberatione amici, & huiusmodi. & ideò quidam ex practi-

A que tamen introducunt somnum pro singulari medicina. & dant uinum lymphatum subtile: & tu considera.

In ea, quæ est propter iram, quæ est ebullitio sanguinis iuxta cor, ex qua accidit feruor, & inflammatio in spiritu cordis propter appetitum uindictæ; tunc cura est, ut de angustia dictum est. & licet balneum competat eis aqua non multi caloris; tamen inunctio ex oleis frigidis, & humidis est sibi magis conueniens. & nota, quòd quidam prohibent eos balneari, ut Serap. sed intellige in principio, & in ipso multum calido. in declinatione autem, & cum remissa caliditate competit: ut Auic.

In ea, quæ est propter uigilias, introducatur somnus, ociu & embrochetur caput cum frigidis, & humidis, & balneentur in aqua. & pro his recurre ad febres acutas, ubi ponentur remedia in simili causa. cibeturque cibus bonis ad frigidum declinantibus, & humidum. & si non fuerit dolor capitis, aut catarrhus impediens; da uinum sine timore: est .n. ex rebus magis conferentibus eis. Auic. & hoc intellige maximè lymphatum: est enim sic ex his, quæ magis humectant, & inebriat, & dormire facit. & laudantur leues fricationes extremorum, specialiter pedum diuertendo à superioribus & trahendo uapores capitis ad infra. & principaliter attende de cerebro in frigidando &c. & cor non negligendo.

In ea, quæ est ex somno, & quiete, quod erit per accidens: quoniã quies per se in frigidat, & humectat; ordinetur diætata, cibus sit paucus ad frigidum, & humidum declinans, & parum, & quandoq; administratur cibus exiccans. locetur in aere temperato, uel declinans ad caliditatem. commoueat æger ad iram, & exercitetur per cameram. fricentur extremitates, & in fine in aere balnei ponatur, in quo sit decocta chamæmilla, melilotum, & similia. prohibeatur uinum. secundò ad causam prohibeatur somnus cum diuersionibus alteretur cor ad extra cum temperatis ad frigidum declinantibus. similiter cerebrum cum rebus in actiuis temperatis declinantibus ad siccitatem, aut parumper ad caliditatem declinantibus in resolutione uaporum.

In ea, quæ ex gaudio, cura est proxima ei, quæ de ira: differens tamè in his primò, quòd in hac introduci debent, quæ tristari faciant, & cogitare: secundò quia approximata ad extra debent esse intensius frigida. ad intra uerò sint frigida remissiora, ne noceant mineræ virtutum propter superfluum expansionem spirituum. item intentio non est tantum ad humectandum, ut in illa, uidelicet ad eam liniendâ naturam.

In ea, quæ est ex timore, cura est proxima ei, quæ ex angustia: nam introducantur remouentia timorem; ut ueniant amici, & forenses dantes spem, & alia huiusmodi, & administrentur in frigidantia, & humectantia ex cibus, & potibus, & ex medicinis habentibus lætificare, dilatare animam, præstare iocunditatem, & huiusmodi.

In ea, quæ est ex labore, & motu superfluo inflammante spiritus, introducatur quies, & somnus prolixus, & balneentur in balneo aquæ dulcis moderatæ calidæ, & hoc in fine. & inungantur deinde iuncturæ cum oleo humectatiuo, ut oleo uiolaceo: & similiter corpus eorum quo ad spondiles omnes, & caput. & nota ante inromissionem eorum in balneo, si adest repletio, & iuncturarum magna laxitas, ne sic accideret eis arthritica. & quia uirtus est in eis resoluta; attende restaurationi cum cibo pauca quantitate, multi nutrimenti, humectatiui; ut oua forbilia, testiculi gallorum, pisces parui, carnes pullorum, & huiusmodi. potus in assuetis sit uinum plurimæ commixtionis: in non consuetis iulep uiolatum, & huiusmodi cum aqua endiuix.

In ea, quæ est ex euacuatione per fluxum, ordinetur diætata ex his, quæ in frigidant; & humectant, & confortant facile digestibilia, pauca quantitate; sed frequenter in die cibentur, & sint stypticitatis participantia. & laudatur cibus ex turture, ex pullo, aut pdice, aut fassiano, in cuius uentre ponatur unc. i. seminum portu. & drach. i. seminis nasturtij decoquatur in olla, & imponantur sorbæ, aut cytonia, uel pruna syluestria, uel sumach, mirtus, & huiusmodi. & cum cocta fuerit; recipe uitellum oui cocti in aceto usq; ad eius in durationem: deinde pulpæ teratur, & cum cytonio, & ouo illo simul, & inde fiat cibus. confortat uirtutem, restringit fluxum,

fluxuni, & febrilem alterat dyscrasiam. super stomachū ponantur styptica, ut infra de accidentibus acutarum, & non sit tepida, sed calida: nam tepidum est mollificatiuum, & resoluit uirtutem. Aui. super cor, & hepar ponantur, quæ infrigidant, & in loco teneatur temperato odorifero. gaudeat, & dormiat pro posse, & quiescat, & non permittatur surgere ad assellam.

I N E A, Q V A E est ex dolore, primò uerte intentionem tuam ad causam doloris; ut, si fuerit ulcus, ad ipsum: & consimiliter de aliis. & alteres cor, & hepar cum infrigidantibus. quòd, si timeatur ex potu uini motus doloris; non datur in potu.

I N E A, Q V A E est ex syncopi, tunc stude in remotione syncopis, & causæ eius primò: deinde ad febrem ipsam. primū perficitur cum exhibitione ciborum boni chymi, facilis digestionis. & uinum est ex eis, quæ uirtutem eleuant. 12. therap. & 7. colliget. Deinde, cum recesserit syncopis; stude remotioni febris cum his, quæ infrigidant, & humectant redolentibus, confortando cor, & reliqua principalia, ut supra sæpe.

I N E A, Q V A E est ex fame, tua sit intentio in humectando cum cibus humidis, ut est chist hordei, & cum oleribus. & sint omnia aut aromatica, aut aromatibus coniuncta, ut uirtutem confortent. & confert balneum, & infundatur super caput eius aqua tepida plurima. sedeat in balnea se humectando: deinde se inungat cum oleo uiolaceo, uenufarino, de cucurbita; ut supra dicebatur de ea, quæ est ex labore. & tu ibi.

I N E A, Q V A E est ex siti, da in potum aquam frigidam, uinum granato. & succos fructuum infrigidantium, & fiat balneatio cū aqua dulci tepida. & si possibile est, ut quia ætas, complexio, tempus, & cætera patiantur, cum frigida fac. & attende cordi &c. ut supra, & hepatis, & membris nutritiuis cum cibus frigidis humidis. sed hic aduerte, ne sit materia in stomacho, quæ per potū aquæ frigide magis adhereret, aut magis imbiberetur: quoniam per ipsam aueretur sitis, ut. 13. tertii de siti.

I N E A, Q V A E est ex oppilatione, tres habentur intentiones: una ad causam: aliam ad febrem: tertia ad accidentia, si qua sunt. prima perficitur cum his, cum ordinatione dietæ, digestionem, euacuationem, & balnei administrationem, uentilationem, & huiusmodi. cibus, & potus sint nutritiui, facilis digestionis, à uiscositate absoluti, & non sint aperitiui, saltem multum, & maxime in principio, de quibus supra de dietis. Pro secundo canone particulari nota, quòd, si humor faciens oppilationem fuerit sanguis; fac primò phlebotomiam quòd, si alius fuerit, mixtus tamen sanguini; fac etiam phlebotomiam minorem, quam in casu primo. quòd, si non fuerit mixtus; fac prius cum pharmaco euacuationem minoratiuam: deinde procede ad digestiuam, abstersiuam, aperitiuam non fortiam: neque multum calidam propter febrem. & ideò semina calida, & frigida aperitiua simul mixta hanc tuam optimè complebunt intentionem: nam, si dabis fortia aperitiua, non procedente euacuatione, addes in oppilationem. considera. deinde procede euacuando eradicatiuè, uel quasi. deinde redeas ad aperitiua fortia; ut ad syrupum acetosum cum una, uel duabus radicibus: deinde euacua eradicatiuè. ultimo administretur tina, ante cuius administrationem attende conditiones septem etiam ab Auicè. hic notatas, & à Gal. 8. therap. & hoc si prius dixerò propter ea, quæ dicta sunt, quòd phlebotomia, & euacuationes illæ fiendæ sunt, ubi aderit repletio, & humorum malorum multitudo: & hoc in principio, ubi. s. timemus de suffocatione, aduentu apostematis, & huiusmodi. & in hoc casu properandum, & magis uidetur necessaria phlebotomia euacuatione pharmaci, & quòd ætas, uirtus, & cætera consentiant. itè, quòd tales euacuationes tardandæ sunt, si possibile erit usq; ad remissionem febris, uel horam quietiorem eius: nam phlebotomia ponit humores in motu, & miscet bonos cum malis. Auic. hæc. Et de hora phlebotomiæ dixit Gal. 8. therap. in media nocte existente materia incidendum est &c. conditiones ante balnei introitum attendendæ sunt: prima, quòd corporis mundificatio præcesserit: secunda, quòd febris sit in declinatione uniuersali, & caue in hoc, ne decipiaris.

E unde megatechni. 8. metire secundum accessionem cū prima. & si minor est, & sic perseverans; mitte agrum in balneum sine ullo timore: tertia, quòd urina sit digesta: quarta, quòd ex pulsu non diiudicetur febris putrida: quinta, quòd introitus balnei sit quinque horis ante paroxysmum futurum, si expectatur: sexta, quòd si ex balneo percipiet sibi superuenire aliquod accidens; ut horripilatio, uel aliquod tale; tunc illico extrahas: quoniam, si moram trahet, fortasse transit in putridam. deinde inunge, & absterge corpus cum abstergentibus æqualibus; ut cum farina fabarum, puluere radicum lili, cum fursuribus, & huiusmodi,

I N E A, Q V A E est ex nauzeatiua satietate, tunc stude, si natura non euacuat rem; quæ est in stomacho, tu euacuare per superius, aut inferius secundum quòd uidebis materiã habere magis raptum, & hoc cum pharmaco uomitiuo, aut clysteri. quòd si euacuabit; considera, si tantum euacuauit, quantum fuit opportunum de humore corrupto satietatem faciente. quòd, si non; iterum euacua: deinde conforta stomachum cum emplastris, ceratis, & huiusmodi, de quibus in de febre phlegmatica. deinde expecta super cibum tolerantia famis est iuuatiua ualde, deinde exhibe cibos facilis digestionis, boni chymi, & huiusmodi. & introduce somnum in confortationem digestionis. & attende cordi, & hepatis, ut supra sæpe. ad febrem uerò intende cum frigidis cordialibus ad extra &c. ut supra pluries. & accidentiũ correctio quæratu propriis capitulis.

I N E A, Q V A E est ex apostemate, primò non cibetur nisi post declinationem completam: secundo fiat euacuatio, & diuersio cum phlebotomia, aut solutione uentris: tertio ponantur supra membrum apostematum infrigidantia ingrossantia uapores, & prohibentia peruenire ad cor: ita tamen quòd apostematis non multum noceant multum illud in crudando. unde super ipsum non ponantur, & cordi applicentur frigida, & humida.

P R A E T E R autem has particulares causas ephemerarum ab Auicè. sic positas inueniuntur multæ aliæ; ut sunt uenenũ, medicina solutiua laboriosè soluens sua caliditate ephemeram faciens, coitus, chylus putrefactus, statio longa in balneo, phlebotomia, catarrhus, manere diu in locis fetosis, & huiusmodi. quorum omnium curam non prosequor, ut breuitati seruiam, ut promisi: etiam quia ex datis eorum omnium cura satis faciliter inuestigari à te poterit. & ideò stude. & hæc de ephemeris sic raptim sufficiant.

De febribus putridis in generali continens

Rubricas tres. Cap. 7.

De causis feb. putridæ in generali, & eius definitione. Rub. 1.

ANTE QVAM ad earum particularem deueniam doctrinam; quædam præmittam generalia nostro in futurum proposito multum utiliasnam, cum de febribus putridis agendum sit; statui primò declarare, quid sit putredo; quomodo causetur; ut inde comprehendas, quomodo febris ipsa putrida generetur. putrefactio itaque est uia in corruptionem substantiæ, quæ putrefit, ac qualitatem ipsam componentium. attenditur tñ principaliter circa substantiam, quæ circa qualitatem, sicut & generatio, quæ est ei contra. propter quod nota, quòd cū in mixto est calidum humido suo proportionatū, & inter ipsa debita habitudo, tunc stat in eo teperies. cum autem accidit extraneatio in altero ipso forū, & maxime in calido, ita ut hæc conueniens habitudo remoueat; tunc accidit, ut tendat ad corruptionem, quòd tendere est uia in ipsam corruptionem, quæ uia est putrefactio, ut dictū est. unde hoc scito, quod duplex est putrefactio: una naturalis, quæ consequitur actionem caloris naturalis in suū humidū merito principiorū intrinsecorū: & de hac non est sermo noster: alia est præter naturam, & talis sit à calido extraneato agente in suū humidū adiuto èt à calido continetis. Vnde. 4. meteorū. ad principium satis. Putrefactio est corruptio quædam in unoquoque humido secundum naturam propriam caliditatis à caliditate aliena. & hæc est, quæ ambiētis, & exponere, propriam. i. innatam caliditatis, & ambiētis. s. secundum plurimum; quæ èt, ut infra, prohibita transpiratio èt causa eius. unde hic aduerte, quod humor sic putrefactus, & si in sua altere complexione; tamen remanet sub eadem forma, & complexione. unde

de eius calidum extraneatum adhuc naturalitate paticipat. qua de re potest esse adhuc causa digestionis, & naturalitatis. & ideo procedente adhuc putrefactione ad corruptionem simpliciter potest inde generari animal: ita quod ex humore inanimato potest animal produci, ut uermis. confidera. & sic capiendo putrefactionem ipsa se extendit ad humores, & ad alia elementata: & est eius acceptio generalis: specialius autem à medicis consideratur, ut solum ad humores nostri corporis se extendat. & est putrefactio ebullitio in humoribus putrescentibus facta à calore extraneo generata, qua fit superaccensio, & ignitio in corpore humano, quæ cum communicatur cordi, ita ut operationes lædatur; febrem putridam causat. nunquid ex putrefactione aliarum humiditatum, ut chyli, & huiusmodi, febris putrida generari habeat; dicetur suo loco. & tu considera.

DE CAUSIS autem eius consequenter agendum; ut inde clarior habeatur doctrina, & incipiendum est per ordinem: ut supra, à causis primitiuis: & primò ab aere propter illud, quod dicebatur in definitione putredinis generaliter sumptæ. & hæc est, quæ ambientis. Aer enim duobus modis potest esse causa putredinis: uno modo quia in substantia recipit putrefactionem, & putrefactus putrefacit; sicut est aer pestilentialis, & locorum, in quibus fiunt infusiones lini, canabis, aut aspalthi: item & aer lacunarum, uallium, & aquarum stantium, de quibus infra ad plenum specialiter in causa de pestilentia. secundo modo ratione suarum qualitatum excedentium; ut intensio caliditatis, aut frigiditatis, quæ frigiditas est causa secundum plurimum, ut febris putrida generetur propter prohibitam transpirationem ad clausuram pororum sequentem ab ipsa frigiditate secundum plurimum factam. & dicitur, secundum plurimum; quia etiam à caliditate extrinseca potest fieri febris putrida, ut patet. sed, quia hoc rarissimè contingit, & quasi frequenter fit à frigiditate; ideo authores frigiditatem in hoc magis nominarunt subicientes caliditatem. item à cibo putrefacto potest putrida fieri: & de his infra clarius. cibus etiam est causa putredinis. propter quod scito, quod cibi, qui sunt nimis humidi, & subtilis substantiæ, & uelociter ex stomacho egredientes, sunt facilliter corruptibiles, & causa putredinis; ut sunt citrulli, cucumeres, cerasa, pruna, melones, caro pinguis, uua, ficus, mora celsi, persica, pinguedo, cerebrum, medulla spinalis: item & illi, qui facillimè habent substantiam; ut lac: item qui malam habent substantiam; ut pisces, qui incipiunt corrumpi, & tubera: similiter qui sunt nutrimenti aquosi, unde & sanguis generatur aquosus malus; ut fructus immaturi humidi. & dixit Auicena. Huius generis sunt fructus tardi humidi ualde. & expone, qui tardant suum euentum, ut sunt horarii: uel tardè digeruntur propter suam uehementem humiditatem. secunda causa principalis est cibi ipsius præparatio, seu ciborum mixtio; ut sunt oua dura, mel cum lacte mixtum, & huiusmodi. tertia sumitur ex parte horum, ut cum ponitur cibus supra cibum indigestum. quarta ex parte ordinis, ut cum præponitur, quod postponi deberet, aut contra. quinta ex parte abhominatiois cibi ad naturam, cum abhorret; non regit, & putrefit. & ideo nota contra austeros medicos, qui nolunt ægris complacere; sed semper displicere, ut supra.

Potus similiter aquarum stantium, & putridarum, & grossarum, quæ oppilationem inducunt, potest esse causa putrefactionis: item & uinum putridum oppilatiuum nimis excedentis caliditatis per modum, qui dictus est de ephemera: motus etiam inordinatè factus, ut supra cibum immediate in non consueto ad solem, aut in loco frigido ualde: item superflua quies: item somnus superfluus, repletio multa, & malorum ciborum specialiter: item mala animi accidentia, ut supra de ephemeris: & breuiter quæ faciunt ephemera, cum excedunt, apta sunt facere putridam.

De causa autem antecedenti, & corporali dicendum, quod multitudo humorum sua grossitas, & uiscositate oppilationem facientium est causa putredinis: nam ad ipsam oppilationem sequitur indebita euentatio: propter quod accidit putrefactio. unde scito, quod prohibita transpiratio est causa quasi semper putrefactionis humorum. & de hoc est quæ ratio magna. & tu tene conclusionem, ut positum est, ad debi-

A tam totius, & humorum refrigerationem, siue euentationem requiruntur exspiratio, & inspiratio aeris, & fumorum capinosorum iam uirtuti disproportionatorum expulsio. cum itaque accidit oppilatio ex causa antecedente iam dicta; fit indebita euentatio. unde caliditas extranea in humoribus accenditur; eo quod calore eorum non euentatus exacuit, & extraneatur. & sic fit inconueniens instrumentum, ut uirtus debitam seruet habitudinem calidi ad suum humidum: unde sequitur putrefactio, ut dictum est supra: consimiliter & etiam uapores capinosi ab humoribus eleuati per totum uolitantes sic extraneati humoribus occurrentes ipsos extraneant, & in ebullitionem mouent. & sic accidit, ut calor naturalis extraneetur. quare humidum suum cum sicco regulare non ualeat: & sic fit unius ab alio discontinuatio, ut in uino, quod acescit, est uidere. quare &c. ex quibus collige, quo modo ex tali prohibita transpiratione mala inducitur complexio, ad quam sequitur in digestio, & malorum humorum, & crudorum generatio non gubernatorum à regimine nature, unde putrefiunt. & ad intelligentiam maiorem hic quero, quare cum hi uapores &c. cur non omnes humores ponunt in ebullitione, & cur non prius choleram, cum sit magis apta, & sic quasi semper omnes febres deberent esse cholericæ. dicendum pro nunc, quod hoc accidit ex indispositione humoris: nam aliquis humor, qui est aptus magis alio recipere putredinem aut propter suam quantitatem superabundantem, aut propter malam qualitatem, aut malam substantiam, aut aliter quomodolibet est factus nature inimicus: & sic ab ea derelinquitur. quare ab his duabus causis citius putrefit de alio, uel aliis gubernationem, ac sollicitudinem habens. unde scito, quod natura diligit sanguinem, ut filium: & ideo in ipso stat cura eius quasi tota. quare sustinet, ut sanguis crescat ad quantitatem tantam, ut possit accendere febrem absque putredine, quod de aliis non facit humoribus. ita quod alii humores febrem non faciunt absque putredine eorum, ut secundo de differentiis febrium secundo capitulo.

Causa autem coniuncta est caliditas extranea in humore ipso ebulliente, & extraneato existens. ex quibus omnibus primò clarè apparuerunt causæ ipsius putredinis, uel putrefactionis, & maximè tales positiuæ: nam natura dicitur etiam causa huius per priuationem; ut cum quid putrefit propter ipsum esse à regimine nature derelictum. patet secundo, & aperte multum, quomodo febris ipsa putrida generari habeat. iuxta quæ de ea talis ponat descriptio: & hoc, si prius enarrauero modum Giliberti de ipsis causis putredinis mihi placiti: ponit. n. causas quatuor, loquor semper medicinaliter. Prima est multitudo, & superabundantia humorum, quos natura mouet, ut corrigat, & rectificet. quam cum ipsa corrigere, & refrenare non possit; uirtus succumbit, & deficit à rectificatione propria, & accidentalem calorem sic accendunt, ut patet in fimo. secunda est materie grossitudo, quæ natura non potest subtiliare. unde impeditur in depuratione eius: quare stans sic corrumpitur, & putrescit. tertia est uiscositas, in quâ natura non potest agere motu diuisionis, & sequestrationis; sed in se conculcatus humor, cum in eum calor naturalis non penetrat, putrescit. quarta est pororum constrictio, & fumorum retentio, qui conculcati redeunt super humorem, & acquiruntur in eis calor accidentalis proprio sublato calore.

FEBRIS putrida est febris à uapore putrido, siue putrida fuligine immediate, & non per se causata. cuius causa per se est humor putridus, à quo & ipse uapor putridus eleuatur: non à uapore putrido sumitur essentia febris, neque eius differentia essentialis: sed benè ab ipso humore. unde fit februm putridarum distinctio ab ipsis humoribus dicendo. februm putridarum alia cholerica, alia phlegmatica &c. similiter & actus curatiuus ab ipso sumitur humore, & non à uapore: uapor tamen est causa immediata, & coniuncta febris instrumentalis. & non per se: humor autem putridus est causa coniuncta per se, sed non immediata, quicquid tamen facit uapor, facit ab humore, à quo eleuatur. item dici potest, quod causa coniuncta materialis est humor: efficiens autem est uapor. quidam imaginantur, quod si in corde sit humor putridus contangens substantiam cordis immediate, absque putrida fuligine potest febris

fic putrida causari: & tu considera. quos, si sequi cupis, addas in descriptione secundum plurimum, & rarissime in paucioribus immediate causata: & tu considera: non. n. uidetur quod in tali loco sit humor putrescens ex actione caloris in ipsum absque eleuatione uaporis; & si est ad breuissimum spacium. & putredo cholerae facit tertianam: putredo sanguinis continuam: phlegmatis quotidianam, & quae currunt cursu eius: & melancholice quartanam, & quae currunt cursu eius. locus sanguinis ad intra uenas; aliorum uero extra: & ideo, cum sanguis putrescit, facit continuam, & reliqui humores secundum plurimum interpolatas. & de causa continuitatis, & interpolationis dicitur statim tam continuam, quam interpolatam ponendo de descriptiones. sed hic scito propter illud, quod supra dicebatur de alijs humiditatibus ab humoribus, nunquid possint facere febres; dicendum, quod sic, & sunt reducibiles, ut uerbi gratia, febris putrida causata a putredine primae humiditatis de secundo cum a sanguine non multum distet ad sanguinem reducitur. similiter, si putrescit chylus; reducitur ad phlegmaticam, cum chylus phlegmati multum assimiletur: & ita consimiliter de alijs; quamuis aliqui uoluerint contrarium dicere, quod humiditates secundae cum sint coagulatae, & in porositatibus membrorum constrictae; non possunt recipere motum, ut ad ebullitionem ueniant. considera: quia bene possunt inconuenientes factae ad extra illa loca pelli a natura, quae de eis curam non habebit, & sic putrescent. describitur itaque sic. Febris continua est febris humoralis sanguinea, quae nullo temporis spacio sine afflictione permanet; sed absque rigore, sudore, & paroxysmorum manifesta declinatione patientem continue affligit. cuius materia in uasis, quae sunt uenarum, & arteriarum, secundum plurimum continetur, dicitur humoralis, quam non omnis talis est putrida; sed bene humoralis, ut de synocho dictum est, & dicitur etiam ad differentiam ephemeram, quae non debet dici continua. diciturque nullo &c. quam de ratione intrinseca eius est continue affligere sicut interpolatae interponere tempus: nam, sicut alijs humoribus a sanguine inest per intrinsecam earum naturam habere periodos, ut cholerae de tertio in tertium, phlegmati de die in diem, melancholice de quarto in quartum, ut supra & infra dicitur; ita sanguini inest continue affligere: nam inter extrema illa est inuenire medium, quod est continuus motus, qui sanguini inest per propriam eius naturam &c. unde dicendum secundum istam uiam, quod sanguini non est periodus; sed continuus motus cum est extraneus. unde, cum sit thesaurus uitae, & a natura maxime dilectus; non quiescit natura in mouendo, & agitando eum, ut ipsum rectificet, & ipsum sic conseruet: quam sollicitudinem de alijs non habet humoribus. considera; quia ratio est rhetorica, & opinio probabilis. dicitur cuius materia; quoniam ita contingit secundum plurimum, & raro reperitur contrarium. nam non inconuenit aliquam materiam intra uasa contentam facere interpolatam propter paucitatem eius: ita quod interponet tempus, donec reaggreget tantam quantitatem, quae sufficiat de nouo febrem causare. ita non inconuenit materiam ad extra uasa existentem aliam a sanguine in loco. scilicet propinquo cordi facere cor continue febrile; sed non erit uera continua. quod, si esset sanguis extra uenam fusus putridus remanens sub forma sanguinis sufficiens facere febrem continue; tunc dicerem illam esse continuam. ceterum tamen, & non ita strictum, & proprie accipitur hic terminus febris continua, imo conceditur, quod etiam ab alio humore, quam a sanguine causari potest continua. & ponitur distinctio, quod continuarum quaedam est continua proportionabilis, quaedam non proportionabilis, ut statim infra. quod, si illum modum loquendi sequi cupis, a descriptione data abiice illum terminum sanguinea. considera. sed ista, ut dictum est, raro eueniunt: & ideo auctores loquentes de his, quae ut plurimum eueniunt, distinxerunt inter continuam, & interpolatam per esse ad intra, & ad extra uenas. & ex his habes, quid sit interpolata: est enim febris putrida, quae tempore spacio stat sine afflictione, & patientem affligit cum rigore, sudore; sine tamen manifesta paroxysmorum declinatione. cuius materia ut plurimum ad extra uasa continetur. unde Gal. 9. thera. & Raf. 17. continetis differt continua ab interpolata in tribus. scilicet in rigore, sudore, & manifesta paroxysmorum declinatione. et iuxta

Febris continua.

Febris interpolata.

E hoc scito, quod ex continuis quaedam sunt non uerae continuae; & sunt quoniam patiens stat continue febrilis non ex causa una sibi continua; sed ex pluribus, & una mouetur ad putredinem, antequam alia finiatur, ut in febribus subintrantibus quae reperitur. continuae uerae sunt iam descriptae. item earum quaedam seruant materiam ad unicam expulsionem: & tales sunt breues in una septimana finientes, & ante quaedam, quae ad plures criticas expulsiones suam materiam reseruant, & istae sunt longae: & tales apud nos ceterum eueniunt aut errore infirmorum, aut medicorum, qui non cognoscentes febrilem prolongant, quod quotidie accidit multitudine agrotantium. item continuarum quaedam dicuntur continue proportionales, quaedam non proportionales. continue proportionales sunt continue habentes in suo motu excrecentiam secundum ipsius humoris propriam naturam; in determinata tamen quantitate, qualitate, & loco. unde sic reperiuntur ceterum continue proportionales de cholera: & haec habent de tertio in tertium secundum naturam humoris excrecentiam. unde hic, ut in principio Getilem secutus teneo, quod humor cholericus de tertio in tertium, phlegmaticus omni die, melancholicus de quarto in quartum mouetur ex proprietate ipsius materiae in relatione ad calidum naturale: quae proprietas sequitur naturam horum humorum cum determinata quantitate, qualitate, & loco. non proportionalis uero, quae non habet excrecentiam saltem manifestam, quae scilicet apparenter, & uniformiter affligit ab authoribus nostris conclusa notata. & ista est a sanguine ut plurimum. sanguis autem sub forma sanguinis remanens non facit excrecentiam; sed cum ad naturam alterius humoris transcendit; potest facere, & ceterum facit ipsam continuam proportionalem de cholera, quia eius subtile facilius in choleram transit. & sicut reperitur continua proportionalis de cholera; ita & de melancholia, & phlegmate: fit frequentius tamen de cholera, & phlegmate: raro autem de melancholia, & imo Aui. de quartana. Plurimum quartana est periodica: nam melancholia est humor multum uirtuti & uitae contrarius & disproportionatus. & ideo natura non tolerans eius putredinem magno impetu mouetur ad ipsum expellendum, antequam putrescat. est etiam humor de difficili putrescibilis. ex quo inferitur, quod timendae sunt multum quartanae continuae. de quibus loquendo, & de conclusis scito, quod uera, & proprie conclusa est definitio conclusa uerae febris intensi caloris, quae uniformiter, & continue corpus affligit secundum naturam humoris propriam, non secundum numerum aliquem dierum, cuius materia secundum plurimum in locis cordi propinquis, quae sunt aut uena, quae est ab hepate ad cor: uel a corde ad pulmonem reperitur: & haec est de sanguine solo. unde sic uere est conclusa; quia sua tempora sunt ita clausa, ut eorum distinctio non percipiatur. & dicitur secundum plurimum; quia etiam a materia in toto sparsa potest conclusa fieri, ut infra de febre sanguinis. & prima febris non habet actu, neque potentia excrecentias. & sequendo hanc descriptionem ab alijs humoribus conclusa uere, & proprie fieri non potest. quae & si ab authoribus ipsam a cholera fieri posse dicatur; non uera erit. unde causon dicitur conclusa, maxime quando est in uenis propinquis dictis. unde scito, quod post sanguinem in locis dictis propinquis. scilicet cordi magis reperitur de cholera propter sanguinem nutriturum pulmonem. & ideo ibi post sanguinem cum putrescet, conclusam faciet habentem excrecentias actu, uel potentia: deinde potest ex phlegmate falso fieri ibi putrescente: deinde ex phlegmate dulci: phlegma. n. in illis locis potest multiplicari. ex melancholia autem raro accidit, cum non sit apta multiplicari in locis illis, & ibidem putrescere propter horribilitatem, & inimicitiam eius ad uitam. & conclusa de sanguine non putrescente dicitur conclusa inflatiua, quae uero a sanguine putrescente non inflatiua dicitur. horum species sunt tres: epacmastica, quae semper uniformiter auget: paracmastica, quae continue uniformiter minuit: homotena, quae semper uniformiter stat, de quibus omnibus infra. Postremo scito, quod si reperiretur, & de facto aliquando reperitur febris continua ex cholera quae adurit in loco cordi propinquo, conclusa dicta, fortis incedit, & corpus consumit; illa notatur ab Aui. & ab authoribus febris ardua: & haec secundum plurimum est mortalis, & paruo tempore

Continua proportionales.

Continua conclusa.

pore durans, quin in putridam transeat. quare diu stare non potest talis humor, quin à regimine uirtutis nō derelinquatur: & hoc raro reperitur. & scito, quod quatuor sunt causæ diuersitatis inuasionis paroxysmorum: prima est à materia ipsa sumpta ex parte suæ multitudinis, paucitatis, grossitiei, aut tenuitatis: secunda ex parte transitus materię in aliam diuersæ speciei, ut cum febris ex cholericâ fit melâcholica: tertia debilitas uirtutis: quarta est nimia uirtutis sensibilitas, siue membri. unde has benè considera; quia tibi utiles erunt in practica, quas ex dictis in cap. secundo de signis declaratas relinquimus.

De signis putridæ interpolatæ, & continuæ in generali, & modo inuestigandam &c. Rub. 2.

CVM actum sit de causis putridæ febris; consequens duxi esse dicendum de signis eius: cum secundum ordinem conceptum post determinationem de causis, de signis agendum sit. & licet suprâ cap. 2. satis de ipsis signis putridæ dictum sit, ut ita meo iudicio sufficere posset: tamen, ut satisfaciam in parte ipsi rubricæ, aliqua prædictis addam. & ex ipsis sunt nigredo linguæ, dolor capitis, inquietudo, agitatio ex pugna uirtutis in materiam, & contrâ: angustia, & maximè quando febris est acuta, & ex proprietatibus eius est, ut suprâ diuersitas in principio & in augmento & est de significationibus fortioribus eius. Auicē. & ex his, quæ statim ponentur in modo inuestigandi, multa habebis huic proposito satisfaciencia. Cumq; in notitiam febrium putridarum peruenire uolueris; primò considera res naturales ex parte aeris, & regionis: primò quoniã aer calidus, & siccus, ut æstiuus ad tertianas præparat: & autumnus ad ægrotudines acutissimas, & mortíferas. & ita de aliis, ut suprâ cap. 2. in aphorif. & tu ibi. itē ex parte ætatis; ut quia, si senex est; non incurrit febrem acutam nisi raro: complexio nemq; &c. sic suo modo comprehendas, de quibus plenè alleg. cap. nam si ipsa talia in mente tua reuoluas; accipies sic primò iudicium aliquale existimatiuum, & bonum de esse ipsius febris. secundò te transferas ad res non naturales: ut primò inuestiga, qualis fuit diætâ, siue regimen præteritum ab eo in his habitum ex parte qualitatum aeris primarum, & occultarum; ut si in aere fuerit corrupto pestifero, & huiusmodi: item ex parte cibi, & potus in qualitate, & quantitate eorum ordine, ac hora, & huiusmodi. tu sicq; discurre per alias res nō naturales, qui discursus est tibi faciliter motus ex habitis in. 2. capitulo. deinde ueni ad diuisionē signorum suprâ positam, quam in memoria debes continuè retinere, quæ fuit à substantialiter inherētib; à qualitate mutata, ab exeunte mutato, & ab actione læsa sumpta. unde primò considera, si illic in tactu est mordicatiuo: nam in omni putrida reperitur; sed maior in ea, quæ est ex cholera, & sanguine: & minor, quæ est ex phlegmate, & melancholia, ut suprâ. 2. cap. deinde transeas ad qualitatem mutatam; ut uerbi gratia, color faciei plumbeus, & ex uiriditate, & albedine significat super frigiditatem humorum, & paucitatem caloris innati: item tornatilitas, ut qualitas pro nunc dicatur tenuitas nasi, & huiusmodi uehementiam significant caliditatis, aut subtilitatis humorum, ac ipsorum uelocem resolutionem, & ita de aliis, ut suprâ. 2. cap. ab exeuntibus mutatis, ut ab urina, egestionibus, sudore, sputo, & huiusmodi, ut. 2. ca. quæ omnia sic raptim pertranso gratia breuitatis, cum allegato cap. aperta sint. ab actione læsa, ut primò à pulsu; quia mutatus: ab anhelitu, à rigore, frigore, horripilatione, & quod fit ex mordicatione caliditatis, dignius est, ut proportionetur ad horripilationem, quàm ad frigus Auic. ex siti, dolore capitis, alienatione, inquietudine, uigiliis, & ita de aliis signis dicendis in propriis capitulis secundum hunc ordinem ponentur. ita q; ista, & illa memoriæ commēda, & adinuicem complica. & sic habebis primò, q; febris erit putrida: secundò, quod erit tertiana, quartana, aut hmōi & ad ista studium adhibeas, & talia maximè consueuerunt apparere in interpolatis, & non in continuis.

PROPTER QVOD nota signa cōtinuæ sunt ab actione læsa, diuersitas pulsus maior, quàm in interpolata aliis pari-

A bus; quia ex ea magis læduntur cor, & arteriæ propter continuam afflictionem. cum ergo comprehendis diuersitatem in pulsu, & illa non fuerit propter aliquam causam primitiuam, neque propter aliquod aliud accidens, neque ex motu materię paroxysmi; tunc iudica illam continuam maximè, quando est continuè affligens, ut suprâ de ea. unde in continuis pulsus plus distat à pulsu suimet sani, quàm in interpolatis. item continua nō eradicatur post. 24. horas, ut ceteræ interpolatæ: & hoc est uerum, ut in pluribus: quoniam aliquæ reperiuntur tertianæ nothæ, quæ durant etiam plus. 24. horis, de quibus suo loco. item in febribus continuis non antecedit rigor, & horror, ut dictum est, neque frigus notabile: sed aliquando remissum ualde in extremis. item non finitur cum sudore, uomitu, secessu, & huiusmodi, & hoc ut plurimum: nam aliquando in continua apparet rigor fortis, & sudor: ut quâdo materia uia crisis expellitur ad extra uenas supra membra sensibilia, ut in causone quandoq; de quo in aphorif. item in continua cum accidit sudor; completè eradicatur materia eius: sed in interpolatis sudor minuit, & non eradicat. considera. item in continuis calor eius quasi si continuè æqualis perseuerat. & dicitur quasi; quia in augmento diuersificatur: quoniam aliquâdo augetur, quandoque diminuitur propter uehementiorem pugnam uirtutis contra materiam: propterea quia est in locis magis nobilibus, & aliis paribus plus eam aggrauans. considera. continua uerò proportionalis cognoscitur ex continuitate eius cū obseruatione ordinata motus humoris fm propriâ eius naturam attenda quâtitate, & loco, ut suprâ de ea. & tu ibi.

De canonibus generalibus attendendis in cura febrium putridarum. Rub. 3.

CANONES obseruandi in cura putridarum febrium in præsentiarum sic distinguantur: nam eorum quidam res respiciunt non naturales, quidam res præternaturam, causam scilicet, morbum, & accidentia, de quibus omnibus suo ordine dicendum.

PRI-MVS, quod in cura earum est aeris cōstitutio, & eius dispositio multum attendenda: propter quod calidus aer, & similiter frigidus ad materię digestionem suis qualitatibus iuuant, & maximè faciunt ad ægrotudinum prolongationem, & breuitatem iuxta illud senis. Aestas ægrotudines abbreviat: hyems uerò prolongat, & non raro ad earum curam. unde quarta primi. 1. capitulo. Et ex eis, quæ huic modo medicationis sunt propinqua, est mutatio de terra ad terram, & de aere ad aerem. unde uidemus, quod sæpe curantur ex sola mutatione aeris. & est unum ex refugiis medicorum, cum se deonerare uolunt de infirmo, quem multo tempore in manibus tenuerunt, Facite eum mutare aerem. item uidemus, quod, si quis percussus fuerit in capite in aere subtili, & se transferat ad aerem grossum; citius, ac melius sanatur. & è conuerso, si in tibijs: facit nãque aer grossus ad oppilationes causandas, & subtilis ad siccitatem declinans ad deoppilandum. & ut dictum est, putrida ex oppilatione ut plurimum contingit. & quia in unoquoque particulari ea de ipso, ac rectificatione eius artificiali si necessaria fuerit, amplè dicetur; hinc ab eius particulariori doctrina supersedeo.

SE-CVNDVS, quod cibi eligantur dispositioni contrarij, ut ipsa dispositio exigit, quæ dispositio est quandoque debilitas uirtutis, quandoque materia, quandoque utrumque simul. unde una ex his aliquando est altera fortior, quandoque sunt æquales. & in isto oportet, ut obserues rem magis timorofam, Auicē. altera non neglecta. quod si potes omnibus simul seruire; nihil melius, ut infrâ de euacuatione, & digestionem. ubi de comparatione ipsius uirtutis ad morbum dicetur amplè. unde, cum uirtus est; da cibos restaurantes, & debilitati omnino contrarios, ut suprâ de diætis. quod si materia fuerit calida; da infrigidantia: si frigida; calefacientia: si grossa; subtiliantia: si uiscosa; incidentia, ut de digestiuis proportionabiliter dicetur infrâ: de quibus cibis suprâ tertio cap. & sequēdo ad cibos dicendum.

De pane primò, Competit factus ex simila frumenti: nã

Cano. Sauo.

C 2 ut

ut supra, temperatus est. quod si dicatur, quod sit oppilatiuus inflatiuus &c. dicendum; quod azymus est huiusmodi, & quod bene coctus, fermentatus &c. ut decet, debite salit⁹ & hmoi, sua remouet nocumenta. quod, si pur eius oppilationem timueris; panem fac cum aqua decoctionis foen. aut anisi, & maxime in ægitudinibus frigidis, & simili modo cum frigidis, in ægitudinibus calidis. considera.

De ptisana autem hordeacea, de qua tantum scriptum est ab authoribus nostris, dicatur primo, quod ptisana est cibus medicinalis, seu medicina cibalis ex hordeo, & aqua constructa ad perfectionem decocta. Concil. differentia. 169. quæ sic, ut supra, in usum cibi apud nos non uenit: sed bene facta ex farina, & aqua, cum iuscula à nobis nominatur. unde ipsa maxime, & principaliter in putridis ex materia calida conuenit, & suis accidentibus; ut siti, dolori capitis, difficultati anhelitus, & huiusmodi: etiã in alijs ex causa calida quia calorem remittit præter naturam, & accidentibus eius obuiatur. causã uideatur nocere antecedenti; sed etiam ad ipsam ualet abluendo, & abstergendo: sed causã coniuictã ualet eius putridam remittendo caliditatem. ita quod est iuuamentum multò plus, quàm nocumentum. & tu considera de ipsa, quando fit cum brodio pulli &c. & non præteribo hoc ferculum ex Conciliatore sumptum allegato loco, & est factum ex lacte amygd. i. ex aqua expressione mundatarum bene pistatarum: farina hordei, zuc. addendo semina papaueris albi, cum aderit uigiliarum instantia, quo ferculo iam uti incepi. ad plura fercula me non extendo; quoniã de ipsis in. 3. ca. ubi habes simplicia, & composita graduata cum suis iuuamentis, & nocumētis: & tu ex te habes modum componendi. solum restat dicere de ouis, fructibus, piscibus, carnibus, uino, & aqua, de quibus aliqualis diuersitas reperitur inter authores, & communiter practicanes.

Oua. Expediendò de ouis primò prima conclusio, quòd oua directè non competunt in febribus: primò, quia sunt inflammationi parata, cum sint unctiosa, & corruptioni pp diuersitatem suarum partiũ, ut de lacte, & apta augere febrẽ, secundò febricitantes sunt corpora non pura, quæ quantò magis nutriuntur, tantò magis læduntur. ideò cum oua maxime nutriant; sequitur &c. secunda, quòd gratia humectationis conueniunt tenera forbilia, unde de cura tertianæ. Auicem. quando est intentio humectatio, datur uitella quorum: similiterq; conceduntur in quartana. & Gal. ad Glauconem exhibet in causone, & tertianis oua. tertia, quòd debili existente uirtute conueniunt, ac dari debent, maxime si infirmus ea non abhorret. patet: quoniam indicatio sumpta à uirtute omnes alias obtenebrat, ut supra tertio ca. unde, cum prosternitur uirtus; ilico succurrendum, quòd maxime, & cito fit cum ouis, cum sint multi nutrimenti, & quasi nullius superfluitatis. quarta, quòd in declinatione febris, quando intentio est humectare; concedi possunt: quoniam tunc corpus indiget humectatione, & iam feruor febris remissus est. & ad hanc intentionem dabit Auicem. unde subdit, sicut datur eis in fine. & credo, quòd, si dabitur albumen cum uitello bene mixtum; conuenientius erit: quoniam sic declinabit ad frigidum, & humidum; & contrariabitur calori præter naturam. unde existimo, quòd secundum hanc intentionem maxime competunt in hectica & propter uirtutem, & propter humectationem. & in summa gratia debilitatis uirtutis magis conceduntur, quàm alia ex causa. unde Gentilis uidetur laudare oua ipsa forbilia tenera, & nõ dura in febribus maxime uirtute existente debili, & non aliter. albumen. autem est malè digestibile; & ideò ab authoribus laudantur uitella absq; albumine, & multi sic spernunt albumen considera. quidam non exhibent ea nisi superueniente syncope. & certè consuetudo, ut supra, est multum attendenda. unde toto tempore oportet ea dare. quinta conclusio. in febribus pestilentialibus competunt uitella ouorum propter cordis confortationem, cum maxime in ea lædatur ac propter uirtutis restorationem, quæ maxime prosternitur. hæc conclusio est Concil. allegata differentia. Et oua, quæ administrantur in febribus, debent esse tenera forbilia, & non dura; ut Gal. allegato loco.

Fructus. De fructibus uerò prima conclusio, quòd fructus humidi maturi in febribus non conueniunt: similiter nec frigidi

E humidi crudi corruptioni apti, de quibus supra. 7. ca. & has duas conclusiones dicunt uoluisse Auicem. prima quarti de cura putridarum in generali, cum inquit. Et omnes fructus nocent febricitanti cum ebullitione sua, & corruptione sua in stomacho. unde lib. 2. cap. proprio de pomis sub areola Febres. quandoque generantur ab illis, quæ sunt immatura febres plurimæ proprietate sui humoris. & in eodem sub areola Proprietatis. Et acetosa, & immatura generant phlegma, & putredines, & febres proprietate sui humoris. secunda conclusio. Fructus humidi, qui sunt sua humiditate apti corrumpi per eorum assationem primò in prunis, & decoctionem eorum completam sub cineribus factam, secundò multum elongantur ab eorum ebullitione, & corruptione in stomacho propter superfluã humiditatem eorum aquosam sic esse consumptam in assatione, & decoctione. Ex qua conclusione infertur, quòd poma dulcia, & saporosa bene matura, & cocta, & similiter pyra laudata cocta, attento magno appetitu ad ea in febribus etiam putridis dari poterunt. patet conclusio: nam prius per decoctionem

F remittitur illa aptitudo ad corruptionem. secundò propter fortem inclinationem appetitus ad ea stomachus ipsa amplectitur auidè, & ipsa bene digerit, & eius malitiam sic magna sui ex parte corrigit. unde cum frigida sint & humida; calorem remittunt præternaturam. quare &c. quòd, si dicatur conclusionem habere ueritatem in acutis, & calidis febribus, nõ in alijs, quia frigidis; dicendum, quòd licet ratione causæ non uideantur competere; tamen remittendo calorem præternaturam etiam confortando uirtutem ex auidè eorum acceptione maius sequitur iuuamentum nocumētum. & tu hanc conclusionem bene considera; quoniam ea probabiliter posui. præterea cum eis commisceantur aut coriã drum confectum in causa calida, aut anisum in causa frigida, & huiusmodi: & sic modera, ut uidebitur. tertia conclusio. In febribus immaterialibus, ut hecticis, ephemeris, securius dari possunt fructus; ut poma, pyra, melon, & huiusmodi. quarta conclusio. In putridis fortis inflammationis dari possunt melon, & huiusmodi fructus. conclusio est Alia batis. 3. practicæ in principio, & die accessions tertianæ datur ea. & idem Auer. 7. colliget quinta. Si alijs possumus inflammationi febris occurrere; est prælegendum. conclusio est Gentilis. & quia de pomis est facta mentio; ideò de eis audi Rabi Moysen autoritate Zoar. 2. aphori. humidæ diarræ &c. inquit Malum sui odore corroborat cor, & cerebrũ. & eius odor est utilis phthificis, & melancholicis. sed cibatio eius est peior omni cibatione fructuũ; quia sui proprietate generat uentositatem in neruo, in lacerto, quæ non dissoluitur nisi cum difficultate. & tu de crudis hoc intellige. pro seruanda secunda conclusione. melioratur autem poma ex decoctione eorum in pasta. ultima conclusio pro nũc est talis. In febribus incensiuis olera, & fructus; ut poma, pyra, melon, & hmoi, concedi possunt. & hanc conclusionem uoluerunt Ser. in de feb. causonis, & Isaac, & Ras. & Constantinus. conclusio persuadet: nã ipsa, ut pruna, mala granata, uua acerba, & cerasa, & medulla cucumeris, & hmoi infrigidat stomachũ supercalefactũ; & calorem remittunt præternaturale, arsurã, & combustionem, uentrẽ soluit, & urinã prouocant: vñ hæc iuuamēta præualent nocumētis. & nota, quod cum his debes addere corrigēs nocumētũ ex zuccharo, foeniculo, coriãdro, & hmoi. pyra dari debent post cibũ; ut fumositates ad caput euntes reprimant, & per ipsa os stomachi confortent. tu tamen in his te modera ex parte quantitatis præcipue.

G De piscibus dicendũ, quod ubi quicquid competit ptisana, competunt, & pisces; licet nõ sint ita bonus cibus: debet. n. euiscerari, et lauari cũ aqua, & aceto, & in eis dimittatur per horas; ut uiscositas ab eis remoueat. deinde assent. & si cum foeniculo, & aceto dabunt; melius. & est snia Ioannicii, & Gal. 1. regiminis acutorum cõ. & ratio, quoniam leues sunt ad digerendum, frigida, & humida complexionis; & per præparaturam remouentur nocumenta uiscositatis, & corruptionis eorum. considera.

H De carnibus dicendum, quòd in febribus incensiuis per acutis, & perperacutis, & acutis prohibetur ab antiquis exhibitio carnium: nam timebant earum inflammationem, & febris augmentum. quòd, si contingebat debilitas uirtutis

tutis aut ex euacuatione, aut ex phlebotomia, aut ex aliquo alio, ut in syncopi: tunc carnes dabant frigidas, siue temperatas; alteratas tamen cum lactuca, cucurbita, & huiusmodi frigidis: in alijs autem febribus maximè phlegmaticis, melancholicis, & huiusmodi benè concedebant. moderni autem dant statim in principio in omnibus febribus carnes alteratas tamen & propter consuetudinem, & hominum in gluiem, item, quia etiam uidetur naturam esse defectam ab eo, quod prius erat, ut differentia. 9. imo statim cum masticare non possunt; dant contusum carnis. in his autem non possum ponere tibi certam regulam, sed oportet te moderare secundum usum patriæ, infirmorum, & huiusmodi. tu itaq; stude in alteratione earum maiori, aut minori s'm, quòd exigit febris intensio maior, aut minor. de ipsis autem carnis, & piscibus supra. 3. cap. considera.

Vinum. De uino dicendum, ut supra de diætis, & cap. de signis febrium putridarum, ut sit tibi canon aureus. quòd, quòdo interrogaris de aliqua re, an conferat, an noceat; debes immediate te reducere ad res naturales, non naturales, & præter naturam. ex quibus principaliter casus medicinalis constituitur, ut in principio tracta. practica nostræ ostendimus: & per illas discurre, & indicationes tuas accipere: & illius rei iuuamenta, & nocumenta intelligere, & ipsa omnia adinuicem comparare. & sic faciliter iudicium depones sciētificum, quòd à principio fuit tibi difficile: ut uerbi gratia de uino. Dicamus itaque sic res à quibus sumitur iudicatio de uini exhibitione, inuitando à rebus naturalibus primò sunt duæ, à quibus principaliter sumitur iudicatio; & si septem sint numero, uirtus. s. & complexio: his autem annexa, à quibus &c. à rebus non naturalibus; ut ab aere, cibo, motibus corporeis, & animi accidentibus. à rebus præter naturam; quia à morbo, causa morbi, & ab accidentibus. & concludendo ponam tres conclusiones breues, quas pro canonibus tene. Prima complexione calidis, ætate iuuenibus, calido existente aere, ac regione, uirtute fortibus, diætã calida usis, iratis, forti exercitio exercitatis, ægritudine calida, causa calida, furiosis, siue phreneticis, & huiusmodi uinum nullomodo competere uidetur, nisi forte fuerit accidens indicans de sui exhibitione, ut syncopi. de quo infra. Secunda conclusio. oppositis autem liberius concedi potest. Tertia medijs mediocriter &c. & hæc est sententia Conci. differentia. 172. cum quo, & cum Gentili alias ponam conclusiones; quia materia est multum utilis, & in dies occurrens: oportet enim primò uini naturam declarare: secundò eius iuuamenta, ac nocumenta aperire: & tertio conclusiones ponentur particulares, quæ ut canones habere debes. Vinum reperitur in multiplici differentia: nam, licet communiter dicatur ab antiquis nostris quodlibet uinum esse calidum intendentes de aromatico, & uinoso loqui: tamen reperitur apud nos, quia Paduæ, & alibi tale, quod est album, & planense, & modico colore coloratum, austerum, acerbum, & quasi sicut agreste, ex quo percipiunt bibentes manifestè stomachum eorum infrigidari. quòd si non fuerint fortis stomachi; sentiunt se ex potu eius lædi, si cut ab alijs frigidis subtilibus. & tale uinum apud Patanos fit hoc modo. colliguntur unæ, ex quibus debilissima uina sunt, calcanturq; deinde in tina magna, siue in alio uase habente orificium inferius. & sic calcando descendit mustum & illud reponitur in buticella, siue uegete. & permittitur ut bulliat sic absq; racemis suis. & uocatur uinum excolatum. aliud est uinum pauciferum, quod pur calidum est, & modicum calefacit, & tale reperitur album, & rubeum: quòd & gustu percipitur eius uinositas apud expertos, quos consulat medicos, si se non intelligit: & tale potest cum mixtione aquæ remitti in sua caliditate. & hæc ad solatium nota, cum dicitur malè sedet in iuuenem uina cognoscere, addere debes excepto medico. quòd, cum essem cū patre meo Ceramisano, & me iuuenem medicum reprehenderet cum illa communi autoritate; sic eam glosaui. addidi deinde, quòd, cum ipse senex esset, & uinum iam septuaginta annis gustasset, & de eo nullum sciret deponere iudicium; erat sibi magna ignominia, sicut illi, qui quinquaginta annis unam artē fecit, & in fine esset rudior. reperitur tertio uinum potens, corpus manifestè, & potenter calefaciens, ut apud nos mō-

A tana dicta, maluatica, & hmōi, & etiam rubea planesia, & montana. item inter hæc media est multa diuersitas uinorum. ex parte uinositatis, & pauciferitatis in diuersis reperitur patrijs, de quibus omnibus dicere non esset possibile: sed oportet, ut medicus sua prudētia inter illa, cum erit opportunum; discurrat. secundò nota, quòd uinum iuuamentum præstat in succurrēdo uirtuti, & subito, ut. ij. tertij de syncopi, & septimo colliget. & Ga. 2. apho. com. 18. omnium subito, & uelociter nutrientium est uinum. & ij. ther. est de maximè confortantibus uirtutem. est penetrator bonus, & de maximè penetrantibus. prouocat urinam, & sudorem, coagulata dissoluit, & crudos humores digerit. nocumenta. inflammatio, cum est potens: infrigidatio, cum est frigidum: æquas, cum est medium. caput petit maximè uinosum, & ipsum lædit. & ex signis boni cerebri non faciliter lædi à uaporibus uini. Aui. dolorem in eo inducit, ac materias ad ipsum effumando conuertit, & neruis, & neruosis maximè inimicatur faciendo materias crudas ad ipsos penetrare. itē permiscet purum cum impuro, & mouet putredinem in non suo tempore datum propter eius uelocem penetrationem. & hoc nocumentum à paucis consideratur. Prima conclusio. in principio, & in processu febrium putridarum concedi potest uinum debile frigidum dictum. conclusio est Gēttilis, qui dicit etiam in patria sua tale uinum inueniri, ubi potentiora sunt, quàm Paduæ. patet conclusio maximè indicatione sumpta à febre. Secunda, indicatione sumpta à cā: & si tam in calida, quàm in frigida conueniat; directius in calida. patet; quia in calida ualet rōne causæ, & materiæ. Tertia conclusio. non existente uehementia febris competere potest uinum aquæ commixtum, & plus, & minus, ut exigit dispō: est. n. maximè uirtutem confortans, ut supra, & nullū uidetur sic præstare nocumentū. Quarta conclusio. in principio febrium putridarum cholericarum ante digestionē non debet dari uinum uinosum. patet; quia tale inflamaret, & materiam agitaret. & est Aliabbatis. 3. pract. c. de regimine febrium putridarum. Quinta. in fe. cholericã iam digesta materia, & amplius euacuata dari potest uinum aliquatiter calefaciens, uel uinum potēs commixtum multa aqua & in moderata quantitate. & hanc uoluit Auic. patet; quia faciet materiam illam admodum digestam, & paucificatam per poros transpirare, & per uias urinae euacuare. Sexta conclusio. in febribus de materia frigida stante digestionē in ea securè potest dari uinum, quod sit priori uinosius. & hanc uoluit Aui. de cura phlegmaticæ infra. ergo benè clamauerunt authores dicentes, uinum dari digestionē apparente in materia. Septima conclusio. in principio putridarum phlegmaticarum magis securiter dari potest uinum, quàm in principio cholericarum. patet; quia non sic timeat ex eo inflamatio secundò: quia eligitur debilis calor, in quo erit leuis uirtus prouocatiua, aperitiua meatuum, & tale in materia non faciet agitationem; sed quandam suauem calefactionem digerentem materias frigidas, & dilatantē poros. & hæc mensurare habet prudens medicus. Octaua, quæ sumitur à cōsuetudine, q̄ in partibus Italiæ, & alibi ubi sic est consuetum bibere uinum à principio natiuitatis usq; ad finem uitæ, liberius cōcedi potest uinum in febre, quàm alibi, ubi non est sic consuetū. patet cōclusio. ex quo inferit, q̄ non est sic coarctandū uinum apud nos nostris febricitatibus, ut faciunt Arabes, siue Saraceni, qui nō sunt ita uino affueti. & iō præcepta eorum in potu uini non sunt sic strictè obseruanda; ut quidā austeri medici. Nona conclusio. indicatione sumpta à uirtute semp cōpetit uinum, qm̄, ut supra ex eo multū confortatur: & ita de ætate, & alijs ponere poteris cōclusiones per te. stude. Decima conclusio. indicatio accidentis aliqui uincit oēs alias indicationes cōtrarias, ut, cum febre coniūgitur syncopa; datur uinum: mensuratur tñ s'm uehementiam febris, & secundum tpa eius. unde in principio febriū syncopalium de materia frigida datur aquosum 12. ther. q̄ si fuerit ex materia calida; dabitur aquosius. & in casu isto Saraceni, quibus ex lege prohibitum est uinum iubent suis dare infirmis uinum cū bucella panis, ut. 12. de ingenio sanitatis, & septimo colli. Vndecima conclusio. si cū febre coniūgat apostema; uinum saltem potens non v̄r competere: qm̄ materiam concitat, & sui caliditate, & penetra-

tionem subtili materiam ducit ad locum putredinis: & hoc nisi fuerit materia frigida cruda ualde, aut ægritudo fuerit in declinatione; nunquam competit in fortibus doloribus. patet consideranti: nam uinum calidum calefacit, & calefaciendo materiam mouet, subtiliat, & penetrare facit, & ad locum doloris per amplius crescere, & materias crudas secum ducit. & ideo considera, si in dolore renum cõuenit potens, & similiter in colica, & huiusmodi, ut communiter datur. & quoniam de ipso uino multa dicentur particularius in sermonibus fiedis de ipsis febribus in speciali; hic ab ampliori enarratione de eo supersedeo. attende etiam conditiones alias: ut quod non sit nouum; sed ad minus duorum mensium: nouum. n. durum est digestionem, & multos, & grossos generat humores, & oppilatiuum est &c. item in commiscendo uinum cum aqua, ac contra fac illam commixtionem, ut uidebitur saltem per horam ante assumptionem eius.

Aqua frigida.

De aqua frigida dicendum, ut de uino: recipit enim diuersitates plurimas ex parte locorum, substantiarum, motus, & quietis eius, & ita de aliis. sed hic agitur de aqua frigida puteali uel fluuiali, & in relatione ad putridas. secundò uidendum, quæ sunt, quæ nos inuitant ad eam exhibendam, quæ uetant, quæ medio se habent modo: tertio ubi dare oportet, & ubi non. & dicendum primò, quòd indicatione sumpta à rebus naturalibus, quæ calidæ sunt, & caliditati attinent; ut ætas iuuentutis, ars fabrilis, complexio cholericæ, & hmõis; indicant de eius exhibitione: contraria contrarium. similiter à rebus non naturalibus, & à rebus præter naturam; ut à causa morbi, quando est calida, competere uidetur ratione huius: si frigida; contrarium. item à febre, ut febre competit. item ab accidenti ubi sit fitis, inflammatio magna, competit. & hoc ratione horum. contraria contrarium. sed oportet, ut medicus modo æquilibet contraria indicantia cum indicantibus. & hic nota. 8. conditiones ab Auicena. positas prohibentes aquæ frigidæ exhibitionem: prima est debilitas alicuius nobilis membri: secunda mala stomachi complexio frigida, aut hepatis: tertia apostema uiscerum: quarta dolor in eis: quinta paucitas sanguinis corporis, aut ex prolixitate ægritudinis, aut ex ætate, uel aliter quomodolibet: sexta innata debilitas, ut sunt senes, & creati à principio debiles: septima consuetudo bibendi aquam calidam, & non frigidam, ut sunt æthiopes: octaua est extenuatio corporis. potest addi non a humoris grossities, & cruditas. con similitè. 8. attendantur contrariæ ipsius exhibitionem confortantes: prima, quòd materia sit calida subtilis, quæ digeritur ipsa aqua: secunda, quòd materia sit grossa, digesta, fortis inflammationis; ut est cholera grossa, aut sanguis grossus siue ingrossatus: nam, si non esset digesta; non posset natura eam expellere: tertia, quòd corpus sit carnosum; est enim aptum magis resistere: quarta, quòd caliditas naturalis exuberet: quinta, quòd uirtus sit fortis: sexta uiscera sana: septima, quòd eorum interiorum complexio non sit frigida: octaua consuetudo potandi aquam frigidam. Prima conclusio. stantibus his ultimis conditionibus octo, febre existente intensa de materia cholericæ, securè detur aqua frigida, neque est alia melior. patet conclusio, quæ est Auicena. quoniam per ipsam iuuabitur uirtus, ut materiam consumet, & euacuet per sudorem, fluxum urinæ, uomitum, & huiusmodi ita, ut statim sanet. & hanc audiui fuisse practicatam meo tempore: & sic patientem statim fuisse sanatum. & quòd quantitas aquæ bibita fuit circiter lib. ix. uel. x. de qua quantitate scito, quòd, ut Auer. septimo colliget, oportet eam diuersificare secundum diuersitatem inflammationis: nam febres arsiuæ in sui intensione habent latitudinem. & ideo oportet, ut tua prudentia utaris in eius exhibitione. uerum consuetum est in casu conclusionis nostræ dari usque ad tremorem sine uino. Auicena. usque ad uiriditatem coloris. & uoluit exprimere, quòd detur, quantum potare possunt. tu itaque te modera in dando plus, & minus secundum indicationes maiores, aut minores &c. considera. Secunda conclusio. quando omnia non concordant ad eius exhibitionem; debes attendere fortioribus: uerbi gratia, quis febricitante febre intensa ualde cum siti, & huiusmodi, & habet in hepate apostema; tunc dico, quòd, quia ex inflammatione febris timetur corporis arefactio, & tan-

dem mors; melius est exhibere, quàm non, & permittere, quòd apostema aliquantulum augeatur, & materia incrudetur quàm corpus moriatur. Tertia conclusio. ubi occurrunt isti casus; medicus debet studere, quantum potest diuertere in meliorem partem: ut, si cum alio potest succurrere, aut cum minori nocimento; facere debet: ut uerbi gratia, admiscendo syrup. acetosum cum aqua, uel iulep plurimæ commixtionis cum multa quantitate aquæ: isti enim potus calorem extinguunt febrilem, & apostemati non tantum nocent. stat itaque magna pars exhibitionis horum similium in discretionem medici. Quarta conclusio. in febribus arsiuis multæ inflammationis uirtute consentiente, & aliis non multum contradicentibus conditionibus dictis, debet exhiberi magna quantitas aquæ frigidæ in una uice, & non pauca sepe. patet conclusio; quoniam per exhibitionem ipsius in multa quantitate iuuatur natura ad expellendum eradicatiuè subito materiam ipsam per fluxum, sudorem, uiam urinæ, aut per uomitum, ut supra, & extinguitur calor præternaturalis: pauca autem pluries exhibita inflammatur, & ad naturam cholerae conuertitur, ut. 5. colliget penul. cap. & tertio reg. acutorum, ubi Hippocr. dicit ipsam in corporibus cholericis conuerti ad naturam cholerae. & hoc etiam sentit Auicena. prima quarti de cura pestilentia, dum inquit. Aqua plurima frigida subito est iuuatiua: ualde pauca nocet fortasse. excitat caliditatem etiam per antiparitasim. unde in consuetis specialiter, & qui usum rerum frigidarum non timent, securè cum syrupis suis, & cum cibo, & potu commisceri potest. Quinta conclusio. ubi prohibentia sunt potentiora; non licet aquam frigidam exhibere: ut uerbi gratia, ubi sit materia grossa, cruda, uiscosa: nam per eius potum additur in cruditatem, grossitiam, & oppilationem maiorem, ad quam oppilationem sequitur noua putredo: & ex consequenti, cum mouetur noua materia putrida; fit noua febris, & ideo dixit Auicena. Et non prohibeas ei aquam frigidam, nisi fuerit humor, qui est in eo crudus, & grossus: tunc enim prohibet digestionem. ex quibus apparet, quòd in febribus phlegmaticis non uidetur cõuenire potus aquæ frigidæ simplicis; quia non commixta. Sexta conclusio. in casu, in quo aliqua febris sit fortis incendii indicans aquam frigidam dari in quantitate multa, & non pauca propter timorè conuersionis eius in cholera; sed prius oportet uentrem lenire, aut materiam digerere, quàm detur illa quantitas; tunc dari debet aqua frigida, & in pauca quantitate commiscendo eam cum aceto, uel succo limonum, uel aranciorum, uel uino granatorum acetosorum prohibentium eius conuersionem in cholera. Septima conclusio. si illa febris fuerit de cholera grossa; melius erit si dabitur calida. patet intelligenti: ista autem prohibentia, & inuitantia non prohibentia debent à medico, ut supra, bene mensurari. Octaua conclusio. febres, in quibus uidetur competere copiosus potus aquæ frigidæ, sunt febres cholericæ, aut sanguinæ: & rarissimè in phlegmaticis, aut melancholicis exhibetur. unde Hippocr. 3. regiminis acutorum. In aqua nullum bonum inueni, nisi quod in acutis datur morbis. Nona conclusio. in febre sanguinis peccantis sola qualitate per augmentum quantitatis; quia. si non potus aquæ frigidæ; imo quacumque die dabitur prima. si secunda, uel tertia, erit conueniens, ut de ipsa exhibita in fe. arsiua. Decima conclusio. in febre sanguinis putridi ingrossati, & apti incrudari per potum aquæ melius est expectare digestionem. patet; quoniam tunc melior fiet eradicatio non impedita uirtute, neque fiet materia ita rebellis: quoniam per ipsam incrudabitur. Undecima conclusio. in casu, & in febribus istis cholericis de cholera subtili cõuenit potus aquæ frigidæ non expectata digestionem: quia eius exhibitio est materiæ ipsius digestio. patet. Duodecima conclusio. ubi in talibus materia sit grossa; melius est digestionem expectare: quoniam, ut supra, conuenientius eradicabitur materia. sed in his oportet, quòd medicus sit prudens examiner: ut, si comprehenderit ex expectatione digestionis, quòd præueniat mors, quod apprehendet; quia uidebit materiam tendere ad ulteriorem corruptionem. unde hypostasis uidebitur nigra; melius è dare, quàm expectare, &

Notandū. non curare, si materia in crudabitur, & febris prolongetur: melius enim est uitam prolongare, & morbum, quam utraque abbreviare, septimo colliget. & breuiter secundū Gal. tria sunt, quæ nos inuitant ad eius exhibitionem, fortitudo uirtutis, acuties febris, & signa digestionis apparentia, & hoc maximè, ubi expectatur digestio, ut supra. ex isto inferitur, quod senes decrepiti debiles, & huiusmodi sunt ab eius tali potu exules. inferitur secundò, quod in chronicis non competi simplex, ut supra. item Auicem. Et ille, quem oportet plurimum prohibere à potu aquæ frigidæ, est, cui nocet in sanitate sua.

Aqua co. De aqua autem cocta dicamus, quod aliqua talis est simplex, & aliqua composita per simplicem intelligendo, cui aliquid secum non commiscetur. & de tali dicendum, quod aliis paribus securius exhibetur cocta, quam nõ cocta: non enim tantum infrigidat, neq; calorem, & spiritus tantum extinguit. item non est ex consequenti ita in crudans, ita opilans, & est magis penetratiua, non ita rugitum generans, neq; est ita apta facere dolores, neq; ita anhelitum cõstringere, & membris frigidis nocere, & sic de aliis nocementis aquæ. commiscetur aut sic cocta cum uino cõiter apud nos pro infirmis. & aqua cum zuccharo eis propinatur.

Aqua hordei. De aqua autem composita, quæ in usum communem uenit medicorum: & est aqua hordei, dicendum breuiter expediendo, quod aqua hordei, quæ in usum communem uenit, ut potus infirmorum, est aqua, in quam transit uirtus, & non corpus hordei. unde, cum dicat Aui. secundo canone. 3. cap. quod quodocunque res est duræ substantiæ; eius uirtus non transit in aquam, nisi multum decoquatur. & ideo studendum est in eius decoctione, ut infra contra aliquos practicantes, qui leuiter eam decoquunt. contingit autem aquam hordei multipliciter fieri, cuius multiplicitatẽ quære in Mes. in suo de appropriatis ca. de pleuresi. Ad eam. n. uenio, quæ à modernis practicis cõiter obseruatur: & est, ut aquæ fontis ad ipsum hordeum sit proportio uigecupla. & in hoc concordat se Mes. cum Aui. & debet hordeum esse excorticatum à cortice suo exteriori: deinde benè aspero panno fricari. & debet bullire usque ad consumptionẽ, quæ medico uidebitur necessaria secundum suum propositum. & antequam de hoc dicatur, scito, quod hæc aqua est infrigidatiua, humectatiua, lauatiua, abstersiua, oppilationũ aperitiua, urinæ prouocatiua, sputum facilitans, & uentrem lubricans. & hæc omnia facit diuersa ex diuersitate uirtutum partium eius, & ex diuersitate præparationis eius. unde primò est infrigidatiua per complexionem naturalem sui, & hordei, quod est frigidum in primo: secundò humectatiua per complexionem ipsius aquæ humidam, & per partes medullares hordei, quæ sunt humidæ, quæ in decoctione, & maximè multa cum partibus aqueis commiscuntur, & quanto plus decoquitur, tanto readitur humidior. est quippe lauatiua, & abstersiua, ut Mesue, per nitrositatem expãsam in cortice hordei interiori tegente medullam eius per ipsas partes, oppilationum aperitiua, urinæ prouocatiua, sputum facilitans, & uentrem lubricans cum his coadiuuante humiditate. quod si decoquatur cum omni suo cortice; nõ erit ita abstersiua. sed hic nota, quod Gentilis dicit contrarium super capitulum de aqua hordei. unde uult, quod cum cortice exteriori, & interiori cocta sit magis abstersiua. & ideo cõsidera; quia non obseruatur; quia fortasse sic est inflatiua, & tussim facit. & hoc facere ab Aui. allegatum infra. itẽ, si cũ modica aqua ponetur multum de hordeo; erit magis nutritiua, quàm si cum multa, & pluri, quàm dictum est: & erit minus abstersiua, magis infrigidatiua, & sic per eius facile decoctionem minus humectatiua, & per eius multam decoctionem usque ad crepaturam eius inclusiue, magis humectatiua. & ita secundum diuersas eius præparationes diuersos sortitur effectus, quos ex te uerificare, & inuestigare facilliter poteris ex datis nunc principiis de ea. & de quantitate, ad quã deuenire debet in eius decoctione, est magna diuersitas: Auicem. ad quintam partem: Mesue ad medietatem, uel tertiam: Isaac autem ad unam partem. & ut dictum est, consistit in discretione medici secundum intentionem, quam habet: nam sic & plus, & minus recipit de uirtute hordei. considera. & ex his facile est respondere ad aliquas ap-

A parentes contradictiones in dictis authorum nostrorum in uentas, & ad alias difficultates. considera. restat uidere, quomodo in febribus competit. prima conclusio. In febribus arsiuis cholericis, & sanguineis concedi debet potus ipsius aquæ hordei. patet conclusio ex habitis: nam, si nocementum aliquod facit; hoc uidetur esse, quia inflatiua: & tollitur eius inflatio per decoctionem; quamuis dicat Auic. secundo canone. Et omnis aqua hordei est inflatiua. considera. non nulli tenent, quod nocet ori stomachi, & stomacho. propter quod miscet cum ea, cum decoquitur, grana aliqua mastiches: sed tu attende stomachi complexionem, & eius tolerantiam. de quantitate dicendum, quod detur, ut supra, de aqua frigida; quoniam magis parata est inflationi aqua hordei ipsa frigida. & ideo bonus Cermisonus in similibus faciebat infirmos etiam potare, & in bona quantitate, quando non petebant, attẽtis semper conditionibus, ut supra. sed propter dubium conuersionis in choleram præparabat potus infrigidatiuos ex syrupo acetoso simplici, oxyzacchara, de acetositate citri, succis frigidis, & huiusmodi ut infra de acutis, & cholericis. **B** Secunda conclusio. in febribus phlegmaticis, & melancholicis non conuenit potus aquæ hordei asidius; quia in talibus non est tanta inflammatio, quæ requirat &c. & maximè in interpolatis: nam directius in continuis uideretur conuenire. & in his febribus cum sic tali aqua uti uolumus, debet esse facta cum apio, uel cum fœniculo, ut docet Auicem. in. 2. cap. de hordeo. inquit sub areola Febres: in calidis quidem pura: & in frigidis, cum apio, & fœniculo. & cum uolumus aquam hordei fieri magis abstersiuam in calidis; ponatur zuccharum triũ decoctionum: & in frigidis zuccharum rubeum. postremò scito propter unum dictum Auicem. & est ueniens sepe in practica, quod aqua hordei, cum datur gratia alterandi, & non cibandi; potest cum sy. acetoso commisceri, & est conclusio Gentilis. & uerificatur maximè, quando stomachus patientis est calidus non timens acetositatem eius in eo. sed tu quando aliter facere poteris euitando hoc dubium; fac, & consultius. unde Conciliator differentia. 169. dicit ex eorũ commixtione eorum operationes confundi; quia sy. acetosus diuidit, & sequestrat, & materias ad expulsionem præparat per secessum: aqua uerò hordei abluit, quod incisum est per syrup. & abstergit, & per sudorem educit, aut uias urinæ. considera. & hæc de aqua hordei.

C De somno dicendum, quod in principio typi, uel paroxysmi quando calor ad intra suffocatur regulariter, non cõpetit somnus. & causa prima, quia frigus, & rigor prolongatur: quoniam per ipsum prohibetur calidum expandi, & materiam occupare: ex quibus cessat frigus, & rigor. secunda; quia per somnum materia ad intra coarctatur: & si aderit apostema; erit cum augmento illius. tertia; quia impedit digestionem humoris fieri à calore, qui non expenditur. Secunda conclusio coacte in principio, quandoque est concedendus ut in corporibus multæ sensibilitatis, & maximè quando materia mota est subtilis, & acuta, mordicatiua. unde subito calor suffocatur, & extrema ultimitate infrigidatur, & dubitamus de magno futuro periculo.

D Tertia conclusio. in declinatione iam paucificata materia, somnus uidetur competere; quoniam per ipsum uirtus, & calor fortificatus illud paucum expellit aut per sudorẽ, aut insensibiliter. Quarta conclusio. in statu sequendo Gentilem corpore existente cholerico, macro resolubili, habente uapores, qui tempore status per corpus mouentur plus sua acuitate, quàm quantitate peccantes, somnus competit. patet conclusio, quoniam ex ipso uirtus confortabitur debilitata ex temporibus antecedentibus, quæ confortata expellet illos uapores, quos nunquam expulisset, si non fuisset confortata.

Quinta. ubi non sit talis; non uidetur somnus competere: quoniam ex uaporibus illis sic constrictis per somnum plus nocebitur, quàm iuuabitur ex confortatione uirtutis. de augmento uerò dicendum, quod, cum habeat duas partes, quarum una est propinqua principio, altera statui; de eis est dicendum, quod quæ est propinqua principio, habet naturam principii: & de ipsa, ut de principio: & ita pariformiter de illa statui propinqua. quid autem

fit dicendum in febribus continuis, in quibus non apparet ista diuersitas manifesta, patet: quoniam oportet, ut medicus sua extimatione rationali horas has assignet, in quibus debet prohibere, aut somnum concedere.

De bal-
neo.

Et, quia balneum comprehenditur sub exercitio; hinc de eo dicendum, & breuiter, quod in patria nostra homines non sunt multum consueti se balneare in balneo aquae dulcis calidae, de quo est sermo. & ideo, quia euacuatio materiarum putridarum per balneum calidum non est absque resolutione spirituum, & ipsorum euacuatione superflua: quapropter etiam febris intenditur: etiam quia materias in profundo existentes commouet, & non eas ad extra mouet. & quia difficile est tales ad extra moueri; hinc in eius usu non reperitur iuuentum, sed nocuum. adde, quod labor accidit infirmo, & resolutio ex impositione eius in tina, & in extractione, & in statione, & in mensura qualitatis aquae: et quoniam aliquando erratur ab astantibus in eorum mora. & ideo non mireris, si non est in usu in cura putridarum. & ideo Rasis. 16. continentis penul. capi. de cura putridarum dico, non uidi febricitantibus balneum esse utile in aliqua dispositione. & haec tibi de balneo, de quo infra de cura tertianae non pura.

Ad canones autem medicinale regimen respicientes me conuerto, & eos sic distinguam; ut cum meliori ordine, quo potero, memoriae tuae efficacius commendes: nam eorum quidam sunt digestionem, siue alterationem comprehendentes: quidam uero ipsam conspiciunt euacuationem. unde primo de primis sermo habebitur: secundo de secundis. & antequam tu medice uenias ad curam febrium putridarum; scire debes, quod in mente tua quatuor debent confluere intentiones. quarum prima est ad febrem, cui deseruiunt primi canones alterationem concernentes, docentesque infrigidare: & humectare. secunda est ad causam febris, quomodo. si ipsa praeparari habeat, ut apta sit expulsionem: & haec completur cum primis etiam digestionem ipsam respicientibus, & maxime quando materia digestionem indiget. tertia est pur ad causam; quia scilicet ad materiam febris: cum quibus, & quomodo, & qua uia expelli habeat, quibus omnibus secundi tibi canones deseruiunt. quarta est ad accidentia febris, cui tibi ultimi sufficientes canones, de quibus omnibus infra.

Accidit non raro, quod intentio ad febrem, & ad causam eius adinuicem non contrariantur, ut quando febris est cholericum de cholera subtili, in aestate, in iuvene, & huiusmodi talibus conditionibus caliditatem, & siccitatem arguentibus: quo casu conueniunt ex parte ipsius febris, & causae in frigidantia, & humectantia. quo casu si cum uno complere poteris, ut exempli gratia, cum aqua frigida; nihil melius, ut quinto canone, primo canone. quod, si contingat, quod adinuicem contrariantur: ut quia febris ut sic indicat exhibitionem frigidorum, & humectantium: & causa, siue materia, quae est phlegmatica, indicat exhibitionem calefacientium, & exiccantium; tunc oportet, ut in hac contrarietate medicus sua occurrat prudentia, & exercitio: quibus mediantibus sciat eligere. propter quod quarto therape. exercitium, & natura prudentem oportet esse medicum. oportet autem hic inuestigare modum, quo medicus cognoscet ad quod horum declinare debuerit. & Auic. & oportet, ut obseruetur res magis timorosa de una duarum rerum, cui addas, ut Gal. aphor. commento, altera non neglecta. & ideo decimo therapeu. sed dices, quomodo comprehendam rem magis timorosam? memorandum primo, quod absolute prior est intentio ad ipsam febrem, quia est illud praeter naturam, cuius remotionem primitus intendimus. secundo secunda est intentio in actu curandi ad causam, & hoc regulariter operando. & ideo dixit Gal. tertio thecni. oportet uniuscuiusque causam prius abscindere. secundo dicendum, quod, quando febris est intensa ualde, & uehementium accidentium, ita quod ex eius aliquali additione dubitamus de esse infirmi; tunc intenti debemus esse principaliter ad febrem, ut febris. & ideo, ut supra, in febribus incensu procedendum cum extinctiuis fortibus etiam habito respectu ad calorem naturalem, ne extingueretur: de quibus infra de febribus acutis. quod, si fuerit debilitas uirtutis, uiuifica eam

E infrigidando moderate. & tu ad hoc bene aduerte. item, si uirtus fuerit fortis, & corpus aptum resistere dissolutioni ex parte compositionis eius, ut quia grossorum humorum, strictorum pororum, complexionem phlegmaticum, & huiusmodi, dato, quod febris sit multum intensa; debes cum leuibus extinctiuis procedere. secundo, quod secundum plurimum prior intentio est ad causam, & causa; quia rarius inueniuntur illae febres cum tanta uehementia, & specialiter in partibus istis, & secundum plurimum febres ex multa, & grossa materia ad frigidum declinante: quod facit etiam in ordinatum regimen, & ingluuies hominum nostrae patriae. ex quibus habetur, quod secundum plurimum prior est intentio in febribus putridis ad causam, quam ad febrem. sed quaestio remanet, quae est fortior absolute & aliis paribus. & tu considera. & sicut inter febrem, & causam accidit contrarietas ex parte intentionum: ita etiam cadit inter febrē, accidens eius, & causam, ut in syncopali humerosa: nam indicatione sumpta a febre debent dari frigida, ratione causae calidae, & accidens quaerit cibi exhibitionem, & febris, ac materia cibi prohibitionem. similiter, si quis febriciens haberet stomachum ualde frigidum, & febris esset calida; aqua frigida conueniret, & non conueniret. has itaque contrarietates medicus diligenter considerare debet, & primo uideri, si aliquid habeat unum, quod in his contrarietatibus satisfaciatur, ut est syrupus acetosus, qui infrigidat: & sic confert febrē: incidit, & subtiliat, & oppilationes aperit, & uentre soluit ratione zucchari abstergentis, & aceti stimulantis: & sic causa, quia materiae grossae conuenit: & eo uti debet. si tale non inuenit, oportet ut solerti extimatione inuestiget, quod illorum est aptum maius nocuum inducere & ad illud principaliter intendere altero non neglecto. & hoc est, quod dixit Auic. & oportet, ut obseruetur, ut supra. & haec de isto. 1. can. q. merito est primus, ut patet considerati.

Secundus canon. quod contra materiam peccantem quadoque procedimus cum solis alteratiuis, non digestiuis, sed adiuuantibus naturam ad reducendam materiam ad benignum: quandoque uero cum digestiuis alteratiuis habilitantibus materiam ad expulsionem: nam digestio secundum medicum in nocitio est praeparatio eius ad expulsionem, ingrossando. s. subtile, & subtiliando grossum, & incidendo uiscosum, & huiusmodi. & ideo, quando medicus comprehendit materiam peccantem esse paucam aptam ad benignum reduci, non debet statim [medicus tentare illam expellere: ut quando quis conqueritur de febre leui, aut de aliquo accidenti, qui est homo satis fortis, boni regiminis, non consueti multiplicare multos malos humores, & huiusmodi; non procedat cum digestiuis statim euacuatibus, ut multi faciunt. & hoc bene considera. sed prius studeat humoris rectificationi. cum hoc amplius scire debes, quod non omnis repletio, nec omnis repletionis malitia suo medicatur contrario ex euacuatione, & oppositione: imo multoties sufficit multa regiminis bonitas. & incipiendo ab alteratiuis ueniendo ad particularia dico, quod, licet aqua fructuum facta. s. ex citrullis, melone, & huiusmodi, quia ex succis eorum ab Auic. & aliis ponatur inter alteratiua infrigidantia; tamen, quia non in omnibus uidetur competere maxime in febre ex materia frigida, etiam quia parata est corruptioni; ideo consulo, quod dimittatur, & cum aqua hordei, & aliis procedamus extinctiuis: & erit tutius: de quibus extinctiuis, in de acutis. uerum in febribus tertianis Haliabbas tertio practicae concedit melonem indum statim in principio. & septimo colliget, succus cucumeris saracenicus contrariatur cholerae cum substantia sua tota. credo tutius posse eis uti orientales, quam nos propter regimen aeris, dispositionem, & consuetudinem ad illos cibos, quibus quasi continue in sanitate uescatur. alia est aqua fructuum acetosorum, quia ex succis eorum facta, ut granatorum, aranciorum, limonum, & huiusmodi, & ista conceditur etiam in principio, quando febres sunt incensu, ac malignae, ut pestilenciales, in quibus a principio a modernis exhibentur extinctiua, ut infra de eis.

Et, quia moderni utuntur zuccharo rosa. in principio putridarum non competit, neque antiquum, neque nouum, & maxime ante digestionem. patet; quia ad generales secundas

das intentiones eo non utitur Auic. non ad infrigidandum; imo utitur aqua hordei, neque ad euacuandum eo utitur. & argumentum negatiue ualeat in medicina. Item non minus est inflammatiuum aqua melonis; ergo in incensiuis non conuenit, in frigidis etiã. & si dicitur, dabo cum multa aqua; tunc operatio erit ab aqua. & breuiter, cum sit stypticum; materiam indisponens ad digestionem non uidetur competere: uerum ratione alicuius specialis intentionis, quæ esset stomachi confortatio, posset competere. quod, si ratione abstersionis in phlegmaticis eo quis uti uellet, posset; sed melius ratione huius esset mellinum, nisi sit, quod prohibeat: & tunc tu corrige cum aliis. & hæc est uisa Gentilis nostri sententia. in hac tamen difficultate uariæ reperiuntur opiniones, quas modo gratia breuitatis non prosequar, considera.

EXPEDITIS sic alteratiuis ad digestiua uenio, ante quorum administrationem debet attendere aliquos canones. primus, quod prius debet cognoscere materiã febris, antequam ipsam digerere, aut euacuare incipias: nã aliter a casu operaberis. quod, si sic in primo aduentu non cognoueris eam, ut quandoque contingit; subtilia regimen: nam febres, quæ non sic cognoscuntur primo aduentu, sunt, quæ non habent uehementia accidentia, nec in tactu caloris, neque in exeuntibus, neque in pulsu; sed omnia sunt remissa, pro quorum remissione sumus ambigui: nam ex subtilia tione regiminis natura non occupata curabit; si materia erit benigna, & pauca; aut eam manifestabit, si nõ erit talis.

Cognita autem febre, quo ad causam eius, tunc præmissa dicta, ut supra primus canon debet esse uentris lenitio: & est secundus in ordine. & quia per clystere lenituum remittit acuitas febris primò: itẽ fœces sicca euacuant sua fuit mositate nocetes, & alterantes: item materiã euacuantur corrupta, & quæ continuè corrumpuntur in intestinis repletur, ubi & plurimè communiter reperiuntur: & si non sint de materia febris: nam intestina sunt loca, in quibus suffocantur, & concluduntur uapores calefacti a febre, & materiã ipsa inflammata. ex quibus apparet, quod, licet directius lenitua competant in causa calida; conueniunt etiam & in frigida, ut patet. item per lenitua, & maximè per superius exhibita materiã, quæ circa meseraicas calore febrilis corrumpuntur, & resudant uersus meseraicas: nam, si non mouentur, & ibi residentiam faciunt; ipsa corrupta erunt causa apostematis, aut inflammationis hepatis, & corruptionis chyli euntis ad hepar. ex his apparet, quantum profunt clystera; & si infirmus de se affellet: nam in his febribus sunt multum diligenda. item, si accipere noluerit clystere, aut non poterit, da lenituum per superius, ut cassiam, aut mannam, aut syrupum uiolatum, aut aquam hordei, aut aquam fructuum: de quibus statim. quod intellige regulariter operando: nam, si in intestinis essent fœces multum exiccata, & oppilatio esset fortis; ita quod etiam cum clysteribus uentris & lenitiuis fœces ipsa educi non potuerint; tunc oportet te transferre ad clystera fortia facta cum decoctione agarici, polypodii, carthami, & huiusmodi. item, si comprehenderes, quod esset præsentia humorum frigidorum crudorum in intestinis, aut quod patiens casurus esset in subeth, apoplexiam, & huiusmodi tunc coactè ad acuta clystera transire oportet cum turbit, & aliis huiusmodi. & hoc uoluit Auic. cum dicit, Sit sicut syrupus uiolatus; & sit ultimitas lenificatio, non fluxus uentris, non solutio laboriosa: & pro canone tibi satisfactum esse puto, si eas posuero, quæ tibi in prædictis satisfaciunt intentionibus. & ante ipsorum descriptiones scito, quod lenitua sunt, quæ sunt uiscosa, & dilatatur super superficiem membri asperi dilatatione planæ superficiẽ: & sit manifestum illius corporis per eam planam rectæ asperitatis, aut currit ad ipsum humiditas dilatata hac extensione. & sunt.

- | | | | |
|----------|-----------------|-------------------|-----------------|
| A | Hydromel. | Malua. | Viola. |
| | Bdellium. | Oua. | Zuccharum. |
| | Butirum. | Sebesten. | Zuccharu uiol. |
| | Cassia fistula. | Sisamum. | Syrupus uiolat. |
| | Caulis. | Syca siue blitis. | Aqua hordei, & |
| | Fœnugracum. | Spinachia. | huiusmodi. |

Clystere uentris lenituum fœcum induratarum eductiuum, caloris febrilis remisiuum, & sic de alijs intentionibus supra. Recip. foliorum maluarum, blitis, matrum uolarum, spinachia an. M. s. aqua fluuiialis lib. i. s. bulliat ad consumptionem tertiæ partis. deinde colentur, & fortiter exprimantur. de qua colatura Recip. lib. i. & unc. ii. cui addantur olei uiol. unc. iij. & hoc si causa erit calida. quod, si frigida; addatur unc. iij. olei communis, salis communis drac. ii. quod, si uis magis abstergere; addas plus de bliti, & de zuccharo rub. in causa frigida si plus lenire; adde cassia fistula, aut manna unc. i. aut ex aliis, quæ iam supra aperta sunt, ut magis uidebitur. & quidam, ut Auic. addunt uitel la oui. & nota, quod, ubi fœces sunt multum indurata; debent clystera talia esse pinguia multum, aut cum oleo talia, aut cum medullis, ita quod ponantur olei unc. vi. & multi utuntur ipso oleo solo. nota secundo, quod, quando clystera imponuntur; semper de liquore remaneant ad minus duæ unc. ne uentositas subingrediatur. in quo canone ministri communiter errant. habes itaque modum componendi clystere, quod uariabis ex diuersis simplicibus iam positis secundum uarias intentiones, quæ diætini tibi occurrent: quod describere tales reputo impossibile. ideoque benè cû sidera, & illa tuo adapta proposito. & Auic. multum placeuerunt clystera, inquit. Et quod magis dilectum apud me est administratio clysteriorum. sed nota, quod aliquando plus lædunt, quam lenitua per os, ut sæpe uidi. Lenitiuum per superius. Recipe cassia fistula nouiter extracte unc. x. s. aqua hordei unc. iiii. cum qua dicta cassia extrahatur.

B Aliud. Recipe manna electa unc. i. syrupi uiolati unc. iij. aqua hordei unc. ii. Ad idem aquam fructuum distinctione septima. dosis sint unc. iiii. dictas tamen doses oportet quandoque augere, quandoque minuere secundum corporis dispositionem ex parte stypticitatis, & lubricitatis, habitudinis, ætatis, & huiusmodi. Postremò nota, quod cum succis prædictarum herbarum quidam clystera ita faciunt sperantes magis lenire.

C Tertius canon, quod, licet principalis intentio in cura putridarum sit materiã ipsius euacuatio, & digestio quid accessorium, ut patet in fe. de materia furiosa, in quibus non expectatur digestio, similiter in synocha; tamen regulariter operando prius debemus digerere, quam euacuare iuxta illud Hippoc. primo aphorismorum. Digesta medicari, & mouere non cruda. dico regulariter; quoniam coactè ut plurimum cogimur ad exhibitionem minoratiuum communium, & quandoque priorum propter ingluuiem, & inordinatum regimen hominum nostri temporis uoluptuosè, ac gulosè uiuentium. unde secundum plurimum multis, ac malis humoribus per uiam indigestionis multiplicatis in principio febrium repleti inueniuntur. propter quod Gentilis, & alii moderni in principio earum exhibent minoratiua communia, aut propria: quod ex signis maiorem, aut minorem comprehendunt superfluitatum multitudinem. & dictum est ut plurimum; quoniam aliquando hoc non facimus. & ideo tibi occurrente ægro, considera primò eius regimen præsens, & præteritum, & habitudinem eius, & sic de aliis, per quæ comprehendere poteris superabundantiã humorum, aut non, a quibus ipsa febris dependet. quod, si non inuenis multitudinem; dimitte hæc euacuatiua, & transeas cum clysteribus, & lenitiuis per os, ut supra: & tunc te extendas ad digestiua; de quibus statim, cum de ipsis euacuatiuis exemplificauero. Minoratiuum comune, quod dicitur tale: quoniam materias communes, siue in uis comunibus existente, ut sunt stomachus, intestina, euacuat.

Recipe tamarindorum unc. s. vel pone loco illorum tandem prunorum, decoquantur in unc. x. aqua ad consumptionem tertiæ partis. coletur, & fortiter exprimatur: de qua colatura Recipe unc. vii. & adde manna unc. i. vel cassia tantundem, si manna careres: & hoc magis respicit choleram.

Euacuatio materiæ.

- | | | |
|----------------|--------------------|-----------------|
| Althea | Lupulus. | Manna. |
| Amylum. | Cytoniorum semina. | Medulla aialis. |
| Amoniolum | Galbanum. | Oleum. |
| Arudo zucchari | Glutè albotim. | Perfica. |
| Ficus | Grana pini. | Pruna. |
| Grana dulcia. | Semen lini. | Psyllium. |
| Liquiritia. | | Viola. |

Lenitio uentris. De clysteribus.

teram. quòd, si uolueris sanguinem à cholera mundificare; pone tamarindos in decoctione omnino. quòd, si phlegma, & cholera; sed principaliter phlegma: adde aliquid agarici in dicta decoctione; ut quia cum tamarindis bulliant drach. iiii. agarici non pistati, sed incisi nò multum subtiliter. casia enim principaliter cholera euacuat, & phlegma secundo, Mesue in suis canonibus. uerum accidit quandoque, ut possint ægri accipere medullam casia, & dari nò potest manna: aut quia non inuenitur, aut quia pauperes sunt. unde, malè potest lenire medicus lenitione communi, nisi sapiat naturam minoratiui proprii. & idè oportet tuc, quòd medicus sit prudens: fiat enim eo casu, ut melius fieri potest, ponendo ficus, psyllium in decoctione.

Item potest dare gummi albotim cum modico cinnamomi. & dosis est unc. ii. cum nebulis faciendo tres, uel quatuor bolos: & ita de aliis per te ingeniare. & pòt dari quacunque hora: pur quòd detur ante cibi assumptionem per duas horas, & post per sex ad minus, & melius per octo. tu itaque compone ex habitis, ut decet.

Minoratiuum propriè, quia materiam peccantem respiciens, & maximè quando est cholera. Recip. decoctionis suprascriptæ tamarindorum unc. vi. mannae unc. i. uel casia tantundem, succi ros. vnc. ii. uel elec. de succo ros. unc. i. uel. s. secundum corporis dispositionem ut supra. q. si fuerit phlegma; recip. casia unc. i. electuarii indi unc. i. s. extrahatur cum decoctione lupulorum, sebestè, & tamarindorum, ut supra.

Ad idem ualè: pilulæ aleanphinz, de hiera simplici &c. quæ omnia quare supra quarto capitulo.

Quartus canon, quòd, antequàm ad euacuationem propriam, & eradicatiuam uenias; intende digestionem materiam peccantis. ubi nota, quòd tam causæ antecedenti, quàm coniunctæ debetur digestio; licet principaliter debeat antecedenti: nam materia coniuncta indiget præparatione; ut facilius expellatur: & alteratione; ut putredo non procedat, & prauior efficiatur. unde, cū corpus plus calefiat aliis paribus propter accessum esse magis in materia coniuncta febris ueræ interpolatè in die accessionis, quàm in die quietis; existimo canonicū in tali die, cum datur digestiuum, ipsum debere esse magis alteratiuum, quàm alio die: contra quem canonem communiter operantur medici. secundo nota, quòd causæ febris putridæ, factiæ, aut sunt antecedentes quantum ad futurum fieri: & sic est repletio humoralis peccantis, aut sui multitudine, aut grossitie, aut subtilitate, aut uiscositate, aut sunt causæ coniunctæ: & est materia putrida, aut putrida fuligo, cui coniungitur indebita transpiratio, cuius causa est oppilatio. & oppilatio causa est detentionis uaporum capinosorum, ad quam mediatè, uel immediatè febris consequitur. & sic in summa habes nouem connumerando ultimò febrem, ad quæ nouem oportet medicus suas dirigere intentiones: quarum quædam se tenent ex parte euacuationis, ut multitudo, & putrida materia, & uaporum detentio: alia se tenent ex parte digestionis; ut uiscositas, grossities, subtilitas, indebita transpiratio, oppilatio: quædam ex parte alterationis; ut febris est, & putredo, ut per alterationem remittitur. ex quibus breuiter habetur, quòd tres sunt canones principales, & tanquàm aliorum cardines, super quos oēs uertuntur canones in cura generali putridarum: & sunt alteratio, digestio, & euacuatio: & hoc præsupposito canone de diætâ.

Et expeditus sic de alteratiuis, de quibus ad plenum supra quarto capit. & infra de acutis, & peracutis &c. ad digestiua uenio: debet enim unumquodque digestiuum per canonem generalem esse contrarium materiam digerendæ: ut, si fuerit frigida; sit calidum: si calida; frigidum: si uiscosa, incisiuum: si grossa; subtiliatium: si subtilis; ingrossatiuum: & hoc quantum ad illas quatuor intentiones primas de nouè paulò antè nominatas. pro quibus complendis te trasferas ad capitulum quartum, ubi inuenies copiam digestiuorum usitatorum omni materiam deseruentium, & simplicium, & compositorum. post autem exhibitionem horum digestiuorum debent exhiberi alia digestiua, quæ respiciunt alias intentiones, quæ sunt oppilatio, & indebita uaporum transpiratio: quæ complentur cum prouocatiuis urinæ, prouo-

catiuis sudoris, aperitiuis oppilationum, seu pororū cutis, de quibus omnibus suo ordine statim. sed prius nota, q. post prima digestiua debent sequi euacuationes immediatè, ut dicetur statim: deinde ista alia digestiua. propter quod scito, quòd, licet per hæc prouocantia materię præcipitando euacuentur, & per uias urinæ educantur: quapropter potius euacuatia, quàm digestiua dici merentur; tamen eis attribuitur principaliter nomen digestiui pro quanto materias diuidunt, & subtiliant, & maximè grossas, quæ secundum plurimum sunt tales: ac apertionem uiarum, quia uenarum, & pororum, faciunt: nam hic est modus præparationis ad expulsionem, ut colligitur secundo aphorismorum in commento. Corpora ubi quis uult purgare. nota secundo, quòd diuretica non debent exhiberi nisi post euacuationem, aut cum phlebotomia si est necessaria, aut solutione uentris, lenitiua, & minoratiua, iterata, & reiterata secundum multitudinem materiei: & maximè quando contenta est in meseraicis, & uis hepatis: nam, si diuretica inuenirent materias corruptas in illis uis; mouerent eas ad hepar, & ad uenas: & sic adderent in oppilationem, & causam febris, & febrem. sed reiterata euacuatione, ut dictum est, materię remanent pauca, & ipsas penetrare faciunt in uias urinæ: & sic aperiant, & educunt. ex quibus collige errorem illorum, qui in oppilationibus stante multitudine materiei statim exhibent aperitiua etiam fortia: & est error communis. & ad hoc etiam aduerte.

Syr. autem aperitiuos ut acetosum simplicem cum seminibus communibus habes quarto capitulo, in quo & aperitiua simplicia; & tu ibi. post autem digestiua aperitiua, & urinæ prouocatiua sequi debent sudorem prouocantia: nã similis est ratio in istis, & in illis: uerum sudorem prouocantia sunt ut sic fortiora: quoniam materiam magis subtiliant, & per loca angustiora penetrare faciunt, & ad longinqua peruenire, quia ad cutim, non concurrente auxilio attractiua cutis; sicut prouocans urinam recipit à uirtute attractiua renum, cuius est proprium ad se attrahere aquositate &c. & licet ita sit: tamen aliquando idem est utrunque faciens; ut radix fœniculi. quòd contingit propter diuersas hominum dispositiones, & secundum diuersum materię situm: nam radix fœniculi subtiliando sanguinem, & quasi aliquando in hominibus aptis recipere materiam in renibus propter fortem attractionem ipsorum, urinam prouocabit: in aliis uerò faciendo eliquationem uaporosam, qui sunt debilius renum quo ad attractiuam, & rari in poris suis uersus cutim, sudorè prouocabit. debent itaque sudoris prouocatiua sequi præcedente phlebotomia si necessaria erit, aut euacuatione, ut dictum est de prouocatiuis urinæ: nam medicina prouocans sudorem est apta materiam dissoluere, & facere penetrare, addere in oppilationes &c. febrem prolongare per eam resoluti subtili, grosso remanente: ponere humores sua caliditate in ebullitione. & idè considera errorem illorum, qui statim à principio uolunt cum sudatoriis fortibus per hos exhibitis curare quartanâ. & dictum est per os; quoniam aliud est sudatorium extrinsecus applicatum: ut sunt fricationes, coopertura pannorum calidorum, embrochationes, balnea, unctiones, de quibus non est tantus timor in eorum administratione. sed per ista etiam sunt uerenda à medico sapienti, & si facilia sudatoria dicta sint: & talia sudatoria non semper in omni febre putrida conueniunt, & maximè in febre magnæ inflammationis corpus dissolvente, & arefaciente. unde in tali casu magis conueniunt olera frigida, embrochationes, & balnea frigida: & tu ad hoc benè considera. communiter autem nò facimus talia sudatoria in patria nostra. quòd, si uolueris eis uti; fac cum cautela. nos autem utimur fricationibus extrinsecus. unde scito, quòd fricatio leuis, & pauca leuiter transpirare facit: mediocris autem, & multa multum transpirare facit: fortis autem, & multa plus omnibus aliis. & benè in his considera corporis uirtutem, & alia, de quibus sæpe supra: nam aliqua sunt corpora, quæ fortes non patiuntur fricationes.

POSITIS SIC digestiuis decet, ut promissum est, de euacuatibus pertractare. euacuatorum itaq; aliud lenitiuum, aliud minoratiuum comune, aliud minoratiuum proprium, aliud

De dige-
stiuis.

Tres sunt
canones
in curatio-
ne putri-
darum.

De euacuatibus

aliud eradicatiuū: & hæc est distinctio de euacuatione per pharmaciam, siue per solutiuum facta. & sicut humor alius à sanguine euacuatur minoratiuè, & eradicatiuè; ita & sanguis per phlebotomiam, hoc utroque modo euacuari contingit. & sicut dicimus phlebotomiam esse eradicatiuam, quando totus sanguis peccans extrahitur, uel saltem nõ remanet tantus, quem natura uincere, ac corrigere non possit; ita & materia alia dicitur eradicatiuè euacuari, quando tota, uel quasi tota euacuatur, ita quod non remanet. quod minime fieri contingit, nisi post materiæ completam digestionem, & in hoc differt à minoratiua, ut supra. & ex his, & habitis supra in tertio canone immediatè præcedenti apparet, quid sit lenitiuum, quid minoratiuū commune, quid proprium, quid eradicatiuum, quod à minoratiuo non uideatur differre, nisi ex parte fortitudinis, quæ fortitudo aliquando fit augendo dosim minoratiui, aliquando transeundo ad solutiuum ex sui natura fortius; ut ex aloe ad rhabarbarū, aut ad electuarium de succo rosarum, & huiusmodi. ista autem solutiua debilia, & fortia habes copiosè & simplicia, & composita in .4. cap. supra: & tu ibi. & de lenitiuo, & de minoratiuis exemplificatum est supra in secundo, & tertio can. immediatè præcedentibus.

Quintus cano, & est Hippo. 1. aphor. Vndecunque natura repit, inde per conuenientia loca ducere. ubi ergo comprehenderis nauseam, & incitationem stomachi ad expellendum per superius; hortare infirmum ad uomitum. q. si ex se facere non potuerit, aut natura diminitè fecerit et in principio paroxysmorum, uel in processu; da uomituum domesticum ex aqua tepida cum aceto, uel syrupo acetoso. & non des forte uomituum timens agitationem, & materiæ inflammationem, ac stomachi ipsius nimiam conturbationem. quod, si sentiet in uentre rugitum, aut in uentre eius mordicationem maximè in fine intestini grossi, aut motum materierum ad inferius; da solutiuum per os, aut admissa clystere, aut suppositorium, ut uidebitur tibi, indicatione sumpta à uirtute, ætate, morbo, accidentibus eius, & huiusmodi. unde pone, quod talis incitatio facta à natura sit in principio paroxysmi, melius erit tunc suppositorium, minus naturam grauans, & alterans. quod si alio tempore; forsatis melius clystere, & aliud solutiuum per os: sed ista remanent in pera medici. & nota hic, quod iste cano non habet ordinem cum prædictis; imo quodcumque, & quacumque hora tales mouentur materiæ, & per illa loca siue præcesserit phlebotomia necessaria, siue digestio, aut non, talis euacuatio fienda est, ut dictum est, & non agas cum euacuatione artis contra partem euacuationis naturæ. Auicenna.

De euacuatione uerò per phlebotomiam dicendū, quod ipsa etiam in febribus competit putridis aliis à sanguineis, & in omnibus ipsis, quando. s. materiæ ipsarum sunt sanguini mixtæ non multum. s. remotæ à natura sanguinis. & dicitur humorem multum distare à natura sanguinis, quando per eius intensiorem in caliditate. s. aut in frigiditate, uiscositate, grossitie, & huiusmodi multum distat à debita conuenientia, siue habitudine naturali ipsius ad sanguinem, quam. s. debet habere cum sanguine. & idè hic nota propter uerbum Auicennæ. & propriè cum urina est rubea, quod signum significans distantiā cholæræ à sanguine est urina citrina ignea subtilis. & in hoc casu non competit phlebotomia; quia tunc cades in canonem generalem, si facies eam: qui est. Caue, ne agrum ad alterum duorum perducas: aut ad humorum cholericorum ebullitionem, aut frigidorum incrudationem. est enim sanguis frænum cholæræ, & humores frigidos sicut digerens. consimiliter, si urina fuerit alba, subtilis, liuida in substantia propter oppilationes, aut quia sunt grossæ, non tamen tinctæ; tunc non uidetur phlebotomia competere; quia arguit distantiam phlegmatis, aut melancholiæ ab ipso sanguine modo nunc dato. si autem urina fuerit rubea grossa, aut rubea rubedine quadam sanguinea, grossitie debita, uel media; tunc arguitur peccatum in sanguine, & phlebotomiam competere. quod, si fuerit rubedo, magis tamen remissa cum declinatione ad albedinem, & cum grossitie; arguit mixtionem sanguinis cum phlegmate, & phlebotomiam competere. similiter, si ad liuidum declinabit cum rubedi-

A ne, & subtilitate; arguit eius mixtionem cum melancholia. si uerò ad citrinum cum subtilitate super mixtionem sanguinis cū cholera, quibus casibus competit phlebotomia. & ista habent ueritatem; si aliunde non ueniat iudicium uerum impediens. considera. item scito, quod stante plethoria à medico prima facie percepta etiam non apparentibus signis dictis, indicatione facta ab ipsa, cõuenire uidetur phlebotomia, si cætera consentiunt ex parte ætatis, & aliorum. & debet phlebotomia copiosior fieri in synochis, & paucificari in reliquis. unde minus uidetur competere phlegmaticis, & adhuc multò minus melancholicis, indicatione sumpta à complexione. & idè in eis minoratur respectu eius, quæ fit in cholericis. ista tamen non possunt sic calamo scribi: quoniam quandoq; interueniunt quædã, quæ impediunt medicum à recto opere, ut supra: & tu considera.

De lenitione autem uentris antè, uel post phlebotomiam, dicendum, quod ante competit, ut supra de ea ex canone generali quarta primi de phlebotomia: nam per phlebotomiam dirigitur materia corrupta uersus uenas, & maximè quæ in intestinis, & meseraicis inuenitur: & idè debet præcedere lenitiuum ipsum euacuans. & propter eandem causam competit lenitiuum sequenti die. item cum signa uideris phlebotomiæ in putridis; statim phlebotomia & maximè uirtute existente forti, & solutionem uentris fac sequi.

Nunquid in die paroxysmi sit euacuandum, & est cano Auic. & non moueas in die paroxysmi aliquid, quantum tibi possibile est, neque cures febrè. propter quod nota multa pulchra: primò causam, quare in tali die similiter in hora exacerbationis mouere non debes: nam medicina habet motum contrarium naturæ, quia mouet de circumferentia ad centrum; natura uerò contrà. & idè sic impeditur, & molestatur amplius. unde fortis fit in materia commotio, & dubium exinde, ne materia sic commota ad membra expellatur principalia. secundò, quod aliquando febris est de numero earum, quæ habent exacerbationem oī die, aut de numero continuarum, siue conclusarum. quare in euacuatione euitare nõ possumus diem paroxysmi. & idè dixit quantum tibi est possibile. item quia materia est furiosa uenosa non dans inducias; quia ex ea timetur, aut ex fluxu eius apostema in membro nobili, aut subitus euentus mortis, si talis euacuatio tardaretur. unde Hippo. 4. aphor. medicari in ualde acutis si expedit, eadem die: differre enim in talibus malum est. item, si in die paroxysmi contingat naturam mouere, & motu pigro ita quod pro eius completa euacuatione indiget auxilio, quo non exhibito timor esset, ne materia raptum caperet ad membra alia nobilia; tunc euacuatio debet fieri in die paroxysmi. & idè pro intellectu canonis sciendum, quod, cum reperiuntur tales febres, & quod necessaria est euacuatio, siue minoratiua, siue lenitiua; debet medicus eligere diem, aut horam maioris quietis, & differre eam, ut quietiorem inueniat horam, aut diem, si fuerit interpolata. quod, si talis erit ante paroxysmum; fiat ad minus per tres horas ante eius aduentum, & quantum per plures, tantò melius erit. quod, si fuerint paroxysmi subintrantes; tunc fiat in declinatione primi, antequam futurus paroxysmus ueniat. quod, si fuerit conclusa non proportionalis; tunc fiat in hora, in qua febris magis tepescit: & est hora auroræ cum toto mane, quod sequitur. quod, si contingat aliis horis tepescere: ut quandoque accidit in illis; fiat. & quæ dicta sunt, maximè uerificantur de euacuatione per secessum nam de euacuatione per uomitum dicit Ras. 16. continetis, quod fieri potest & in hora paroxysmi, & in hora quietis. unde infra de quartana dicitur; ut Auic. quomodo specialiter in principio eius confert uomitus: & idem de tertiana. De phlebotomia autem dicendum, quod aliquando non inconueniret etiam hora paroxysmi facere phlebotomiam; ubi. s. timetur aduentus karabiti. sed ubi est opportunus; fac ipsam, ut de euacuatione per secessum dictum est.

Sextus cano, quod non fiat euacuatio saltem eradicatiua ante materiæ digestionem. & causa, quia euacuabitur multum de humore bono non euacuando malum, & sic natura multum debilitatur. secundò, quia subtile prius euacuabitur, quod conferebat ad digestionem grossi. tertio, quia sic mouedo materiam indigestam simul commiscebitur cū bona

Lenitio an antea post phlebotomiam fieri debeat.

De hora euacuandi.

Quod nõ euandum sit saltem eradicatiue ante materiæ digestionem nisi materia sit furiosa.

bona

Pharmacia.

Phlebotomia.

bona, & bona efficietur mala per contactum, & sic crescit materia. canon tamen habet ueritatem, præterquam in materia uenenosa, aut furiosa, aut ualde, aut multa, de qua dubitatur ægri perditio: aut apostema membri nobilis ex motu talis materię, aut aliquod tale grande nocumentum. unde hic attende multitudinem non solum humorum aliorum à sanguine; sed etiam ipsius sanguinis, cuius multitudo timenda est, ne suffocet. & ideò in his casibus copiosa est fienda euacuatio ex parte pharmacie, & phlebotomie in principio, & non tardare; quoniam eo casu in mora est magnum periculum. apud statum uerò non moueas aliquid, donec uincat natura, & digerat. Auic. & sunt canones accepti ab Hippo. i. apho. Digesta medicari, & mouere non cruda: & secundo, Inchoantibus morbis si quid uidetur mouendum, moue: in statu autem silentium habere melius est. sed hic nota errores aliquorum. quidam præsumptuosi statim à principio febris putridæ procedunt dando una die syr. alia die solutiuum, credens sequi præceptum Auic. de cura phlegmaticæ, paulatinè digerere, & paulatinè euacuare non aduertentes, quòd euacuatio facta in principio materia nõ digesta est coacta, & non regulariter. alij nimium timidi, qui nõ audent in principio dare medicinam exoluentem; immo uidetur eis quid magnum dare modicum casis, & se fundant, ut supra, super dictum Hipp. digesta medicari: de quorum numero fuit Plusquam commentator uir multæ scientiæ, de quo Gëtilis multum miratur: nam ipse in principio talium februm procedebat nisi cum clysteris lenitiuis ex casia, & similibus, ut patet per ipsum tertio techni. §. Euacuationes uerò. uide itaque mi Rayneri, quàm difficile est iudicium medicorum, & eorum operatio. oportet. n. quandoque cum medicinis exoluentibus, quandoque cum lenientibus procedere, ut ex dictis habitum est. considera.

Item scito, quòd, si cum febre putrida fuerit apostema, et in fieri: tunc, cum fluxus talium humorum sit cum sanguine; statim à principio fac phlebotomiam. item, si fuerit fluxus humorum aliorum à sanguine; etiam competit pharmacie, & in principio euacuando, & diuertendo; sed benè considera particulam patientem. quòd si fuerint intestina; non euacues per illa, sed per uomitum: & consimiliter de aliis. quòd, si iam fuerit apostema factum, & fixum in ipsa febre; non exhibeas pharmacum: quoniam materia per pharmacum commouebitur, & non educetur. & est, ut si quis uellet arborem euellere, priusquam lateraliter terra separetur, ut Conciliator differentia. considera. & debet hæc medicina solutiua non esse de numero earum, quæ laboriosè soluunt, & à remotis trahunt. quòd, si fuerit febris absque apostemate; regulariter euacuatio in principio fieri non debet: sed debet digestio completa expectari, quæ etiam non erit in principio status; sed in processu ipsius, in quo perfectè uicta erit materia à uirtute: nam prudens medicus, si aliunde non cogitur, semper digestionem expectat sperans, quòd uirtus debeat tunc materiam expellere, quæ est à uirtute iam paucificata, & multum exitui præparata: & hoc in fine status, uel principio declinationis. & ideò dixit Auic. Apud statum uerò non moueas aliquid. i. adueniente statu non moueas aliquid. s. cum pharmaco solutiuo, donec uincat natura, & digerat. i. uincat per completam digestionem, quæ fit. s. in processu status, & non in principio eius. & si ipsa non mouet; moue tu hora motus eius, quasi dicat. si iudicas, quæ natura possit digerere per se, uel cum auxilio, & ipsam deinde euacuare; ut consueuit post completam digestionem, dimitte eam. quòd, si cõprehendes, quæ sit pigra in euacuando propter obtusionem sensus, uel propter aliam causam; tunc tu euacua hora eius. i. hora perfectæ digestionis. quòd autem aliquam naturam talem nõ euacuet materiam, habetur à Gal. 3. de criticis c. 2. & secunda quarti de signis significationum malæ crisis. & subiunge dictis. & est cano, quæ si natura crifim in die sibi debita nõ facit; tu postea in die non critica euacua bis. quòd, si in die &c. euacuationem facies, dimitte eam: Medicus. n. debet esse adiutor naturæ, & nõ ipeditor, prima quarti de cura putridarum in generali authoritate Hippocra.

Canon septimus, quòd, cum in euacuatione quandoque reperiatur uirtus debilis, & humor euacuandus est grossus, uiscosus, difficile educibilis, & non nisi medicina forti; tunc

debes medicinam fortè facere debilem, ut. s. quòd bis, uel ter educat: hoc est in dosi minuas: nam turbith dicuntur medicinæ fortes; quia humorè de difficili euacuabile euacuat. Canon octauus. Caue, in quantum potes in principio februm putridarum exhibere medicinas, quæ sint apte sua qualitate facere reditum paroxysmi; ut scamoneam dare in febribus cholericis; quia calida, &c. mouebit choleram, & in phlegmatica chebulos: qui sunt frigidi, & constringendo disponunt ad reditum: & ita de indis in melancholia. & habet hic canon ueritatem, quando non sunt contracte, & debite consolate, ut in electuariis, quibus cõmuniter utimur; ut est indú. usque modo positi sunt canones de euacuatione per pharmaciam: modo ponentur ad phlebotomiam spectantes. primus, quòd stante peccato sanguinis in quanto solo, ut sanguis est humor distinctus à massa humoralis, aut à mixtione eius cum alio humore, in principio non est expectanda digestio, sicut in aliis humoribus: imo statim est fienda phlebotomia; & si uirtus tolerat eradicatiua, quia per ipsam sic auferetur febris, ut infra de synocha. & causa; quoniam sanguis sic est paratus statim euacuationi eius per phlebotomiam. & quia, ut dictum est supra, natura sanguinem cæteris humoribus plus custodit: unde accidit, ut in eius augmento non extraneetur, sicut cæteri humores, qui propter suum augmentum materię facti rebelles ab ea non regularuntur: deinde putrescunt, & malignantur quantum ad substantiam sui, & efficiuntur uiscosi, grossi, & euacuationi inobedientes. quare ante eorum euacuationem digestionem indigent. ex quo inferitur, quòd, quando accidit sanguini putredo, ut in synocha, per quam remouetur sanguis multum à natura meri, & boni sanguinis, grossitate, uel subtilitate sui; bonum tunc erit digestionem expectare, non tamen tanta, quanta in aliis expectatur humoribus; eo quòd non ita extraneatur, ut alii ipso remanente sub forma sanguinis, ut colliget. inferitur secundò, quòd, si in principio stante tanta multitudine sanguinis peccantis solo quanto, non fit phlebotomia copiosa, ut decet uirtute tunc consentiente; postea, cum postponitur uirtute iam debilitata, non est amplius ad eam intentio tanta, quanta fuit. s. in principio; imo fortassis morietur patiens. præterea sanguis propter moram erit malignior, & magis distans à forma sanguinis, & aliqua cholera potest esse in eo excitata: ideò non ita copiosa conuenit, ut in principio. secundus canon, quòd, si erit peccatum in sanguine propter mixtionem aliorum humorum cum eo ipsum inficientium; & erunt multum distantes hi humores à sanguine, uel extraneati ratione suæ substantiæ: ut quia ex eis ipse reddatur nimium grossus, aut uiscosus; tunc melius est digestionem expectare, & ipsam facere, ut præcepit Gal. cum sy. de hyssopo: deinde phlebotomare. causa, quoniam non subtiliabitur sanguis bonus, & non grossus exhibit, & spiritus exhalabunt. tertius, quòd, ubi fuerit mixtio aliorum humorum cum sanguine, & non fuerint multum distantes, uel extranei à natura sanguinis; cõpetit phlebotomia in principio non expectata digestionem, & saltem minoratiua. patet; quoniam de humore peccante simul cum sanguine euacuabitur, & natura super residuum potentior reddetur ita quòd maius erit nocumento iuumentum.

Quartus, quæ possibile est stante debita mixtione aliorum humorum cum sanguine copiosior in processu phlebotomia cõpetere, quæ in principio. patet; quia ubi in principio facta fuerit phlebotomia minoratiua, deinde data sint digestiua, propter quæ materia sub forma causæ antecedentis stas digesta sit, & magis rarificata ipsa sic cum sanguine remanente mixta, & coniuncta non habente renouationem ab antecedenti natura; tunc dominabitur, & facta phlebotomia copiosa liberabitur febrilis illa hora cito, uel eadem die. & hoc uoluit Auic. quarta primi de phlebotomia, quæ præcipi de phlebotomia in febre sanguinea, & aliis humoribus sanguini mixtis paruum fieri phlebotomiam in principio; sed in processu copiosorem. ex quibus apparet, quæ differentia sit inter phlebotomiam, quando est à sanguine, & quando est ab aliis humoribus sanguini mixtis: nam in prima fit copiosa: in secunda non ita copiosa: item in prima contingit, ut frequenter, quòd non sit eradicatiua: in secunda nunquam, uel raro, sed semper minoratiua: sed multum minoratiua.

Canon ad phlebotomiam spectans.

ut quandoq; tenent locum eradicatiuz.

Quintus canon, quod stante mixtione aliorum humorum cum sanguine, & sanguine ipso non peccante, consiliu Aui. est, ut dimittatur phlebotomia, quantum possibile est, quod si non est possibile, tunc multiplicatio numeri est melior multiplicatione quantitatis: nam, cum sanguis in casu non peccat, & cum aliis euacuabitur humoribus; sequitur uirtutis debilitas, & euacuatio eius, cuius euacuatio non est necessaria, & ideo studere debes humores peccantes alia uia euacuare, quod, si equè bene fieri non poterit, partiri phlebotomiam, ut uirtus inde non debilitetur debilitate scilicet, de qua curandum sit. præterea forsitan per ipsam non euacuabitur ipse humor peccans, & oportebit te euacuare adhuc cū solutione uentris: & hoc facere non poteris propter debilitatem uirtutis consecutam ad phlebotomiam. item etiam cum tu expectabis crism; non erit bonum naturam sic fuisse debilitatam. & hic aduerte ut supra, q̄ audacior fuit Gal. in faciendo phlebotomiam ipso Aui. unde in xi. therap. In omni putrida non dubitauit phlebotomiam facere; quoniam homines, quia græci climatis Gal. multo abundabant sanguine, & sunt robustiores his, qui in clymate arabum: nam arabes sunt debiliores, & paucioris sanguinis propter magnam caliditatem. & ideo Aui. Arabs fuit timidus in ea. uoluit itaq; in casu mixtionis dictæ, q̄ dimittatur, quantum possibile est, & quod partiat, & non fiat copiosa. & habet hoc maxime ueritatem, quando uides infirmum aliter liberari posse. secundò quando feb. est de numero prolixarum, in quibus indigemus maiori fortitudine uirtutis. tertio, quando tu expectas totam materiam unica expulsionè debere per crism euacuari. in aliis autem se. ab his, in quibus speratur, q̄ tanta sit mixtio ipsorum cū sanguine, q̄ speratur ipsos humores sic cum sanguine egredi, bonum erit phlebotomare.

Accidit ut quasi semper, quod febribus ipsis uaria coniungantur accidentia: & ideo de ipsis ut communiter coniunctis canones ponam eis deseruientes, ut de feb. ipsa. & causa eius dicta est.

Dicamus itaq; primò, q̄ sitis consueuit quandoq; in principio paroxysmi accidere, nunquid pro tunc dari debeat aqua hordei, uel aliquod tale. & dicatur ponendo canonem, quod in principio paroxysmi regulariter non debet dari aqua hordei grossa, siue cibalis, aut aqua hordei subtilis cum zuccharo, quæ ad cibalem declinat: & causa, quoniam frangunt periodum, & faciunt inæqualem ascensum caloris, & materiaz uaporosæ propter naturam sic esse occupatam circa materiam cibalem: unde desinat à resolutione materiaz. præterea materiam multiplicat; quia in illam conuertitur. item talia trahuntur uersus membra inflammata, & uias sua frigiditate oppilant: & sic sunt causa prolongationis paroxysmi. & dictum est regulariter; quoniam coactè quandoq; talia exhibemus, & grossiora, ut supra de cibatõe febricitantium indicatione sumpta à complexione, & habitudine. unde allegatum est, quadoq; sunt quidam cholericis, quibus statim mouetur cholera ad os stomachi &c. & oportet eis dare immediatè cibum, & hoc in principio paroxysmi. & tu require allegato loco: & est sententia Gal. x. ther. & in li. de causis procatartici. itè ubi accideret casus uirtutis, aut sitis insupportabilis propter fortem flammam; & sic de aliis.

Secundus canon, quod securius dari poterit aqua simplex cocta, & calida absq; zuccharo in principio paroxysmi quam ipsa aqua hordei. causa; quia illa est simplex non cibalis, non impediens naturam sua actuali caliditate humores digerens: & maxime si dabitur in parua quantitate: quia sic cito euaporabit: nam, si in magna dabitur quantitate; nocere poterit; quia intus retinebitur, & sua possibili frigiditate erit causa ingrossationis humorum, & lædet uiscera, & huiusmodi. item ab ea abstinendum in principio. quod, si aliqui eam exhibent, aut aliam; faciunt plus ad complacendū lasciuitati infirmorum: & hoc nisi fuerit ugens causa. post autem principium paroxysmi conuenientius dabitur. & tu pro his recurre ad ea, quæ de potu aquæ dicta sunt supra in principio capituli.

Secundus canon principalis est, quod, quando cum febre coniungitur dolor capitis, & remissus; tunc prima intentio debet esse ad febrem, quod, si cōtingat ipsum ualde esse in-

A tensum ita, ut faciat redire febrē declinantem ad augmentum per inflammationem, quam facit in spiritibus, & per acuitionem factam in humoribus; tunc oportet, ut sedetur dolor usq; ad applicationem opiatorum domesticorum; etiam si fortitudo, & intolerabilitas ipsius te coget ad ea administranda. & causa duorum primorum est; quia semper est attendendum ad id, quod magis molestat ex canone generali superius posito.

Tertius principalis est, quod per urinam ictericam id est dominium multæ cholera ostendentem, & multam inflammationem dubitabitur de apostemate scilicet futuro in hepate propter fortem inflammationem fieri in hepate ex caliditate febrili, ex qua aptum est ad se multos trahere humores: tunc debet medicus prius intendere ad extinguendam febrem cum extinctiuis; ut syr. acetoso, aqua hordei, & huiusmodi: deinde ad sedationem inflammationis ipsius hepatis, uel ad remotionem alterius dispositionis ipsius, si fuerit oppilatio: aut aliquod tale cum his, quæ in casu hepatis conueniunt.

B Quartus, quando cum febre coniuncta fuerit colica leuis per exiccationem fœcum factam à calore febrili; tunc intentio debet esse primò ad febrem, secundò ad colicam. in quo casu dare poteris aquam hordei lauante, & abstergentem, & humectantem fœces induratas, & remittet de calore febrili. & hunc canonem uoluit Aui. i. 6. tertii de cura colicæ ex fœcum retentione. quod, si colica fuerit fortis tunc non aperietur uia intestinorum cum leuibus, ut aqua hordei, & syr. acetoso: quia hæc leuia fortem non aperiet oppilationem; imo oportet, ut dentur fortia in aperiendos; ut est ius galli decrepiti medicinale, cum quo decoquuntur polypodium, epithymus, & huiusmodi, ut Mesue de simplicibus pulcherrimè docet: & tu ibi: aut ius purum faciendo ipsum lenitiuum, & unctuosum; quia accipiendò partē eius magis unctuosam, aut gallum pingue, & res unctuosas, aut commiscendo pinguedinem cum eius decoctione. q̄, si per eis unctuositatem augebitur se. minus nocuum erit, q̄, si uidebitur deinde post recessum doloris, q̄ propter ipsum, & propter calorem febrilem remanserit inflammatio; tunc da aquam hordei, & hæc administrabis per inferius, aut superius, ut uidebitur.

C Quintus, quod canones, qui dicti sunt, maxime uerificantur in adultis: nam, si fuerit lactans; oportet, ut lac lactantis alteretur.

Sextus, q̄ febrientes in æstate febre frigida, quia phlegmatica, aut melancholica, non debent delectari aere frigido, ac uentoso, & facere aperire fenestras: & maxime quando sentiunt se uelle sudare; quia per aerē frigidum prohibetur uapores grossi à sua resolutione, & fit oppilatio in poris cutis. quare fit conuersio eorum ad intra, & sic augetur febris. ubi autem febris esset cholericæ, & inflammatiua, melius tolerari posset.

Septimus canon, quod febris putrida superueniens ei ex dimissione consuetudinis; quoniam consuetus est exercitari, balnari, & huiusmodi (quapropter retetæ sunt superfluitates solitæ ex tali exercitio) euacuatio non est magni timoris: nam ipso redeunte ad consuetudinem, uel ad aliud proportionale curabitur. quæ autem est periculosior aliis paribus, an quæ ex causis uenit primitiuis, an ex antecedentibus, considera, & est locus speculationis.

Postremò propter dicta Aui. dicā aliquid primò de solutiuis de quibus in hoc cap. ponit octo ordines: secundò de troc. de quibus etiam mentionem facit in fine capituli.

Et pro primo expediendo dico, q̄ communiter non utimur his in febribus putridis; sicut in cholericis: tamarindis, rhabarbaro, scamonea, manna, cassia, in phlegmaticis turbit, agarico, & sic de aliis, ut apparebit suis propriis rubricis: & de ipsis supra quarto capitulo.

Et pro secundo dico ponendo aliquos canones primus, quod troc. frigidi, & sicci in principio febrium calidarum non competunt; quia sunt coarctatiui, & constrictiui materiaz, ut supra de zuccharo rosa. secundus, quod in febre calida, cui coniungit multa stomachi inflammatio, possunt competere in principio trochisci frigidi constrictiui lenitiui. patet; quia tales extinguunt inflammationem illam. &

est iuuamentum maius nocumento. Tertius, ubi non sit tanta indigentia eorum, sed talis inflammatio possit cum syr. & decoctionibus auferri; melius est, ut dimittantur. dixi ubi &c. & hoc quia ipsi fortiores sunt syr. & decoctionibus.

Quartus, quod in fine febrium calidarum competunt trochif. frigidi stiptici, remouendo inflammationem, quæ remansit post digestionem, & euacuationem, & membra confortant, & residuum materierum forsitan exsiccant. ideò dixit Auic. post digestionem, & euacuationem.

De trochif. uerò calidis, quibus utimur in febribus frigidis. Canones.

Primus, quod in principio non competunt trochif. calidi uehementer aperitiui; quoniam materiam agitant, & eã difformiter exsiccant, & ingrossant. secundus in principio febrium frigidarum uti possumus trochif. leniter aperitiuis, & proprie si materia in stomacho fuerit. tertius, quod, ubi materia fuerit in uenis remotis, meliores sunt syr. ipsis trochi. quoniam syr. & decoctiones melius penetrant. quartus in febribus frigidis in processu, & in fine principij possunt concedi trochi. fortiores, & aperitiui, & eductiui; quia uic tunc sunt aperta: & in summa sunt suspecti in principio. cecidit autem usus eorum; quia sunt facti apud multos abominabiles, & gratiores sunt syr. aut decoctiones. apud non nullos gratiores sunt, & ego eis utor etiam infirmis meis, & ut melius penetrent post eorum assumptionem exhibeo aquam sublimatam, aut uiolarum, aut absinthij, aut endiuie, aut lupulorum, & huiusmodi, ut conuenit proposito. & hæc de cura febrium in generali tibi sufficiant, si his omnibus addidero casum medicinale hos dictos canones secundum ordinem comprehendentem.

Nota huc casum.

Casus in terminis. Papinianus noster ætate. xxxij. annorum, uel circa uirtute totius naturaliter fortis ualde; licet nunc ex ipsa febre sit debilitatus non multum stomachi declinantis ad calidum parumper circa principium primi cum intestinorum suorum sensibilitate notabili hepatis calidi ad secundum, & multi sanguinis, ac cholerae factiui, cordis calidi non multum tamen, renum calidorum in primo, cerebri in qualitatibus temperati, cõplexione sanguineus, cum participatione multæ cholerae consueta ad fundum stomachi eius sæpe regurgitare, habitudine carnosus cum carnositate dura, & in spermaticis plus, quam mediocriter se habens, musculosus multum, uitã ducens nobilem, ac satis quietam, siue ociosam; & si interdum se ad exercitia conferat nobilium, ut ad uenationes, & huiusmodi, bis in die comedere consuetus, & non plus, quam mediocriter, licet excesserit in ætate ista, ut statim, uentre satis lubricus, multis repletus humoribus, & maxime cholera uitellina, non tamen multum grossa, accidentibus animi non multum molestatus, medicaminum assumptionibus non multum consuetus, regione meridionalis, iam in tempore æstiuo satis rabido ante apparitionem caniculæ per dies. xv. patitur febrem putridam continuam ex cholera uitellina non multum grossa mixta sanguini, quod comprehenditur per urinam esse citrinam rubeam non multum inflammata, & per alia signa de febre tertiana cõtinaua suo posita capitulo propter inordinatum regimen ex parte sex rerum non naturalium, præcipue cibi, & potus: nam ex usu rerum frigidarum, præcipue fructuum, & aquæ frigidæ nõ parum phlegmatis multiplicauit grossi, & non multum, ac ex complexione, ipsa etiam iuuante aere multiplicat cholera uitellina. unde ex commixtione phlegmatis cum ea facta est cholera uitellina in ipso hepate sic genita. item ad febrem ipsius generationem concurrebat inordinatum regimen ex parte motus & quietis. unde die primo mensis huius colluctauit: nec non in ludopila magna se fortiter exercuit: unde fortiter supercalefactus fuit uehementer ex tali exercitio, & motu forti, & copioso sudore sudauit. deinde umbram quæsiuit, & locum uetosum, in quo expectauit refrigeriũ. accidit itaq; quod humores in uenis, & arterijs eius sic supercalefacti sunt, unde ab eis eleuati sunt uapores multi calidi extranei, & a regimine naturæ admodum derelicti, qui eum per poros cutis egredi debuissent, & inuenissent ipsos clausos propter aeris circumstantem frigiditatem, ac quia primi uapores ue-

nientes frigiditate nedum aeris, sed cutis, infrigidati sunt, & ingrossati; in poris ipsis accidit oppilatio, per quam facta est prohibita ipsorum uaporum transpiratio. unde ad interiora conuersi sic extraneati, & ad ipsos humores uenientes, amplius posuerunt eos in ebullitione, ad quam secuta est extraneatio etiam ab eis uaporibus extraneis, ad quam extraneationem secuta est putrefactio, & ad ipsam putrefactionem eleuatio uaporum putridorum ad cor ipsum alterantium: deinde effusorum ab eo per uenas, & arterias mediante spiritu magis, & sanguine in totum corpus, ut in principio de definitione febris, & impediendum operationes omnes. unde læsio in toto secuta est, quæ febris dicitur, & continua, & putrida, ut supra definitum est de ipsis. Ex quibus comprehenditur, quæ fuerit causa primitiua ipsius febris; quia inordinatum regimen, ut supra. secundò quæ fuerit causa antecedens; quia materia cholericæ sanguini mixta in uenis hepatis principaliter contenta, ac in uenis, quæ sunt ante, & post ipsum hepar stans sic sub forma causæ antecedentis, quæ scilicet non est putrefacta; apta tamen in putridam transire. coniuncta uerò est ipsa materia cholericæ dicta in uenis putrefacta, siue uapor putridus ab ea eleuatus. & ex his quidem causis materialibus coniunguntur necessariò aliæ materiæ pro parte ipsam fouentes febrem. & sunt, ut supra. i. cap. uapor grossus fœculentus, corruptus, ac malus eleuatus à fœcibus, & partibus mucosis, & alijs materiæ: ut quæ intestinis, stomacho, aut meseraicis reperiuntur. alia est uapor satis grossus eleuatus à parte ferofa aquosa, & unctiosa sanguinis. alia est uapor subtilis ualde, qui eleuatur ad poros cutis per ambitum totius, & insensibiliter per illos expellitur: & hæc diffusius supra. i. capitulo: & tu ibi. Huic autem febre coniunguntur hæc quinque accidentia: primum est dolor capitis, qui febrem sequitur, ut umbra corpus: secundum sitis intensa: tertiu est, quædam nausea aliquando ipsum infestans: quartum mordicatio percepta in intestinis, maxime in motu paroxysmi: quintum dolor cholicus, à quo ut frequenter infestatur.

Cui Siculus noster iã ex canonibus suprapositis doctus ea, qua charitate medicum decet succurrere deliberauit. uenitque ad eum secunda die mensis, quæ fuit dies minoris afflictionis hora uigesima secunda, & statim considerauit ex i. canone, quod, quia uirtus erat fortis, & accidentia, aut febris ipsa non erant multum infestantia; intentio maior erat ad causam febris, quam ad ipsam febrem. uerum, cū febris ipsa etiam intensa sit, & molestans, notabiliter eius intentionem, & si minorem fecit; non postergauit. ideòq; cõuertens se ad causam principaliter considerabat causas primitiuas, quæ, cum amplius non sint, contra eas operari non potest; sed saltem sumit ab eis iudicium de prognostico fiendo: quoniam alijs paribus citius curatur æger, quam quando febris à causis uenit interioribus, sicut est de alijs morbis uidere. secundò amplectitur causam antecedentem, & pro parte coniuncta, ac materias, quæ necessariò his coniunguntur. contra quas procedit primò cum ordinatione dietæ, & est canon de primo ordine. ordinauit enim eam ad cõtrarium causæ: ut quia frigidam in secundo, declinantem ad humidum, etiam propter ipsam febrem ut febris, quæ est exiccatiua: nam, ut dictum est, eius intentio non debet postergari; pro qua dietæ recurre supra. 3. cap. secundò ordinauit lenitiuum immediatè sibi fieri debere. & lenitiuum fuit clystere ex bliti, malua, & huiusmodi, de quo supra. & quia Papinianus clystere abhorruit, neque profuerunt persuasiones Siculi, & astantium ad eum recipiendum, quod etiã præeligere debuerat; ordinauit ei lenitiuum ex. 3. i. s. manna, uel casia cum aqua hordei. quam cum accepisset hora uigesima tertia; ordinauit, quod eius cœnam tardaret usq; ad horas tres noctis: deinde tardaret eius somnum usq; ad sex horas eiusdem noctis, de quo somno quando conferat, & quando non, habuisti in canone: sed pertinet ad ordinationem dietæ. quod si accepisset clystere; poterat cœnare in uigesima quarta hora, & principiare somnum in secunda hora. & hoc lenitiuum ordinauit principaliter ad leniendũ intestina, & abstergendum, & educendum materias, quæ sunt necessariò materiæ febris coniunctæ. cœnam aut ordinauit ex bliti, lactuca factis in brodio pulli macri cū modi-

co micæ panis, etiam ad iuuandam uentris lenitionem. tertia uerò die mane in aurora dedit syr. acetosi unc. ii. cum aqua uiolarum unc. iiii. ut per ipsum remitteretur calor febrilis, uenter leniretur, & materiæ communes febrem fouentes educerentur. ualuit etiam ad sitim extinguendam, & contra nauseam, & alia accidentia, ut dicitur. & ordinauit confectionem de triasandalis, & manuschristi perlatum, sandalizatum in refrigerium, quod dabat etiã cum aqua hordei. sero autem facto, & febre iam remissa, cuius initium paroxysmi fuerat circa circa. xiiii. horam, cum iam comprehendisset ipsam esse in declinatione manifesta; leues ordinauit fricationes in extremis, ut pori tenerentur aperti, ut ueniẽtes uapores mali habilis transpirare possent: & in fine apparuit sudor roridus, & cum dimisit naturæ; ne ex datione sudatorii læderetur, ut in canone dictum est, sed fecit ipsum exsiccare cum pannis lineis tepidis: deinde coenam ordinauit. stetitq; sic una nocte. die uerò quarta, quæ erat dies minoris afflictionis ordinauit sibi dari in aurora aquam hordei cum decoctione pauci foeniculi ad remittendum calorem febrilem, ad abstergendum, leniendum, ad leuiter prouocandas materias serofas, & aquosas sanguinis iam super calefactas, de quibus actum est. ueniente autem hora tertiam ordinauit ipsum phlebotomari debere, & considerauit ex canone de tertio ordine, quòd, cum sanguis esset cū aliis humoribus mixtus; non fieret phlebotomia copiosa, sed minoratiua, ut per ipsam minoraretur materia ipsa cum sanguine egrediente. & sic extraxit unc. vi. usq; ad. vii. sanguinis: deinde fecit ipsum quiescere per horam cum media, & dedit sibi prandium, & ea die somno eum prohibuit. sero autem dedit ante coenam per duas horas syr. acetosum cum aqua uiolarum loco digestiui, lenitiui, & extinctiui. quinta uerò die incepit sibi dare digestiuum fortius; quia syr. acetosum cum una, uel duabus radicibus, & aqua endiuia, & acetosa, & continuauit quinque diebus continuis, & iterum ordinabat uentris lenitiua. quòd, si cum clysteri esse potuisset, melius: & hic saltem alternis diebus scilicet minoris afflictionis. sed quia ipsum abhorruit; dabat sibi pilulas duas de aloe solo loto cum decoctione seminum frigidorum, & carthami, & hyssopi alternis diebus ante coenam per duas horas in die maioris afflictionis: quoniam operatio earum esse debebat in die minoris afflictionis, & habebat affellas duas ex eis. ueniente autem die decima, & apparentibus signis digestionis ordinauit minoratiuũ propriũ ex cassiæ unc. i. s. electuarii de succo rosa. dra. i. & hoc quia pauper, & cassiam extrahi fecit cum decoctione prunorũ, & tamarindorum. quòd, si fuisset diues; dedisset mannam, rhabarbarum infusum. & habuit ex eo sedes quinque. sequenti autem die dedit aquam hordei calidam in mane tempore exhibitionis digestiui cum pauco zucchari ad lauandas, & abstergendas materias in uis communibus retentas, quas medicina non eduxit. & hic aduerte errorem illorum, qui exhibent die sequenti syrup. nam, ut patet, faciunt tales materias ad intra uenas penetrare.

Transacta autem die. xii. dedit syrup. uigorosorem, ut syr. de bizantiis, acetosum cum aquis dictis. & nota, quòd iã euacuationibus supra factis magis de materia subtili sit euacuatum, quòd remanens materia est magis grossa ab eo, quod fuit à principio. & ideò digestiua continuè deberet procedere fortiora subtiliatiua magis: & ideò in frigiditate remissiori, quia etiam caliditas continuè præternaturam remittitur. processitq; usque ad diem decimamoctauam, & post ipsam dedit minoratiuũ fortis ex electuario succi ros. drach. i. s. indi drach. ii. s. cum aqua endiuia. & ex eo habuit sedes quinque copiosas, tres ante prandium, & duas post prandium. & hic nota, quòd, quando dantur talia solutiua non lenitiua, quia fortia; dādum est lauatiuum ex aqua hordei, maximè quando ante prandium ter operatum est, & nō aliter: nam, si bis tantum; non detur. & ideò dedit lauatiuũ post autem assumptionem solutiui per horas quatuor, & horam mediam post assumptionem lauatiui ordinauit prandium pur ex bliti, lactuca, ad leniendam, remittendam malam qualitatem pharmaci, ac humorum motorum ab ipso pharmaco. & sequenti uie dedit aquam hordei, ut supra, & interim instabat alternis diebus cum lenitiuis: & melius si

A cum clysteri fieri posset; nam Auic. Et apud me magis dilectum est administratio clysteriorum. & incepit dare tro. de ros. & de spodio, de quibus actum in canonibus. deinde, cū comprehendit materiam esse digestam multum, & iã quasi transfret status; ordinauit eradicatiuum. quòd, cum materia esset multum minorata; dedit pharmacum nunc dictum pro eradicatio. deinde incepit uti prouocatiuis urinæ, & dedit syr. de quinq; radicibus acetosum cū syr. de endiuia, aqua endiuia, & lupulorum, & cōtinuauit quinq; diebus. deinde uenit ad sudatoria intrinseca dādo aquam hordei cum decoctione foeniculi pauci, & uino albo uinoso aromatico ita, quod totum sit calidum ualde cum modico zucchari. unde & per prouocatiua urinæ, & sudoris facta est magna euacuatio, & ipsius liberatio. & sic in summa habes conclusionem.

Canones. Primus est conuersio ad causam febris: secundus est dietæ ordinatio: tertius est uentris lenitio: quartus est euacuatio per phlebotomiam: quintus est digestio reiterata: sextus euacuatio reiterata: septimus urine prouocatio: octauus sudatorii exhibitio.

B Restat ultimò canon generalis, qui est accidentium correctio, qui sub se tot habet speciales, quot sunt & accidentia ipsa: & est nonus in ordine. primum accidens fuit dolor capitis, qui cum remissus esset, & non cogens Siculum ad diuertendam rectam curam primò intentus fuit febre, deinde dolori, & aliis accidentibus, ut infra succurretur, dum dicitur de regimine accidentium febrium acutarum. & tu ibi. hic tamen nota propter canonem positum, quod aliquādo propter nauseam dabat aquam tepidam cum syrupo acetoso, & eum mebat magnam quantitatem cholerae uitellinae, & phlegmatis indigesti, ex quorum euacuatione multum abbreviabat: & hoc ter, & quater quandoq; in hebdomada secundum, quod magis, & minus ab ea nausea infestabatur.

C De siti autem iam habes, quomodo aquam hordei, aut frigidam dare poteris: & de eius exhibitione satis plenè in hoc cap. ubi dictum fuit, quod in stomacho calido, in quo non dubitatur de eius acetositate, si commiscetur cum syr. acetoso, securè dari poterit. & ideò Siculus noster dabat quantitatem notabilem sibi in extinctione sitis: & quia erat lenitiuũ optimum, ac digestiuum, nullum ex inde ueniens nocumentum de quo curandum foret: nam colica erat remissa, & ueniens ex fœcum refectione. & quia hæc potio est lenitiua; & ideò etiam colicæ contulit. & tu ad hoc considera. nec mireris, si longus fui; quoniam uolo, ut iste casus sic positus sit tibi sicut exemplar in omnibus aliis casibus de febribus ipsis putridis, de quibus infra. unde non habebis nisi uariare remedia proposito, & materiæ congruentia, de quibus gratia saluationis ad plenum infra in suis propriis cap. Iesu gratias.

De febribus acutis, peracutis, & perperacutis, non pestiferis, & eorum accidentibus, continens rubricas. 24. Cap. 8.

De descriptionibus, causis, signis, & cura ipsarum febrium. Rub. 1.

D **EXPEDITVS** de putridis, siue humoralibus in generali ad acutas, peracutas, & perperacutas uenio non pestiferas de eis specialiter, ut de aliis locuturus. & iuxta promissa in principio primò earum omnium iam dictarum sua inscribetur descriptio; deinde alia septem de eis aperiam, ut in totum tibi satisfaciam. Febris acuta absolute est febris ordinati motus ex se periculosa, magnè inflammationis, cum sæuitate accidentium, cito ad statum perueniens. cuius causa secundum plurimum est materia cholericæ in uenis clausa in quatuordecim diebus diiudicata. & dicitur absolute; quoniam hic non definitur acutè non absolute. propter quod nota, quòd febrium acutarum quædam dicuntur absolute acuta: & sunt illæ, de quibus actum est in descriptione: quarum terminus à parte post est dies decimus quartus. quòd, si transeunt illum; tunc ingrediuntur spacium acutarum non absolute, quarum terminus est uiginti dierum, & usq; ad quadraginta: de quibus statim. possunt autem ante quatuordecim terminari, ut in decimanona, & huiusmodi: sed positum est ly secundum plurimum, ut cadat super totum sequens. reperiuntur & febres acutæ, quarum terminus à parte post secundum plurimum est dies quartus: &

Cano. Sauo. D 3 hæc

si lino
and
non
sul
Quid fe
ipon and
23

Quid fe
bris acuta
absoluta.

Quid fe-
bris acuta
non abso-
lue.
Quid fe-
bris tropi-
ca.

hæc à modernis dicuntur perperacutæ. aliæ, quarum terminus à parte post est dies septimus: & istæ appellantur peracutæ, & hæc duæ sine multiplicatione tot terminorum sub acutis absolute à nobis comprehenduntur: nam cura earum non differt à cura acutarum absolute, nisi secundum intesum, & remissum, ut dicitur. acutæ autem non absolute, quarum terminus est à parte post usque ad uigesimum, & à uigesimo usque ad quadragesimum, cum terminatur in uigesimo; dicuntur acutæ non absolute: cum uero inter uigesimum, & quadragesimum; dicuntur à modernis tropicæ, siue conuersiue ad similitudinem conuersionis solis in tropicis suis scilicet æstiuæ, qui fit quando ingreditur principium cancri circa medium mensis Iunij: quo tempore sol à nobis elongatur: aut hyemali, qui fit, quando sol ingreditur principium capricorni circa medium Decembris, quo tempore sol appropinquat nobis. unde, quando fe. acuta absolute non terminatur in xiiii. sed uenit ad .20. tunc usque ad illud tempus sibi reseruat nomen acutæ; licet non sit talis absolute. quod, si in ea non terminatur; tunc incipiens se elongare à natura acutarum, & intendere ad naturam, & terminum chronicarum, tropicæ dicta est se elongans ab acuta, & conuertens se ad chronicam; sicuti sol in suis tropicis se elongat à nobis, & quando que se conuertit ad nos. & est hæc sententia Conciliatoris nostri Patavi primo problematū problemate. 26. & si quis uellet definire peracutas, & perperacutas distincte ab acutis, potest; & ponat in descriptionibus ipsis omnes particulas de acuta, excepto quod in peracuta dicat cuius &c. in septem diebus diiudicata, & in perperacuta, cuius &c. in quatuor diebus diiudicata: sed hæc satis friuola practicante denuncio. medico autem de nominibus disceptare non est utile, neque debet, ut prima primi decima sexta. 5. ca. dicitur ordinati motus; quoniam ipsa procedit à principio usque ad finem cum sua fortitudine ex parte accidentium, et aliorum. acutæ uero non absolute, & acutæ tropicæ procedunt inordinatè ex parte fortitudinis, & debilitatis: nam quandoque sunt fortes, quandoque debiles, quandoque reddunt modò ad fortitudinem, modò ad debilitatè. dicitur ex se; quia in sua essentia est talis; dato, quod aliquando euadat infirmus. unde semper medicus de talibus debet pronunciare periculum. & ideò canebat benè senex noster. 2. aphorismorum aphor. 19. Acutorum morborum non omnino certè pronuntiationes fiunt neque fanitatis, neque mortis. dicitur magnæ inflammationis; quoniam, ut statim dicitur, causa earum est materia calida ualde. ex quo inferitur, quod aliqua pestilentialis est non acuta. patet; quoniam, ut infra de feb. pestilentiali, in aliqua pulsus non uariatur multum à pulsu sano: similiter nec urina item, & alia accidentia sunt remissa. dicitur cum sequitate accidentium &c. & in hoc distinguitur à chronica, itè ab ephemera, & tertiana pura. dicitur cito, & cæt. nam propter eius periculositatem, & accidentium acuitatem necessarium est, quod aut natura uincat, & moueatur ad expellendam materiam malam ipsam opprimentem faciendo crism: aut quod cito uincatur à morbo absque aliqua euacuatione. dicitur cuius causa; nam secundum plurimum est materia cholericæ mala subtilis, ignea, inflammata, corrupta, ad intra uenas putrescens. Auerois. 7. colliget: quod in egritudinibus peracutis pro maiori parte humores corrumpuntur circa orificium stomachi, & hepatis. ex quo inferitur, quod, cum talis materia sit elongata multum à natura sanguinis; secundum plurimum non competet phlebotomia. est & quadoque causa eius ipsa cholera sanguini mixta: quo casu competet phlebotomia. & illud ex urina comprehenditur, quæ est rubra tendens ad roseum. quandoque causa est sanguis ad intra uenas putrescens; ut in synocho; quandoque sanguis sola quantitate peccans; ut in synocha; quandoque materia propinqua cordi extra uenas putrescens, & febrem faciens: quandoque phlegma salsum; ut in causone. ita quod synochus, synocha, causon, tertiana continua, cum sequitate accidentium; quia. scilicet. fit de cholera acuta, inter acutas numerari habent. & dicitur clausa; quoniam non inconuenit, quod materia cholericæ ad extra uenas putrescens tertianam facies interpolatam, sit aliquantatè malignitatis, quod ipsa acutam faciat febrem: sed hoc quam rarissimè contingit: nam interpolatæ ut plurimum sunt chronicæ. quæ febris chronica sic potest describi cum Gal. 2. de

E criticis. Febris chronica est, quæ incipit à principio sui motu graui, & tardè: deinde prolongatur, & non accidit in eo, quod est intra illius spacium mutatio subita, quæ est crisis. & subdit Gal. quod quæ est continua, numerat in numero februm acutarum tropicarum, siue conuersuarum: sed quæ est interpolata, est ex generibus chronicarum. potest & chronica describi per particulas oppositas particulis acutæ: & tu considera. dicitur in quatuordecim diebus diiudicata iuxta illud Hippo. 2. apho. aph. 23. Acutæ ægritudines in xiiii. diebus diiudicantur; quia criticè terminantur ad bonum. scilicet. aut ad malum. & ut dictum est, hic est terminus à parte post: unde, quoniam non fit crisis completa, aut diminuta in ea die; tunc transtertur terminus, & de acuta absolute transit ad acutam non absolute, & debilitatur uirtus eius. & ideò tardatur motus. ex dictis aut patet consideranti, quid respondendum est interroganti, nedum quid est febris acuta; uerum & quis sit acutus morbus. tu itaque, cum comprehendis ex notificatione iam posita, quod febris est acuta; statim ex signis uisis iudicabis, quod ipsa est de numero alicuius dictarum, & statim, sicut discurrendo per ipsa signa argues materiam cholericam mixtam aut non mixtam, prasinam, aut non adustam, aut non sanguineam, aut non ex phlegmate falso, aut non. unde uolo tibi hic sufficere tantum dictum esse de signis demonstratiuis eius: nam signa demonstratiua eius sunt signa demonstratiua, quæ posita sunt in capitulis februm iam nominatarum. & ideò, ne longus fiam, & idem bis replicem; pro his te ad ea transferas capitula. item ad eam manifestandam maxime conferrent accidètia eius, quorum curam prosequar in hoc cap. unde sic in summa habes de causis factiuis eius antecedentibus, & coniuñctis.

F De primitiuis aut dicendum, quod omne illud, quod est causa factiua siue cholera acuta, & talium accidentium multiplicatiua est causa primitiua: & de his plenè in capitulis februm nunc pauillò ante nominatarum. & sic expeditus de primo; quia de notificatione: & de secundo; quia de causis: & de tertio; quia de signis demonstratiuis, uenio ad quartum; quia ad signa temporum morbi. & quia supra. 2. ca. de eis ad plenum dixi, ut omnibus capitulis in paucis hoc loco satisfacerem; ideò mihi sufficere uidetur, si te ad eum remitto locum: & tu ibi.

G SIGNA PROGNOSTICA sunt nota primò, quod non est possibile medicum peruenire ad cognitionem dispositionis ægri, an. scilicet. saluetur, aut non, nisi cognoscat ista tria. scilicet. quantitatem ægritudinis, & quantitatem uirtutis ægri, & statum ægritudinis. sicut non est possibile scire aliquem de esse portatoris, super quem est onus, ut possit peruenire cum eo ad locum, quem uult, nisi sciat quantitatem uirtutis portatoris, & quantitatem grauedinis oneris, & quantitatem spatii uia. mors autem, & uita significantur per dispositiones uirtutis, & signa alterationis uniuscuiusque duarum rerum & sui contrarii. Aui. secunda quarti autoritate Gal. de signis, quod ægritudo consumetur crisi, aut resolutione. & ponendo signa prognostica ponam aliqua, & non omnia de ipsis: nam sic esset quasi hic ponere librum prognosticorum, aut secundum quarti Auicenis patieris itaque, si tot de eis hic scribam, quod tibi sufficere putem: & ea scribam, quæ medicis prius occurrere consueuerunt, ut sunt sumpta à facie, & partibus capitis.

H Nota itaque primò faciem ægrotantis; nam, cum in febre acuta uides faciem eius; quamprimum debes notare fuisse factam tornatilem, & in duobus, aut tribus diebus, est signum malum: quia significat uehementiam caliditatis præternaturam supra humidum, & membra exsiccantur, & consumuntur, cui uirtus resistere non potuit, & ut plurimum terminatur ad mortem. & hic attende, ne decipiaris, quod talis facies non euenit propter nimiam uigiliam, propter superfluum fluxum uentris, & huiusmodi: item denigratio faciei subito facta, signum mortificationis caloris innati. & ego uidi aliquos febricitantes febre acuta, quibus superuenerunt in facie, & pomis maxillarum maculæ nigrae: & mortui sunt. & de tali prognostico euasi cum magno honore.

Quando in febre acuta infirmus non uidet; est signum mortiferum. & quando in febre acuta accidit strabositas; est signum malum ualde. item, cum fugit oculus lumen uidere in tali

tali febre; malum. quòd, si maximè tenebram diligit; mortale: significat enim casum uirtutis animalis: & hoc intellige, si tenebram non diligit propter dolorem fortem, & huiusmodi. & intuitus stans absq; palpitatione, & motu, malus. & lippitudo sicca mala ualde. & hæc de oculis.

Ad nasum me conuertens dico, quòd tortuositas eius mala in febre acuta: & significat propinquitatem mortis. & causa in ea est spasmus, & applanatio similiter mala. & distillatio aquæ citrinæ ex naso in febribus acutis fortasse est significatio propinquitatis mortis. Auic. & cum infirmus assidue mittit digitum suum ad nasum, quasi mundificet eum absq; causa, est signum non bonum. aduentus doloris auris in febre acuta est timorofus, & est mortalis, nisi currat aliquid, & quiescat, & illud in senibus: in iuuenibus autem cū fit, moriuntur, antequam saniem faciat propter uehementiam sensuum eorum. & quando exiccatur in primis lingua, deinde exasperatur cum statu, deinde denigratur; est mortale, & propriè in. xiiij. denigratio autem eius in febre acutis est mala: scissio labiorum in febre acuta superfluitatem significat inflammationis, & quandoque crism. quòd si fiet cum alleuiatione, & in die critica; bonum. quando in feb. acutis egreditur per os foetor malus; mortale: significat enim corruptionem humorum omnium. & hic attende, ne decipiaris, quòd non fit ex re corrupta in corpore existente, ut in retentione secundinæ. uox fortis ualde bona, & loquela ordinata bona: contrarium malum. quando contrahuntur testiculi, & uirga in febre acuta; est signum mortale.

Quoniam infirmus non potest dormire in nocte; sed in die sic, & non est causa manifesta aliqua; signum malum: nam est signum corruptionis cerebri qualitercunque fit. Auic. Somnus profundus propter debilitatem uirtutis malus: & ideò, cum uides senem febrientem multum dormire; non confidas. dolor uehemens in uisceribus in febre acuta malum: significat enim adustionem uehementem. quando in principio acutæ febris apparet frigiditas extremorum; est signum malum, & mortale. obfuscatio digitorum, & unguium est signum mortale. collectio palarum est signum malum, & caue, ne decipiaris propter læsionem cerebri ab alio, quam à febre. quando infirmus resupinè iacet, & sic diligit iacere non ex consuetudine, & quod ponitur super situm debitum, & in eo non stat; sed statim mouetur, ut resupinè iaceat, & diligit discooperire extrema absque caliditate manifesta, & ipsa inordinatè proicit; est signum malum significans angustiam magnam, & debilitatem. & his finem faciens; ne in longum prodeam, subiugam tantummodo signa ipsa ab anhelitu: cum statim etiam medico occurrat à pulsu, & urina supra rememorando arithmetice aphorismos Hippo. de materia loquentes.

Quando febricitantes febre acuta habent anhelitum frigidum; malum: significant enim caloris innati mortificationem. anhelitus interceptus similis anhelitui flentis malum. pulsus gazelans cum debilitate uirtutis malum. pulsus martellinus, siue formicans, & uehementis serenitatis, idest, diuersus cum magna duritie malus.

De urina dicatur, quòd ipsa ex se non est signum efficax; imò quandoque in ægritudinibus pestilentialibus est bona naturalis in substantia sua in colore, & sedimine: & iste, cuius est, tendit ad mortem Auic. secunda quarti de iudiciis urinae, & subdit. & scias, quòd multoties mingunt infirmi urinas malas in colore, & substantia, & aliis, & est illud expulso critica, & propriè in ægritudinibus acutis: quarum causa est hepar, & partes iuxta ipsum. tu tamen scito, quòd, quando est bona cum aliis signis bonis; bonum: quando mala; malum. quando urina retinetur, aut parum mingitur in febribus acutis; signum malum: significat enim pugnam uehementem ægritudinis, & naturæ, quæ uincitur, & uincit, & significat laborem in nocte, & significat grossitudinem materie, & quòd difficulter suscipit digestionem, etiam in quietis febribus significat longitudinem. quando urina mingitur subtilis, & in grossam conuertitur in febre uehementis adustionis cum signis malis: significat inflammationem in hepate, aut corde. & clarificatio urinae grossæ ante crism signum non bonum. urina grossa turbulenta, in qua non residet aliquid, & non clarificatur, significat ebullitionem hu-

A moris propter uehementiam caliditatis extraneæ, & debilitatem innatæ digerentis, quapropter est mala. urina nigra in febribus acutis, nisi aliunde uenerit; ut ex renibus, matrice, & hmoi; mortalis, & pauca cæteris paribus deterior significans maiorem humiditatis consumptionem, & quanto grossior, tanto deterior. & breuiter aquosa perseverans foetida, nigra, grossa mala: rubea uerò cum rubedine subtili cū signis malis significat mortis uelocitatem. hic uolo hæc pauca ut frequentius occurreret tibi de signis prognosticis malis sufficere, & de signis bonis sic breuiter dicam cum Auic. secunda quarti de rememoratione signorum bonorum.

Signa bona sunt tolerantia ægritudinis, fortitudo uirtutis, similitudo formæ ei quando sanus erat, etiam si accidentia fortia sunt, bonitas pulsus, & eius fortitudo, apparitio signorum digestionis, bonitas crisis, & alleuiatio post eam, bonitas anhelitus, facilitas tolerantia dispositionum timorofarum, quæ accidit ei, leuitas post somnū bona. & de signis bonis naturalibus est bonitas situs iacendi, & somnus naturalis. & scias, quòd signa cum salute uirtutis salutem significant festinam. & cum debilitate eius, significant sanitatem tardam. ex Hipp. nostro habes de prognosticis aphorism. 4. primæ. qui crescunt. unde hic nota, quòd deterior est febris acuta in pueris, quam in iuuenibus; quia est pueris magis disproportionata, cum sint iuuenibus humidiores: senibus autem propter frigus suæ complexionis parum accidit febre acuta: mensuratur autem caliditas præter naturam ad mensuram caliditatis innatæ. & ideò, quia ipsa parua est in quali, & quanto; ideò &c. quòd, si accidat eis, est non propter complexionem eorum: sed per accidens, ut ex multiplicatione humorum acutorum ex causa primitiua, & huiusmodi. erunt itaque eis disproportionata, & in eis multum periculosa: & ut plurimum timeatur ad malum propter debilitatem uirtutis. Decimustertiæ, duodecimus tertiæ, quadragessimus secundus quartæ, quadragessimus octauus quartæ, quadragessimus nonus quartæ, quinquagesimus quartæ, quinquagesimus secundus quartæ, quinquagesimus sextus quartæ, sexagesimus quartus quartæ, sexagesimus quintus quartæ, sexagesimus sextus quartæ, sexagesimus septimus quartæ, uigessimus sextus sextæ, quinquagesimus quartus sextæ. & hos habes supra ordinatè extensos in secundo cap. & tu ibi. horum uerificationem non prosequor propter non prolixare, etiam quia non uidetur nostro proposito necessarium. sat est sic eos posituè descripsisse: & tu eorum uerificationem suis quæras locis, & prognosticis, etiam recurre infra de prognosticis in causone, ubi multa utilia inuenies huic proposito.

CANONES. licet regulariter operando debeamus primò incipere à remotione causæ iuxta illud tertio thecni. Oportet prius unamquamque causam abscindere; tamen propter uehementiam febre. aut accidens aliud forte quandoque peruertimus intentionem regularem, & intendimus, aut ad accidens ipsum, aut ad febrem ipsam, & est sententia Auic. septimo colliget. Cum itaque febres acutæ, peracutæ sint timorofæ, & uehementes; ideò prior intentio est ad febrem in ipsis, quam ad causam, cuius contrariū est in chronicis, siue non acutis. & ideò Auic. intendens curam febrium acutarum, cito se expediuit de intentionibus habendis ad causam: unde pro his remisit nos ad eas intentiones, quæ dictæ sunt de febribus putridis in generali. & extendit se multum ad intentiones habendas in febre acuta, ut febris est.

Sic itaque tibi primus canon, quòd prius attendendum est febre acuta, quam causæ eius, & maximè; quoniam intentio ad febrem, & ad causam ut plurimum non contrariantur; cum de materia secundum plurimum fiat cholericæ, ut dictum est.

Secundus canon consequens ad primū est ordinatio diætæ ad contrarium ipsius causæ. unde debet declinare ad frigidum, & humidum magis, & minus fm feb. intensiōem maiorem, aut minorem. in acutis minus aliis paribus, quam in peracutis: & sic suo modo de perperacutis, & secundum ordinem, quæ in omnibus prosequar capitulis.

Incipiam ab aere, & successiue ipsam diætam manifestabo, quo ad alias quinque non naturales res. Aer enim debet

declinare ad frigidum, & humidum: propter quod prohibenda sunt omnia, quæ ipsum calefaciunt, aut apta sunt calefacere; ut multitudo concursus hominum ad infirmum suo anhelitu aerem infirmi calefacientium; item propinquatio eorum ad ipsum. item studendum, ne locus sit paruus, & radiis solis expositus. sint parietes domus magis de creta, quàm de cemento, & magis de cemento, non tamen nouiter facta, quàm de asseribus. item conuenientior est terrena, quàm in solario. conuenit autem permutationi ipsius renouatio cū apertione fenestrarum de mane, & etiam in die specialiter à parte septentrionis; sed teneantur clausæ in die, quæ sunt orientales, meridionales, & occidentales: uerùm circa uesperas possunt orientales aperiri, per quas forte ingredietur boreas. item renouetur cum flabellis cum appensione linteaminum in camera hinc inde ductorum, & commotorum. & quidam circū circa lectum ponunt linteamina aqua frigida madefacta ad aerem frigefaciendum. quidam ingeniantur facere aquam currere tanquam paruum fluuium per cameram. hi etenim sunt nimis curiosi, & sumptuosi. communiter fit aeris frigefactio cum irroratione frequenti aquæ modico aceti in camera facta, sternendo folia salicum, matrum uiol. uitis, nenufar. ro. s. hyoscyami, semperuiuæ, & horum frigidorum. etiam dicta folia cum aqua ueri frigoris aspergendo, & renouando omni die, & bis, & ter, saltem in tempore magni æstus. item quidam ponunt calathos plenus fructibus. frigidis in camera. sed nota, quòd hoc est incitare infirmos ad eos comedendos. aliqui ingeniantur facere cadere ab alto aquam in peluim: & sic refrigerat, & somnum inducunt. multi multa alia faciunt secundum cōmoditatem rerum infrigidantium, quas habet in locis suis. tu itaq; ex his eligere poteris quasi infinitos modos. & tu considera. expedito de aere uenio ad cibum, & potum, de quorum exhibitione respectu suæ quantitatis, horæ, & ordinis, dictum est supra tertio capitulo: & hoc in febris acutis: & tu ibi.

De qualitate autem cibi dicendum, quòd debent esse frigidi, & humidi lenitiui: & etiam dari possunt frigidi ad siccum declinantes; ut succus granatorum acetosorum, berberis, agreste. cōueniunt itaq; fructus negati supra ante septimum in putridis; quoniam tunc maior erat intentio ad causam: sed hic ad febrem; ut cucurbita, melon indus dulcis, & succus eius. & dixit Auicenna. Lactuca cum aceto est ultima, & conueniens in remittendo calorem februm acutarum. carnes, & pisces conueniunt, ut supra tertio cap. quæ diuersis præparantur modis secundum patriæ diuersitatem. unde debent in casu præparari cum rebus frigidis acetosis, agrestosis, & huiusmodi faciendo sapes, gelatinas, & huiusmodi, quæ omnia habeant intentionem infrigidandi, leniendi, siue humectandi. etiam de potu dictum est tertio cap. & capitulo præcedenti: & tu ibi.

De motu, & quiete dicendum. Quies infrigidat, & motus est calefacere: uerùm, si posset ambulare; cōueniret motus suauissimus factus in aere frigefacto; quia sic magis infrigidarentur. & est problema Aristote. considera.

Somnus etiam humectat, & uigilia exiccat; sed non debet esse multus, & multum profundus; quamuis raro accidat; quoniam ut plurimum dormire non possunt. & ideò pti sana cum semine papaueris &c. ut docetur circa principiū præcedentis capituli, est conueniens ualde: & tu ibi. nō sit stratus de plumis calefacientibus; sed sit matracius de stupa, sicut fit in Alemania, aut de coto; sed melius de stupa. itē si fortis extendat culcitram super paleas, & desuper extendat linteamina nouiter lota cum aqua, & non cum lixiuio, nec se aliter cooperiat, & ipsa omni die mutet, si potēs est: hæc tamen oportet tua prudentia moderari; quia aliquando oportebit in aliquibus superponere culcitram leuem, & huiusmodi. quidam ordinant stratum de corio aere plenum, ut in Alemania, multi sternunt folia, & res odoriferas super lectum: nonnulli aliter operantur secundum diuersa eorum ingenia.

De inanitione autem, & repletione. Inanitione competit, de qua dicitur in sequētibus canonibus. repletio nocet, nisi repletio potus frigidi: nam medicus in eis non debet esse prodigus in potando, & replendo ægrum potu frigido, &

extinctiuo conuenienti, de quo in suo canone. quia coitus sub inanitione continetur; dicendum quòd ab eo omnino abstineat: nam, & si infrigidat; nimium debilitat.

Accidentia animi fugiat: quæ ipsum apta sunt inflammare; ut ira, contumelia, immoderatum gaudium, & quæ sunt apta debilitare multum; ut fortis tristitia, & huiusmodi. & ideò in his moderetur.

Tertius canon lenitio uentris: unde statim cum occurris infirmo; fac sibi clystere lenitiuū ad utilitates dictas in præcedenti cap. etiam; ut intestina præparentur solutioni fiendæ in crastinū per solutiū. itē maximè cōferret, qñ ætas, p. hiberet, aut aliquid aliud ad accipiendum pharmacum. unde in tali casu oportebit te cum iteratione clysteriorū supplere locum pharmaci. Clystere ad hoc erit factum ex succis herbarum infrigidantium iam dictarum; ut ex succo cucumeris, cucurbitæ, melonis indi, portulacæ, semperuiuæ, aut ex decoctione foliorum eius, aut foliorum lactucæ, endiuæ, blitis, & aliarum talium cum oleo rosato, aut uio. cū modico salis addendo camphoram, aut aliquid tale infrigidans. R. matrum uio. maluæ, blitis an. M. i. & si uis fortificare, addas nenufaris. M. 5. & si fortius, corticum mandragoræ quartum. M. i. bulliant ad consumptionem tertiæ partis: fiat deinde expressio, de qua colatura. R. li. i. 3. ii. camphoræ. 3. 5. sandalorum. 3. ii. olei de uiolis, aut ro. 3. iii. sal. 3. ii. & tu his addas, aut ab his minuas, ut uidebitur tibi necessariū tuo proposito.

Quartus Euacuatio: nam, cum in his febris acutis, & per maximè in perperacutis, & in peracutis materia sit furiosa, uel sicut furiosa; non debet expectari digestio: imo statim debet euacuari cum pharmaco eradicante. & hic aduerte, q̄ multi student exhibere in his medicinas benedictas multum timentes, quæ laboriosè exoluunt; ut sunt scamonea, & scamoneatæ, turbith, agaricus, & huiusmodi. & dant in hoc casu infusionem rhabarbari cum decoctione tamarindorum. 3. i. prunorum. 3. 5. decoquantur leui decoctione: deinde ponantur in pecia, & benè fricentur: & fortiter exprimantur, de qua expressione. R. 3. iii. rhabarbari. 3. iii. spicæ gr. iiii. & quia multi abhorrent spicam; loco eius ponunt squinanthum. ponatur rhabarbarum, & spica, siue squinanthum in dicta decoctione, & dimittatur stare per sex, uel octo horas: deinde coletur, & fortis fiat ductio, & expressio. mane in aurora detur cū canonibus, quibus pharmaca exhibentur. uerùm, quia hæc medicinæ faciliter educunt, & non uidentur multum à remotis trahere, & leues faciunt operationes; ideò existimo, quòd scamoneatæ nō sunt tantum uerendæ, neq; aliæ laboriosæ soluentes, maximè qñ sunt optimè consolatæ; sicut electuarium de succo ro. descriptione Mes. imo et illud Nic. quāuis non sit ita consolatū. unde cum manna, aut cassia dari poterit: ut uerbi gratia. R. manne, uel cassiæ. 3. 5. elec. de succo ro. descr. Mes. drach. iii. uel Nicol. drac. ii. 5. uel augeas dosim cassiæ, & minne electuarii. & certè tales plus proficere uidimus his, qui leuib. uisunt, ut infra de pestilentia. Et de euacuationis cholere habes ad plenum simplicia, & composita supra. 4. capitulo. tu tamē considera tenorem uirtutis, complexionem, habitudinem, & huiusmodi patientis; quia aliquis poterit tolerare &c. & aliquis non; quia multi timidi inueniuntur. De euacuatione per phlebotomiam facta iam dictum est, q̄ raro conuenit in his, nisi sit mixtio sanguinis cū humore peccate, aut sanguis ipse peccans. q̄, si conueniet; post lenitionē uentris ipsam fac: deinde da solutiū: phlebotomia. n. corpus iustissimè refrigerat; sed hic considera quā benè operantur illi qui in eadem die faciunt phlebotomiam, & pharmaciā exhibēt, ut communiter à multis obseruatur in febris pestilentialibus: de quo infra de eis, sed certè multum prosterntur uirtus, & multum addunt in debilitatem.

Quintus est digestio. & hic attēde, quæ dicta sunt in præcedenti cap. de exhibitione aquæ hordei ante digestiū: nam, ut dicebatur, debemus recurrere pro cōplemento horū canonū ad ea, quæ dicta sunt in canonibus generalibus. februm putridarum. quæ autem sint digestiua hic conuenientia, habes supra & simplicia, & composita. & tu compone: nam & de his infra etiam de causone, de tertiana &c. Ponitur autē hic, ne uacuus recedas; digestiū extinctiuum. R. oxyzaccharæ.

oxyzacchar. vnc. iij. succi aranciorum unc. iij. seminum com-
ium frigidorum maiorum mundatorum vnc. ii. seminu endi.
di. lactuce ana. drach. ii. aquarum endi. vnc. vi. acetosa vnc.
iij. nenuf. vnc. iij. uiolarum, rosa. ana. unc. ii. pistanda pisten-
tur: deinde omnia misce, & leuiter ebulliat: deinde aroma-
tizentur cum pauco sandalorum rubeorum, & corallorum
ana. & omnia sic ad colatorium ponantur. quo digestio
uti debet, ac poterit febriens usque ad statum inclusuè, dan-
do de eo vnc. 5. in aurora ordinatè, & frigidum temporibus
calidis, & calidum temporibus frigidis: & intra diem, & no-
ctem pluries, ac abundè, ut uoluerit.

Sextus est alteratio, ac confortatio cordis, ac hepatis cum
alteratiuis frigidis appropriatis, de quibus quarto capit. &
comunitè utimur mano christi perlato sandalato: item
confectione facta ex gemmis, electuarii de gemis, siue spe-
ciebus cum sandal. & aqua rosata, & cichorea, & acetosa:
ita quòd durante tempore exhibitionis digestiui, quòd for-
tasse erit quinque diebus, uel circa, exhibe confectionem
istam, uel sibi similem; ut triasandalos, & huiusmodi.

Septimus post complementum digestiuorum reuertere
ad solutiuum, de quo supra, addendo, uel uariando cum pilu.
aureis, aut alio solutiuo, de quo. 4. cap. erit itaque septimus
canon reiterata euacuatio. & nota hic, quòd digestio, & eua-
cuatio debent reiterari usque ad complementum curæ: sed
inter unam, & aliam debet interponi spatium dierum duo-
rum, quatuor, & huiusmodi, ut tu uidebitur prudentiæ: &
interim non desistere ab alteratiuis, cum trochiscis, liquori-
bus, & aliis, ut uidebitur.

Octauus est hepatis infrigidatio cum his, quæ ad extra
applicantur, qui canon compleri habet per ea, quæ ponun-
tur. 14. tertii de mala complexione hepatis calida. unde ad
perfectè eum complendum oportet hic illa adducere, quòd
esset ualde longum, nec hoc tentandum loco. sat erit tibi, si
pro uerbi gratia aliqua descripsero. Epithema. Recip. aque
endiuiæ unc. v. aquæ rosæ unc. ii. sandalorū rubeorū drach.
ii. spodii drach. i. acetii drach. ii. & pecia linea fiat epithema,
& sit tepidum in ætate, & plus quàm tepidum in tempore
frigido. quòd si uolueris eum fortificare; addas aquam nenu-
faris, solatri, & modicum camphoræ. consimiliter, si uolue-
ris unguentum facere infrigidans; Recip. olei rosati, nenu-
pharini an. vnc. i. sandalorū rubeorū drach. i. spodii drach.
5. ceræ modicum. quòd si cupis magis infrigidare; laua dein
de dictam unctiōem cum aqua endiuiæ, aut succo eius. itè,
quia infrigidando renes, etiam hepar infrigidatur, & hoc
maximè ubi sit iuuenis, renum calidorum; fac unctiōem
etiam renibus, aut epithema ex his, uel sic. Recip. olei ros.
& sic factum ex omphacino unc. vii. ceræ alb. unc. i. 5. acetii
alb. unc. i. rasuræ eboris drach. i. 5. sandalorū rubeorū drach.
i. misce, & fac unguentum. & si uis infrigidare amplius; la-
ua ipsum cum aqua solatri, nenufaris, ut supra; uel addas cā-
phoræ scrop. i. item cum aqua ueri frigoris pluries epithe-
ma sit ex aqua ros. nenufaris, succo solatri, sandal. rasuræ ebo-
ris, se. communibus frigidis maiorib. & huiusmodi. & hoc
aduerte: Auicē. inquit. Et embrochare hepar cum infrigi-
dantibus est res maxima, & magis iuuans. nam, cum æqua-
tur, est in eo maior pars rectificationis caliditatis febrilis;
eo quòd in hepate, & circa ipsum maximè multiplicatur
cholera, quæ est materia earum. & fortasse rectificat aqua;
quia eius infrigidatio peruenit ad uenas, in quibus acutarū
februm materiam continentur. unde & sic epithema cordis
rectificat pulsum; quia eius infrigidatio peruenit ad arte-
rias. De applicatione autem epithematum, & unguento-
rum hepatis, cordi, uel capiti dicitur in fine ponèdo de hoc
canonem.

Nonus est caliditatis cordis remissio: sit autem consimi-
liter epithematibus, sacculis, & unctiōibus, item aeris at-
tractione ex rebus frigidis, & aliis ingeniis uidendis unde-
cima tertii de cura malæ complexionis calidæ cordis. Epi-
thema. Recip. aquæ ro. unc. iij. aquæ acetosæ, buglossæ
ana. unc. ij. aquæ nenu. unc. i. 5. sandalorum rubeorū drach.
ii. corallorum drach. i. 5. campho. gra. iij. croci gra. ii. ace.
alb. unc. i. misce, & cum panno lineo fac epithema. Sac-
culus ad idem. Recip. sandalorum rub. drach. ii. 5. lambru-
scæ, corallorum ana. drach. i. foliorum ros. drach. ii. 5. coriā-

A dro. drach. i. camphor. gran. ii. acedulæ siccæ drach. ii. 5. mar-
ga. drach. 5. campho. & margaritæ per se terratur, & fiat sac-
culus cum sindone de grana, & tepidus cordi applicetur. ex
eisdem rebus cum oleis frigidis, ut uio. ros. nenu. & huius-
modi cum cera alba, & modico aceti fieri potest unguentū
refrigerans; sed nō est in usu, & de ipso in canonibus sequē-
tibus aliquid. item attrahendo aerem stando super aquā fri-
gidam, & tenendo ante os res frigidas, ut niuem, glaciem,
folia ros. recentia, fructus frigidos, & huiusmodi.

Decimus est contemperatio caliditatis cerebri; propte-
rea quoniam ipsum habet cordis caliditatem contempera-
re, cuius ordinis quæritur principaliter caliditatis remis-
sio. contemperatur autem cum linimentis, unctiōibus, em-
plastris, embroch. sacculis, odoramētis, & huius. Linitio
leuis vsual. Recip. olei ros. unc. ii. aquæ lactuce, uel succi
eius, aquæ ros. acetii albi ana. unc. 5. concute, & adinuicem
benè misce, & infunde peciam tantæ quantitatis, ut occu-
pet spacium frontis, & temporum. Quòd si cupis fortius;
addas camphoram, emulsionē seminum papaueris albi, suc-
cū hyoscyami, & huiusmodi. & si fortius; adde aliquid opii:
unde componas debile, forte, & fortius secundum imminē-
tem necessitatem. unctiōem facere poteris ex eisdem re-
bus cum oleis ros. uiol. nenufarino, & huiusmodi cum aceto
modico, & cera alba: ut Recip. olei ros. unc. i. 5. uiol.
unc. i. nenufa. unc. 5. succi semperuiuæ unc. 5. ceræ albæ q̄
sufficit. ace. unc. 5. inungatur frons, & tempora. apud autē
nos fit epithema ex aqua solatri, aut succo eius cum aqua
rosa. & albumine oui cum pauco aceti. item multum refri-
gerat cerebrum crebra madefactio pulparum aurium infir-
morum cum aqua frigida. & tu experire in ætate tempore
magni caumatis: & est securius remedium. item epithema
testiculorum est ex eis, quæ in toto frigiditatem subito in-
ducunt, unde uidi infirmum ita calefactum, qui nullo modo
potuit infrigidari. Epithema ad hoc. Recip. aque ros.
unc. ii. uiol. unc. i. nenu. unc. 5. sandal. ru. coral. ru. añ. drach.
i. concute, & misce, & cum petia applica totiens, quotiens
uidebitur secundum dispositionem caloris, & uirtutis con-
sentientis.

B Undecimus canon, quòd, cum uidetur declinare mate-
ria ad aliquem locum, per quem euacuare poteris, ut uerbi
gratia rubedinem intensam in facie, & naso; tunc, ut dictum
est etiam in canone simili in præcedenti capitulo, tenta per
illam euacuare, ut per fluxum sanguinis narium tentando
cum impositione digiti auricularis, aut impositione penta-
phyllon, aut setarum porci, & huiusmodi, quæ sanguinem
habent prouocare. & antequàm uenias ad hæc particula-
ria, quia. s. ad epithemata, unctiōes, & huiusmodi; prius no-
ta hos sequentes canones,

C Primus, quòd stante plenitudine corporis per multitu-
dinem materiam, & non permessa eorum minoratione, non
debent extrinsecus talia frigida; ut epithemata, & unctiō-
nes, & huiusmodi ipsis membris appropinquari. & causa;
quoniam constringendo poros retinent uapores interius,
qui sunt causa maioris inflammationis, & repellendo mate-
riam ad interiora possunt facere eam fluere ad principa-
lia, & est canon regularis. Accidit tamen quandoque, ut ad
operandum contra canonem cogamur propter uehe-
mentem necessitatem extinguendi inflammationem for-
tem, quam non potest æger pati: & maximè quando per
interius exhibita illam extinguere non possumus aut
propter inobedientiam infirmi, aut quia stomachus ea
non tolerat: & sic de aliis. ex quibus accipe alium cano-
nem, quòd aliis paribus securius per interius exhibita ho-
rum remoueretur inflammatio, quàm per exterius applica-
ta, & maximè in principio.

D Secundus canon principalis, quòd, ubi materia fuerit
per minorationes factas paucificata; securè hic poteris ad-
ministrare extrinsecus remedia. patet; quoniam in eorum
administratione non erit timor dictus, & deinde sequetur
caliditatis quæsitæ remissio.

Tertius canon, quòd huiusmodi infrigidantia intus, aut
extra applicata timenda sunt, & specialiter quantum ad
eorum frequentem usum in corporibus extenuatis, & uir-
tute iam debilitata. patet; quia timetur eorum forti percus-
sione

sione in membra caliditatis innatæ extinctio.

Quartus & maximè cerebrum respiciens, quòd stante in capite notabili caliditate cum lenitate eius, ac instantia uigiliarum, absque fluxu catarrhi, tussi, ac eius forti tensione, talia conueniunt infrigidantia ex epithematibus, & embrochis dictis.

Ex quo infertur quintus, quòd, ubi fuerit catarrhus, grauitas capitis, repletio, & huiusmodi per contrarium dictis ante debitam euacuationem; nullo modo ea dicta conferret infrigidantia. patet; quoniam, ut dictum est in ratione primi canonis, talia constringunt poros. & quia lac multum in poris inuiscatur, & fortiter illos oppilat: unde sic est causa retinendi uapores; & sic poterit esse causa apostematis cerebri. ideo maximè uituperat Auic. emulsionem lactis super caput. & ex isto loco accipitur, quòd unguenta, & emplastra sunt propter hanc causam multum suspecta.

Sextus, quòd, ubi tibi uidetur necessarium remittere caliditatem cerebri stante plenitudine, catarrho &c. coactè operando; securius est procedere cum aperitiuis pororum & resoluentibus uapores ad extra: ut cum inclinatione capitis per uaporem aquæ dulcis sua actuali caliditate aperientis, & resoluentis, & sua potenciali frigiditate calefacientis: & si uidetur, fac decoctionem rerum resoluentium cum ea; ut chamæmillæ, & huiusmodi.

Septimus, quòd stante repletione capitis de materia subtili, & cholericæ, & uaporum cholericorum poterunt hæc frigida administrari: quoniam conferrent ingrossando materiam. & repletio talis cognoscitur ex siccitate narium, instantia uigiliarum, & huiusmodi signis de mala complexionem calida cerebri. & tu ibi.

Octauus, quòd, ubi fuerit somnus profundus, aut multus, ac fuerit fluxus humiditatum de partibus superioribus; tunc cauenda sunt ista infrigidantia, & trahendæ sunt humiditates ad inferiora. canon ex se, & ex dictis notus.

Nonus stante sudore forti, ac hora resolutionis materię quæ est ante sudorem, regulariter operando, non sunt hæc frigida epithemata applicanda. patet; quoniam est causa, ut supra retentionis materię, & prolongationis febris. & dictum est regulariter; quoniam coactè aliquando stante plenitudine necessarium est illis, ut etiam stante sudore: & hoc accidit, quando caliditas febrilis fuerit ita uehementis, quòd timeretur ex ea ariditas corporis, ac mors: nam tunc melius est febrem prolongare. unde Auic. Quandoq; longitudo ægritudinis saluior est, quàm ipsius acuitas. ex quo infertur, quòd in principio paroxysmorum stante rigore non debent talia approximari, & scito, quòd non est facta mentio de infrigidantibus ad intra exhibitis: nam ista reseruauit ad canonem sequentem principalem, & ultimum, qui est inter primos, & principales. 12. & est correctio acciditum. De sibi. laudatur summè syrupus de papauere ab Auic. & potus eius qualitercunque, & cum aqua frigida, ut Gentilis iulep uiola. & alia similia. item ante eius positionem scito, quòd ego apposui in frigidantia cor; licet Auicenna ea non scripserit. Vnde contentio est inter medicos, an in febribus putridis competant cordi epithemata, sacculi, & huiusmodi, & maximè à principio, & uidetur, quòd sic: quoniam inflammatio principaliter est in corde, quæ uidetur cito, & habiliter per ipsa remoueri posse. in contrarium communis modus practicandi. dicendum, quòd in principio stante in eo plenitudine, & in pulmone, & coarctatione anhelitus, regulariter operando, non competunt neq; cordi, neque hepati, ut dictum est: quoniam prohibent materiam ab euaporatione, & ægritudinem prolongant: coactè tamè, ut in nono canone immediatè precedenti poterunt, ac debent approximari. & sic patet, quid dicendum ad rationes: & est solutio communis doctorum. in febribus autem pestiferis incensuis, & huiusmodi medici inordinatè ordinant epithemata, quæ, ut credo, nunquam frigida applicari debent: sed calida, aut tepida: nam eorum frigiditate actuali poros claudunt, & fortasse per antiparistasim adaugent caliditatem: sed de his magis in de febre pestilentiali infra. & certè sacculorum operatio applicatorum cum moderata caliditate actuali scilicet, est mihi uisa summè utilis; quamuis epithemata uideantur tempore magni caumatis plus conferre: &

tu considera.

Decimus in ordine eorum, qui pertinent ad administrationem particularium, est, quòd cū in talibus febribus materia sint acutæ, aut perperacutæ, & sint aptæ sui acutic inducere intestinorum rasuram; debes attendere, ne euacuando, aut aliter operando, eorum sequatur excoriatio: nam sic uirtus multum debilitaretur. item natura terreretur in emissionem superfluitatum: sicut accidit in his, qui habent ulcera uirge, & retinent illas propter timorem futuri doloris: & tandem facta aggregatione multa, à qua uirtus multum læderetur, non potens amplius sustinere, emitteret cū magno, & longo dolore, in quo multum debilitaretur. item aduerte, quòd, ut supra dictum est, canones positi de euacuatione absolutè seruandi sunt in acutis non absolutis, maximèque terminari consueuerunt ad 20. & peracutis, perperacutis &c. compleri tamen habent diuersis instrumentis non secundum speciem; sed sola intensione; & remissione differentibus: nam intensè frigida, uerbi gratia, debentur acutis: intensiora peracutis: & maximè intensa perperacutis. & ideo de ipsis unum feci capitulum. propter quòd bene considera.

Canon duodecimus ex principalibus est acciditum correctio, quæ in numero ab Auic. ponuntur. xxv. distinguendo inter vigorem, horripilationem, & frigus: quæ tamen Auic. sub una collocauit rubrica. & quia, ut ipse Auic. horum accidentium complementum, & cura perfectè hic haberi non posset, nisi adduceremus, quæ scripta sunt de eis in tertio super suis rubricis, quam rem si faceremus, esset opus nostrum nimium prolixare: hinc de his satis succinctè pertransibo, adducendo, quæ in eorum remotione efficaciora reputaui.

De rigore, horripilatione, & frigore.

Rubrica.

CONTRA rigorem, horripilationem, & frigus; quoniam alibi non sic diffusè de ipsis pertractatur: hinc de eis sermonem hoc in loco amplifcabo. & scito, quòd authores nostri consueuerunt quandoque uti his terminis, ut synonymis, sæpe accipientes unum pro alio. unde quarto aphor. Quibus quotidie rigores fiunt, accipitur ibi rigor indifferenter pro omni tali typo, siue sit frigus horripilationis, aut uerus rigor. item in libro de tremore, & rigore dixit Gal. Rigor est fortis frigiditatis. ita quòd sæpe inueniuntur isti modi dicendi authorum. & oportet exponere unum pro alio. sed omittens hæc; quia practico non sunt utilia, uenio ad eorum declarationes ueras, & magis consuetas, dicendo primò cum Auic. quòd Horripilatio est dispositio, in qua sentit corpus frigiditatem superficiale inæqualiter super membra cutanea ambulantiem, siue currentem cum punctione in eis, & in lacertis, & maximè qui sunt sub cute facta, ad quam sequitur motus paruus, malus circa partes cutis factus, cuius causa est uapor malus, aut acutus, siue mordicans, inæqualiter super illa membra sparsus. unde accidit inæqualitas fugæ caloris ad interiora. & ideo sentitur frigiditas non æqualiter per omnia membra sparsa. & dicitur subito; quoniam, quando uenit paulatinè, non causat horripilationem, neque rigorem, ut patet in icteritia, & e sententia Gal. 5. de accidenti. Sentitur frigiditas priuatiuè, sicut & etiam positiuè: quoniam talis uapor à materia eleuatur frigida. & æstimandum est, quòd, quando talis materia mouetur de profundo, siue de uenis, siue de loco extra uenas ad exteriora; ipsa facit etiam sensationem in membris interioribus, quibus obuiat, ut in musculis, & artibus: sed illa est debilis, & parua moræ. unde Gale. in libro de tremore Horripilatio est accidens soli cuti. & dicitur horripilatio; quia pilorum erectio. eriguntur autem propter contractionem cutis: unde constringitur radix pilorum: & sic eorum fit erectio. & causæ horripilationis sunt eadem, quæ rigoris, de quibus statim differunt tamen ab inuicem ratione debilitatis, & fortitudinis eorum. sed loquendo de horripilatione hæc ipsius causa factiua debet assignari materia calida acuta, quòd sic in aliis non contingit febribus maximè frigidis. Rigor est motus concussiuus membrorum

Horripilatio quidam

Rigor quidam

brorum cum tremore, & frigiditate factus ex delatione materiae super musculos intrinsecos, & cutaneos causatus: quae quidem materia quandoque est calida, ut in tertiana: quandoque frigida, ut in quartana: & maior est, quia extensior in quartana, quam in tertiana. & Gal. de rigore dicit, quod rigor est frigiditas causans dolorem cum motu inuolutario, & inaequali concussione totius corporis faciens ipsum contremiscere. & ut dictum est, huius rigoris in fe. s. acuta causa est materia calida.

Causas autem quatuor uidetur assignare Aui. prima est primitiua; ut aer frigidus, aqua frigida, aqua calida, & huiusmodi subito corpori occurrentia. secunda est coniuncta; ut materia ipsa, aut uapor calidus, aut frigidus mordicatus, aut non super membra sensibilia subito sparsus. tertia & est sicut priuatiua, reuocatio caliditatis ad intra ex nocimento percepto. quarta est debilitas uirtutis, ut accidit his, qui moriuntur: unde quandoque oppressa propter sui debilitatem ipsam materiam sic opprimentem ad membra expellit sensibilia. item uidemus in decapitandis aliquando superuenire rigorem ex consimili causa. & tu considera. Materiae autem clausae ad intra uenas non faciunt rigorem; quia stant quietae: & si mouetur; sunt illi motui assuetae, neque subito mouentur: item tertio, quia uenae sunt pauci sensus. frigus uero, ut contra distinguitur his, est cum homo percipit in extremis suis manibus. s. & pedibus, & lacertis dorsis; quia. s. in parte eorum gibbosa; quae est magis carnosa, sic dorsum lacerti dicta, frigus purum: quia. s. absque punctione, & aliquo malo motu. unde Gilbertus. frigus in spina, & lacertis dorsum maxime sentitur: quoniam plus de materia causante ipsum expellitur ad posteriora, quam ad interiora: & facilius impressio frigiditatis in posterioribus propter frigiditatem nuchae, ac neruorum ab ea ortorum. apparet autem in continuis phlegmaticis frigus ipsum purum, de quo, & de aliis duobus dicitur ad plenum infra capitulis de cura ipsarum febrium particulari. propter quod uolo tibi pronunc de ipsis haec pauca sufficere.

Ad curam eorum trium accidentium redeo, & primo dicatur de rigore. & primo scito, quod, licet sermo noster deberet esse de rigore in febribus acutis causato; nihilominus, quia alibi saltem ab Auicenna non sic habetur eius cura generalis; hinc extendam me ad ipsum; ut in acutis, & aliis accidit morbis.

CANONES. Primus. quando rigor non est fortis, & a uirtute bene sanabilis, non debet a medico per notabiles medicinas remoueri: sed ei sufficere debent coopertura melior, leuis calefactio extremorum, lumborum spinae. & hic est communis modus, quem seruant medici in eius debili cura applicando pannos calidos, lateres calefactos, & alia huiusmodi, de quibus infra.

Secundus canon, quod stante rigore critico, quia. s. ante crism factum, non debet contraria applicari, nisi ex eo uirtus multum prosterneretur, aut aliquod aliud forte, & malum accidens inde sequeretur. & causa canonis est; quia omnis talis cito recedit, & ei succedit sudor, aut fluxus uentris, aut aliquod tale. quod, si cogimur ad eum remouendum; tunc triplex insurgit intentio: prima diuersio, quia prohibitio delationis humorum ad membra sensibilia: secunda est tristis sensationis remissio: tertia est alteratio, & pororum apertio. prima completur cum ligaturis extremitatum, adiutoriorum brachij, & huiusmodi, ipsas reiterando. item, ut Aui. fiat leuis fricatio extremitatum manibus, & pannis calidis. fortis autem uirtutem debilitaret, & prohiberet fortassis fluxum uentris per crism. item ad hoc facit calefactio extremorum, lumborum, testiculorum, spinae, & totius, cum tuis dorsum, colli, & capitis, frontis, pectoris, & totius, cum pannis calidis, cum lateribus in igne calefactis, deinde aspersis uino debili, & inuolutis, deinde in pannis, & appositis &c. item cum cucurbita stannea plena aqua calida, uel uino. item ignitur, siue accenditur lamina ferrea, & in uagina linea ponitur, & pedibus applicatur. & est practica ultramontanorum tempore magni frigoris in quadriga euntium. quod, si rigor acciderit infirmo existenti extra lectum, & ipsum intrare uellet, ipsum prius calefacias cum bacili pleno carbonibus ignitis, ducendo ipsum desuper linteami

A nai aut calefacias illa prius ad ignem. & hic omnia sunt, quae communiter moderni medici operantur. ad unctiones uenio, quae non nisi urgente necessitate applicari debent: nam remoto rigore illae adaugent caliditatem febrilem. & ex oleis conuenientibus sunt oleum anethinum, chamamelinum, rutaceum, de liliis, & huiusmodi: nam per oleum anethinum solum complentur duae aliae intentiones, ut quia. s. remissio tristis sensationis, & pororum apertio, ita per oleum chamemellinum, & per utrumque simul, & per chamemellinum, & rutaceum simul. tu itaque, ut libet, compone, & de remediis ad ipsum fortibus te statim copiosum faciam. sed prius scito, quod, cum quaeris curam rigoris, & maxime eueniens in principio febrium, de quo est sermo specialiter; tu debes praueire horam aduentus eius cum remediis dictis incipiendo semper a facilioribus, ut a pannis calidis appositis locis dictis, tegulis, lateribus calidis, & huiusmodi, ut supra, deinde ad unctiones &c. & est canon seruandus & in frigore, & in horripilatione: & tu eum bene conserua. haec etiam remedia ualent stante actuali rigore, aut frigore: & fieri debent in eo.

B Tertius canon principalis, quod rigore eueniente tempore actualis crisis non sunt huiusmodi remedia applicanda: sed solo prognostico relinquendus est, cum sit signum malum, & perditionis: de quo in de signis prognosticis hic infra. & hoc scito, quod aliquando accidit rigor absque febre. & durat pluribus diebus, ut in libro de rigore Gal. & s. de accidenti. & procedit ab humore uitreo non putrefacto. & in isto, & in forti contingente in febribus plures sunt canones obseruandi, quorum quidam res respiciunt non naturales; quidam naturales, quidam praer naturam. exemplum de primis prius, quod aeris dispositio metiatur a te medico, ne sua qualitate, aut frigiditate, aut malo odore, & huiusmodi, sit causa rigoris nedum factiua; sed neque conseruatiua. secundus, quod regulariter tu non debes cibare tempore actualis rigoris, quod, si a materia peruenerit frigida, & cogaris ad cibi, aut potus exhibitionem; da actualiter calidum, & potentia tale; ut uinum calidum actu, & potens. quod, si materia calida fuerit, et mordicatiua; da talia actu, & potentia frigida. & dicitur, & cogaris, propter quod ponitur tertius respiciens res naturales, ut uirtutem, quod si ad talem rigorem, siue membrorum concussione sequetur uirtutis debilitas magna; tunc exhibe cibum, & potum, ut dictum est; ut brodium, aut consumatum pulli cum cinamomo, aut oua sorbilia, aut aqua carnis sublimata cum aliquo aromatico calido.

C Quartus, quod ante aduentum rigoris non inconueniente dare cibos, aut potus calidos, aut frigidos secundum materiae exigentiam. Quintus, quod licet ita sit; tamen potus medicinales, a quibus natura non ita impeditur, ut a cibilibus, sunt conuenientiores, de quibus infra.

Sextus, quod ab accidentibus animae, quae sunt apta tremorem causare, ut timor fortis; est abstinendum.

Septimus est minoratio materiae, quando a multitudine uenit: & hic euacuatio potest fieri, & debet tempore actualis rigoris spaliter cum uomitu iuuando agrum ad uouendum cum uomitio leui ex aqua tepida, & sy. acet. simplificato: de quo infra de cura tertianae non purae. & hic uomitus consueuit multum iuuare, & febres abbreviare, & maxime materia ente calida, nunquam fienda est cum solutio. dicendum, quod regulariter fienda est ita; quod eius operatio sit completa ante aduentum rigoris: ubi autem rigor esset continuus, ut dictum est; fienda est ipso existente: sed ubi non; non, nisi imminens periculum te cogeret ad eam faciendam. impositio suppositorii posset fieri: considera.

D Octauus remissio acuitatis materiae, & subtilitatis, ac mobilitatis eius: & hic completur cum medicinis opiatis non fermentatis, ut theriaca noua, datis ante eius aduentum. Sed hic nota canonem, quod talia dari non debent, nisi uirtute existente forti in pauca quantitate; quia aliter fortasse extingueretur calor naturalis. & fortitudo uirtutis comprehenditur secundum Aui. haec per posse stare infirmum erectum super scamnum, aut super lectum. ualent & cibi frigidi, & potus, & alia, quae faciunt ad immobilitandos humores,

Frigus quid.

Rigoris curadi canones.

res, ut quies animi, accidentia, ut supra. ad eandem intentionem ualeat philonium, syr. de papauere, & ea, quæ dantur in prouocatione somni, item extinctiua posita supra.

Nonus est remissio frigiditatis materiæ, & grossitie subtiliatio, ac uiscositate incisio. completur cum calidis subtiliatis incisuis: unde supra in .4. cap. multos habes syrup. tales, ut oxymel scylliticum: item & syr. acetosus compositus, & huiusmodi cum aquis de calamento, aut de hyssopo, aut de ruta, & huiusmodi datus actu multum calidus. item cibi calidi, & potus calidi: uerum minoratio cibi confert. & calida ista sunt, quæ ad intra, aut ad extra applicantur, ut ad intra theriaca magna fermentata cum uino calido exhibita ante aduentum rigoris per unam, aut duas horas. & nota, quod inficit; quia. s. in resoluendo residuum etiã datur causa ente calida, de qua in præcedenti canone. nec hic aliter exemplifico: quoniam de exemplis te statim copiosum faciam.

Decimus est diuersio; completur cum ligaturis, ut supra, in complemento primæ intentionis ex tribus ante hos canones decem posita.

Vndecimus est extremorum calefactio: & hic completus est in duabus primis intentionibus ex tribus positis. unde in hoc casu laudat Aui. positionem extremorum in aqua calida, & de his calefacientibus copiosè statim.

Duodecimus est uirtutis uigoratio; quæ cibis exhibendis ante aduentum rigoris per duas horas, uel tres fieri debet. & sint cibi confortatiui cito resolutibiles, & digestibiles, ut aqua carnis sublimata aromatizata aromatibus frigidis, aut calidis, ut eget dispositio.

Decimus tertius claudens alios, & si de eo supra aliquid est, quod à leuioribus est inchoandum gradando ad fortiora: unde in primo ordine ex his, quæ ad intra, & ad extra applicari possunt, pone chamæmillam, & oleum eius: in secundo ordine absinthium, & oleum eius: in tertio apiu: in quarto abrotanum: in quinto agaricum: in sexto stoechadè: dein de laurum, anisum, fœli, calamentum, sansucum, aristolochiam, costum, & huiusmodi. ex compositis laudatur in causa frigida, & expertis in quartana, quotidiana de phlegmate grosso, & in tertiana notha est potus aquæ uitæ 3. i. cum puluere gariophyllorum ʒ. 5. detur per mediam horam ante aduentum eius præmissa fricatione, & etiam fricatione facta sine intermissione post eis exhibitionem. quidam ipsam exhibent cum modico theriacæ antiquæ: & hoc est forte remedium. aliud leuius est inunctio ex oleo chamæmelino, & de liliis facta. Aliud ex oleo rutaceo, & oleo liliorû: unde talia calida actu applicari debent cum pannis calidis ante aduentum eius per horam, uel saltem mediã. Ad idem. Recipe ex pulueribus simplicium iam nominatorum, & oleum de costo, de chamæmilla, de ruta: & est usuale, aut de euphorbio, si uis fortius, addas, minuas, ut uidebitur expedire. Item Recip. zinzibe. pyrethri, acori ana. drac. ʒ. dentur cum uino calido. item ualeat methridatum datum cum uino calido 3. i. Item electuarium diacyminum Mesue, item diacynamomum eiusdem, diacalamentum, & huiusmodi. & ut supra elongaui me à rigore in acutis contingente: & hoc ideò, quia de rigore non sic alibi pertractatur: & ideò me in eo extendi uolens, ut de eo tibi, ut scripta sunt, sufficiant: nam & de ipso rememorando dicetur in capitulis infra ponendo multum particulariter. Experium in rigore tollendo. Recip. telam araneam, & cum semine urticæ, & aceto commisce, & pulsibus applica ante eius accessionem. & Aui. secundo canone cap. de myrrha, capitulo de ar. s. myrrha accepta, & cum pipere, & aqua ante initium rigoris, tollit eum.

Signa demonstratiua. uolo pro his tibi sufficere notificationes de rigore, horripilatione, & frigore posita.

Prognostica. Vehementia rigoris arguit uiscositatem materiæ. rigor plurimæ redditionis in febre praua cum debilitate uirtutis mortalis. quod, si cum eo non remouetur febris uirtute ente fortis, non est bonus. & deterior omnibus est, ut se quatur ipsum euacuatio non adiuuans, & nõ sedatur cum eo feb. & si non accidat euacuatio iterum; tunc signum, quod humor est motus, & uincens, qui expelli non potest: & est malum.

E Aphorismi huius accidentis.

Quibuscunque in febribus sextanis in sexta die rigores fiunt dyscriti. i. difficilis iudicii sunt. 29. quartæ.

Si rigor inciderit febre non deficiente, iam debili ente uirtute; mortale. 46.4.

A causone habito rigore superueniente solutio fit. 58.4.

Quibuscunque in febribus quotidie rigores fiunt, quoti die febres soluuntur. 62.4.

Frigidum uerò, spasmus, & tetanos, & nigrores, & febrium rigores. 18.5.

Ulcerebus quidem frigidum mordax cuti indurat: dolorem sine sanie facit: nigrores, rigores, spasmos, febres, & tetanos facit. 21.5.

Rigores quidem mulieribus incipiunt ex lumbis magis, & per dorsum ad caput: sed & uiris retro magis, quam in priori parte corporis, uelut coxarum, tibiaram. 69.5.

Quibus in causone tremores fiunt, alienatio soluit. 26.6.

In sudore horror non bonum. 4. septimæ.

Ex multitudine potationis rigor, & desipientia malum.

Et hæc de rigore, horripilatione, & frigore, quæ non uidentur differre secundum quosdam, nisi secundum intesum, & remissum.

P De sudore superfluo. Rub. 3.

PRAETEREA secundum accidens, & est in ordine sic ab Aui. positum sudor superfluus. & licet sudor consueuerit multipliciter distingui, ut secunda quarti de eo ut penes qualitatem, quantitatem, substantiam, tempus apparitionis, & huiusmodi, ut infra de prognosticis: tamè hic de eo loqui intendo, ut est superfluus prosteruens uirtutem secundum plurimum à subtilitate materiæ, uel eius liquiditate, apertura pororum, aut debilitate contentiua, aut excitatione expulsiua.

Propter quod nõ in principio, quod sudor criticus, & similiter, qui accidit in declinatione feb. nullo modo est cõstringendus, nisi cum superfluit, & uirtutè prosternit, ut cõperducit ad lipothymiam, & huiusmodi.

Sudor diaphoreticus, uel cardiacus dictus, qui in fortibus consueuit apparere febribus, ut in causone, synocho, & huiusmodi; cum ex eo uidetur imminere periculum, cõhibendus. sudor ueniens in principio febrium; non est cõstringendus: multitudinem enim materiæ significat. modus autem generandi sudorem superfluum est; quoniam caliditas febrilis uehemens calefacit, & subtiliat humores, & poros rarefacit. unde deficit contentiua, & non põt retinere, quin fluat, & uapores mali ueniunt ad cutim, cõ quibus propter defectu contentiua ueniunt & boni: & sic per os euacuant, & spūs, & boni humores. unde corpus debilitatur. & signum, quia ipsum sudore corpus non benè sustinet: sed maxime in suis actionibus membra deficiunt, & obtunduntur.

Curatur. nõ cum his, quæ se suis opponunt causis; ut uergr. contra humoris subtiliationem cum ingrossantibus, ex parte frigiditatis aeris, ciborum, & potuum frigidorum: & talia habuisti supra. 3. & 4. cap. & de diæta iam dicta de ipsis acutis contra apertionem pororum procedatur infrigidando aerem cum flabellis, linteaminibus, ut in præsentibus cap. siue pannos subleuare: nam continua aeris mutatio corpus magis infrigidat, secundo problematũ problemate. 24.

item nõ abstergatur; sed dimittatur sudor in poris infrigidari: sic enim prohibetur sudor Arist. secundo problemate. 13. Contra debilitatem contentiua procedatur cõ stypticis frigidis intus, & extra exhibitis. & ualeat inunctio ad extra oleum rosa. ex oleo omphacino factum, de myrto, de foliis salicis, & hõi. Itẽ ualeat. Recipe olei ros. myrtini an. ʒ. i. uini cytoniorum ʒ. 5. balauistiurũ, sangu. draco. ana. 3. i. acetum parũ, & cõ pauco ceræ fiat ut linimentũ.

Ad intra exhibe troch. de charabe, de terra sigillata cum aqua nenufar. syr. de myrto, & sic de aliis potibus supra in cura acutarũ, de quibus et ca. quarto. ex quibus et perficitur secunda intentio, & maxime cõ istis unktionibus: ut patet. & ex cõsimilibus perficitur alia intentio, quæ est incitatio expulsiua, ad cõplendas aut has intentiones adiuuat diuerfio, ut prouocatio humorũ per alias regiones, maxime per secessũ, & per prouocantia urinã. & uidetur, q̄ prouocatio urinæ sit magis conueniens; eo quod sudor, ut. 2. canone, est

aquositas sanguinis, cui pus cholericum est admixtum: & cum uia aquositate sanguinis sit uia urinæ, sequitur &c. nã urina est aquositas etiam sanguinis, sed superflua. item aduertere, quòd parum dormiant: nam somnus sudorem prouocat: neq; pannis cooperiantur multis.

Ad retinendum sudorem ualet succus semperuiuæ, item & solatri, cum quibus addantur ex frigidis stypticis; ut bolum armenicum, draganthum, gummi arabicum, galle, & huiusmodi cum aceto, & oleis stypticis dictis. laudauit multum Gentilis rosatam nouellam Nicol. & in die dabat pluries: item ultimò cum alia non uidentur conferre consentiente uirtute; super extrema proijciatur aqua frigida, aut ipsa in ea teneantur. postremò no. quòd loca, quæ inungi debent in casu isto, sunt frons, tempora, pulsus brachiorum, & spinalis medulla.

Signa demonstratiua nota sunt ex sensu ipso.

Prognostica. Sudor frigidus cù caliditate febr. est signum malum ualde, & propriè qui appropinquat capiti, & collo, & significat syncopam. quòd si febr. fuerit magna; tunc mors est proxima. Sudor multus significat longitudinem ægritudinum propter multitudinem materie. quando post sudorem non inuenitur leuitas; non est signum bonum. quòd si fecerit augmentum nocuenti; tunc est signum malum, licet sit communis corpori etiam. & multotiens quidem incipit ægritudo cum sudore: deinde sequitur ipsum febris, & prolongatur. & cum ex sudore prouenit horripilatio; nò est bona, imò malù: qm horripilatio significat expansionem humoris mali nocētis in corpore, & illud significat, qd nò mūdificat, imò mouet de humorib⁹ malis illud, cuius acuitas est fracta, permiscens ipsum humiditatibus, quæ resoluntur per sudorem. & significat, quòd materia plurima nò resoluitur apud euacuationem sudatiuam. quãdo in sudore frontis debilitatur pulsus, & uirtus; est signum malù. quòd, si cadit pulsus; tunc est mors. Sudor bonus, cui conuenit, ut sit per ipsum crisis completa, est ille, qui fit in die critica & est communis toti corpori abundans, & cum ipso alleuiatur infirmus, & sequitur illum ille, qui non est communis; sed succedit ei leuitas. & ad summum considera sudorẽ per seipsum in caliditate sua, & frigiditate, in colore, & odore, & gustu, in quantitate, multitudine, paucitate, tempore suæ egressiõis, an sit in principio, statu, aut declinatione: & quid associatur ei de febre in fortitudine debilitatis: & quid succedit ei ex leuitate, & grauitate. Sudor in cõualescentia multiplicat propter reliquias materie. quare non est malum paruam facere minorationem. Sudor est bona crisis in ægritudinibus acutis, & phlegmaticis. Auic. secunda quarti. & hic nota quòd prima quarti de signis phlegmaticæ inquit. Et de prioribus significationibus eius est paruitas sudoris, & priuatio eius. & 2. apho. comm. 13. Omnis crisis plus attinet sanitati, quàm morti, nisi morbus fuerit pestilentialis. considera. Sudor in ægritudinibus acutis, ut plurimũ fit in tertio, & quinto: & minoratur in quarto: & parum quidem contingit, secundum quòd experimentatores existimant, ut sudet æger in. 20. 30. & 34.

De fluxu sanguinis narium. Rub. 4.

CONTRA tertium, & est fluxus sanguinis narium superfluus, Canon. Non est restringendus criticus nisi cum ad uehementiam debilitatis uirtutis corpus perduxerit. & consueuit hic fluxus ut plurimum in acutis febribus contingere propter uehementiam caliditatis subtilian- tis, & acuentis sanguinem. quare in eius remotione procedendum cum his intentionibus.

Prima est malam complexionem alterare cum frigidis, & siccis, sanguinem etiam ingrossantibus, ut eius subtilitas & acuitas remoueatur: & hoc cum diætã, & digestiuis, de quibus. 3. & 4. cap.

Secunda intentio est diuersio cum ligaturis, uentosis, & hmõi uidendis, quinta tertij. & phlebotomia in hoc uim habet potissimam, uentosa cum scarificatione, & absq;

Tertia est constringere uias, per quas sanguis trãsturus est ad nares; ut ponere pannos lineos in aqua frigida infusos, & cum aceto, & absque circa collum, & partes ei circumstantes: item infrigidare caput, ut statim.

A Quarta est corrigere nocuentum membri mandantis; ut est hepar, aut splenem, & huiusmodi.

Ex remedijs bonis in fluxu sanguinis narium sunt infrigidatio capitis per exteriora cum pannis infusis in aqua rosa. succo solatri, semperuiuæ, aqua neuufaris, bolo ar. lang. draconis, & huiusmodi, nisi sit, quòd prohibeat; ut grauitas capitis, catarrhus, frigiditas cerebri nimia, squinantia. item quando fluxus esset à uenis, uel arterijs inferioribus: nam in his casibus exteriora adaugent fluxum. uerum attractio aquæ rosatæ, aquæ ueri frigoris cum puluere cõstrictiuo pnares confert, & potenter. & est remedium commune maximè cum aqua frigida. fieri potest & hæc attractio cù succis frigidis cõstrictiuis. succus stercoris asinini recentis multum ualet positus in nares. item puluis eius desiccati solus, aut cum sanguine draconis, mastiche, aut thure, & huiusmodi ualet potenter. prohibet transitum sanguinis ad nares circumuolutio pãni infusi in aqua, & aceto, & huiusmodi. applicatio frigidorum ad caput, ut dictum est: item applicatio narcoticorum, quando leuia non conferunt. item infusio aquæ frigidæ super caput: si non sit, quòd prohibeat ut dictum est. item instillentur, uel attrahantur liquida frigida per nares ex aqua ipsa, aut succus semperuiuæ, hypocyami, mandragoræ, & huiusmodi. item in dictis succis cù sanguine draconis, & gypso inuoluantur tentæ magnæ, & in naribus ad obturandum imponantur. item administrentur pulueres styptici; ut balaustriarum, corticum granatorum, acaciæ, hypocythidos, & huiusmodi etiam frigiditati attinentia. & hæc de ipso sic dicta, & pauca sufficiant. uelle autem enarrare omnia esset hic ponere capitulum de ipso, de quo Aui. quinta tertij: & tu ad eum.

Signa demonstratiua nota ex sensu.

Prognostica. Tam paruus, quàm multus malus: & qui est ex sanguine nigro, est pluris malicie. Qui est ex sanguine purpureo, raro est malus. In quarto factus significat difficultatem crisis: bonus, qui cadit in imparibus. Aui. febres incensuæ terminantur completè per fluxum sanguinis narium: similiter, & tertianæ: & melior est, qui fit ex parte infima. cõtrarius contrarium.

C Aphorismi.

Quibuscunque in febribus sanguinis fluit multitudo un-
decunque in resumptionibus, uentres his humectantur.
27. quartæ.

Quibuscunque in febribus aures surdesunt sanguis è
naribus fluens, aut uenter turbatus soluit ægritudinem.
60. quartæ.

Quibus species est ad articulos apostema &c. in fine:
si uerò ex naribus sanguis fluit, ualde, & celeriter soluit.
74. quartæ.

Mulleris menstruis deficientibus sanguinem è naribus
fluere bonum est. 33. 5.

Caput dolenti, & circundolenti sanies, aut aqua, aut san-
guis defluens secundum aures, aut nares, aut secundum os
soluit ægritudinem. 10. 6.

In sanguinis fluxu desipientia, aut spasmus, malum. 9. 7.

De uomitu superfluo. Rub. 5.

CONTRA quartum, qui est uomitus superfluus. Et licet plures sint causæ, & decima tertia tertij uideri habet de eo: tamen tres consueuerunt esse causæ eius in acutis.

Prima est materia in stomacho contenta in eo genita; ut cholera, aut aliunde transmissa, ut uitellina.

Secunda est materia cõtinuæ fluës aliunde ad stomachum.

Tertia est debilitas contentiuæ.

Canones. Primus criticus non est cohibendus, ad quem sequitur leuitas, iucunditas &c. Secundus, contra non criticus; si est ex prima causa, de uomitiuum ex aqua tepida, & syrup. acetoso. & si uis eum fortificare; fac bullire semina raphani prius in dicta aqua. sed hoc non facias, si te necessitas non compellet; tunc euacuabitur materia eius. quòd, si fuerit cum eo rugitus, & aliquod signum aptitudinis descensus materie ad inferiora; dare poteris hieram, uel ali- quod tale solutiuum: etiam maximè conferret, si causa fuerit inbibita, & ubi etiam fuerit phlegmaticus. facta autem euacuatione

euacuatione talis humoris, da æquans complexionem malam stomachi; ut aquam granatorum, miuam cytoniorum, bucellas infusas in uino granatorum, item conuenit & potus aquæ frigidæ, si non sit, quod prohibeat, ut in præcedenti capitulo dictum est. item applicatio emplastrorū, & embrochationum frigidorum ad extra; ut oxyzacchara, & huiusmodi. quod, si fuerit ex secunda causa; tunc utere stypticis ab intus, & ad extra; & illa continua etiam ex parte ciborum, & potuum, pro quibus. 3. & 4. capi. quod, si ex tertia; pur te reducas ad styptica intus, & extra applicata.

Ex ipsis domestica magis sunt.

Acetum.	Rosa.	Sorbæ ipsæ.
Agresta.	Sandali.	Granata.
Cytonia.	Sy. de myrto.	Charabe.
Corallus.	Sy. de acetositate	Lactuca.
Coriandrum.	citri.	Endiuia.
Cucurbita.	Sy. rosatus.	Myrtus.
Dyacitoniten	Scoria ferri.	Mespila.
absque specie-	Trochisci de	Tamarindi.
bus.	ros.	Zuccharum rosa. &
Ribes.	Electuarium de	huiusmodi, & tu
Berberi.	sorbis.	componere.

Et descendendo ad particularia nouem ponuntur intentiones.

Prima est remotio causæ facientis uomitum, ut dictum est. secunda est rectificatio regiminis. tertia est rectificatio stomachi. quarta est rectificatio mandantis membri. quinta diuersio fluentis materiæ. sexta est immobilitate materiam. septima coangustatio ductuum, ut supra de fluxu sanguinis narium. octaua repressio acuitatis, & sensationis stomachi. nona mitigatio accidentium uomitus, quæ omnes compleri possunt ex datis nunc simplicibus, & compositis cum diuersis ingenijs in eorum applicatione, & tu compone: nam omnia uelle hic declarare esset adducere quasi tertium Aui. & tu ad illa te reducas capitula.

Signa demonstratiua nota sunt ex materia ipsa.

Prognostica. Vomitus semper est malus saltem per uia signi. Vomitus purus malus: & quâto purior, deterior. Cholericus purus significat uehementiam caloris: phlegmaticus uerò purus uehementiam frigoris. Vomitus citrinus, malus: & uiridis, & porrinus, ac foetidus, & qui est, sicut odor siclæ: rubeus cum nigredine, & obscurus: & deterior, qui est sicut flos æris. & niger malus, propriè quando post ipsum fit spasmus subito: & ipse statim interficit, nisi sit illic fortis uirtus, fortasse remanet usque ad duos dies. Vomitus in febre pestilentiali semper malus. Vomitus melan cholicus solus, pessimus. Quando uomitus fit cum fortitudine uirtutis, & signis digestionis, & leuitate accidentiū & in die critica; bonus etiam in ipsis febribus: & bonus, & minus bonus secundum bonitatem maiorem, & minorem signorum.

De fluxu uentris superfluo. Rub. 6.

CONTRA quintum, & est fluxus uentris superfluo, causa eius in acutis est materia calida cholericæ. & ideò pro eius cura hanc solam causam sequar: nam uelle omnes eius causas amplecti esset prolixare, & satis extra propositum. quare Aui. nos remisit pro eius cura ad. xvj. tertij: & tu ibi.

Canones. Primus. Criticus nisi superfluat, non est constringendus. quod si superfluit; da cōstringentia intus, & extra. & ultimò cum alia nō profunt; uenias ad narcotica. sed attende, ne nimia sit uirtutis debilitas; quia cum eis faciliter posset extingui calor, & ex domesticis commendatis talibus sunt aqua hordei ustulati, in qua decoquatur myrtus, aut caro cytonij, aut aliquod tale cū dragagantho, ite ualet syrupus de myrto, de ribes, de agresta Mesue, miua cytoniorum, trochisci de spodio, & huiusmodi. & in cibus lens ex corticata bis elixata facta acetosa cum succo granatorum acetosorum, aut cum aceto, & huiusmodi. ad extra applica emplastra, cerota, unctioes, fomentationes, & huiusmodi. & ne uacuis discedas; aliqua simplicia, ac composita, quibus adimpleri poterunt, quæ dicta sunt, hic subscribam.

E In uia cibi, Lens, ut dictum est.

Endiuia.	Rosa.	unius anni.
Lactuca.	Galla.	Triasandali.
Panicum.	Gummi arabi-	Trochisci de chara
Millium fractum.	cum.	be, & huiusmodi.
Panata ex tortel-	Lycium.	Ad extra fac em-
lis.	Terra sigillata.	plastra &c.
Laganæ non sali-	Spodium: & hoc	Ex oleo myrtino.
ta unius diei.	per inferius cū	Rosato.
Cytonia.	clysteri.	Cytoniorum, & hu
Mespila.	Per os uerò rob	iusmodi cū coral-
Hordeum, & hu-	de berberis.	lis, sandalis, draga-
iusmodi.	Sy. de myrto.	gantho, spodio.
In uia alterati-	Rosa.	Coriandro, semi.
uorum.	Dyarrhodon Nic.	plan. & est singu-
Acacia.	Diacitoniten absq;	lare intus, & ex-
Hypochystis.	speciebus.	tra appli. & in ci
Balaustia.	Zuccharum rosatū	bis positum.

Et tu pro his, & similibus recurre ad Aui.

F Signa demonstratiua ex materia ipsa nota sunt.

Prognostica. Quando sic accidit fluxus, & post ipsum non sequitur &c. est habendus multum suspectus, & dubitandum semper. Egestio foetida similis egestioni puerorum & infantium mala; quando scilicet non fuerit à causa primitiua. Egestio cholericæ in principio non est bona: sed in declinatione bona. Et fluxus uentris multus post signa mala, & casum uirtutis præterquam succedat leuitas, est significatio mortis; licet febris etiam sit eradicata. Quando egestiones sunt vinctuosæ, & super ipsas est simile uirus, & emanat citrinum, & dominatur foetor, & illud in febribus acutis; est mortale. Aui. Cum in egestione sunt aliqua similia corticibus lupinorum, in omnibus ægitudinebus; tunc est signum mortale.

Aphorismi.

In uentris fluxibus mutationes egestionum iuuant, quando scilicet apparent post signa digestionis, & in die critico & signo critico; si ad malum non se conuerterint. 14. 2.

G Egestionibus nigræ, uel quasi sanguis niger euenientes, & cum febre, & sine febre pessimæ, & quantumcunque colores plures fuerint, magis malum: cum pharmacijs uerò melius est. 21. quartæ.

Ægitudinebus quibuscunq; incipientibus, si fel nigrum sursum, aut deorsum exiuerit; mortale. 22. 4.

Ex quibuscunq; ægitudinebus acutis, aut multi temporis, aut abortibus, aut aliter extenuatis, si fel nigrum, aut quasi sanguis exiuerit; sequenti die critico morietur. 23. quartæ.

Mulieri in utero habenti si uenter fluat multum; periculum est abortiendi. 34. 5.

In cholericæ secessu dysenteria malum. 34. 7.

De siti superflua. Rub. 7.

CONTRA sextum, & est sitis superflua, & licet à multis contingat causis, ut decima tertia tertij: de ea hic tantum modo dicam, ut à causa sit calida, ut in febribus contingit acutis. & ad eam remouendam ualet potus aquæ hordei, aquæ ueri frigoris, de quibus habes canones aliquos à te in hoc proposito necessario reuidentos in præcedenti cap. in canonibus primi ordinis: item succus batechæ, cucumeris, & huiusmodi, ut in præcedenti cap. dicebatur, ut nūc allegatum est: item retentio rerum frigidarum in ore, ut prunorum humidorum, aut siccorū prius in aqua infusorum: item semina cytoniorum posita, uel clausa in peciola depressa in modum ducati: & similiter semina cōmunia frigida maiora mūdāta, & sic in peciola clausa, ac prius cum zuccharo candi dulcorata. item fiant formellæ parua admodum ducati ex carne pyrorum, aut pomorū, & infundantur in aqua ueri frigoris, & per os ducantur, & cum supercalefacta sunt, reijciantur: & aliæ assumantur ad cessationem sitis. item ualet frequens collutio cum aqua hordei uel frigida: item gargarizatio ex ipsis aquis dulcoratis cū zuccharo candi. item ualet aqua cocta cum succo granatorum acetosorum, aut mizorum dulcorata cum zuccharo candi. Et hic attēde, qd, si esset sitis ex phlegmate salso existen-

re in stomacho; non potetur frigida; sed calida aqua .s. hordei, aut alia, & dulcorata. similiter si cholericam materiam eet ambibita; non detur frigida, sed calida, quia frigida constiparet materiam in loco, dato, quod ingrossaret. similiter si esset sitis a materia adusta; detur aqua hordei, & pur frigida. item ualet aqua cocta cum succo arancij dulcorata. item ualet iulep uio. rosatum; maxime quando est laxitas stomachi. item syr. de acetositate citri cum aqua ipsa cocta cum aquis endiuia, uiolarum, lactuce, cucurbitae, & huiusmodi. ite ponatur zuccharum candi per paululum temporis, ut non dissoluatur, in aqua ueri frigoris, & in ore teneat, & est usuale. fiant ex dictis linimenta, ex quibus saepe lingua, & os leniantur, ex mucillaginibus seminum iam dictorum cum seminibus communibus, & zuccharo candi cum syr. de acetositate citri, si attendes cordi; & ita de aliis compone. ualet ad refrigerium multum inunctio cum rebus frigidis, aut infrigidatio facta circa gulam: item infrigidatio capitis cum his, de quibus supra de fluxu sanguinis narium, & de sudore. & tu ibi.

Prognostica. Quando in egritudinibus acutis sit sitis uehemens, & siccitas uehemens; tunc illud est malum ualde. Si febricitans multum sitiuerit, & subito cesset sitis, & febris remaneat, & lingua sit arida, & nigra; morte significat. pculdubio quia uirtus sensitua est mortificata; quae e ab ore stomachi uehementior, ac deterior: deinde quae a meridie deinde quae a fundo stomachi: ultimò quae a ieiunio, uel cõitate eius. Qñ destruitur sitis in febribus adurentibus; est significatio mala, & proprie cum nigredine linguæ.

Aphorismi.

Quibusuq; desiderium nocte bibere ualde sitiensibus si superdormierint; bonum: & hoc continet ueritatem; qñ si sitis causatur per uiam indigestionis. considera. 28.5.

De profunditate somni. Rub. 8.

CONTRA septimum, & est profunditas somni. pro quo accidente recurrere habes ad primam tertij, de subeth, & somno profundo. sed hic pro nunc tantum dicatur, quod primus canon debet esse diuersio, quam primo tentare debes cum fabulis, & nouis inducentibus nunc gaudium, qñq; iram. item saepe uocetur, & incitetur ad loquendum. item fiant ligaturæ coxarum, si non sit, quod prohibeat, ut apostema, uel aliquod tale, aut debilitas uirtutis: & fiant fortes, & fortiores, ut expediet. item uentosas pone cum scarificatione inter spatulas, si ætas, uirtus, & ei consentiant. item fricationes fortes cum pannis asperis in spatulis, in brachijs, in cruribus, quandoq; usq; ad excoriationem, ut in apoplexia. item imponatur collyrium ex hiera, colocynthide, agarico, & salgema etiam, si uidebitur stante paroxysmo. & si premitteretur suppositorium; melius. deinde sequantur diuersiones. item ualent uentose in pulpis crurium posite: item odoratio panis infusi in aceto fortissimo. item premissis diuersionibus, & euacuatione confert sternutatio ex elleboro, aut pipere facta. dicunt quidam, si caput uespertilionis inter pannos lecti positum fuerit: negabit somnum. alii si ligetur in brachio dextro, nisi remoueat, nunquam dormiet. & ista sunt remedia maxime fienda in ipso, quando accidit in principio febrium. quod si talis somnus acciderit ex causa ente in stomacho; fac uomitum.

Prognostica. Profunditas somni cum debilitate pulsus; est malum: est. n. propter debilitatem cerebri, & proprie cum est cum permixtione rationis, & de eo supra.

Aphorismi.

In quo morbo somnus laborem prestat, mortale. 1.2.

Somnus, & uigilia utraq; modo magis facta malum. 3.2.

De grauitate capitis. Rub. 9.

CONTRA octauum est grauitas capitis, de qua si ad plenum dicere uellem; oporteret reuoluere maximam partem primæ tertij. & hoc esset prolixare. sed tu ibi, ut de alijs dictum est. pro nunc dicatur, quod licet regularius foret hoc facere tempore quietis &c. tamen instante grauitate fac diuersiones, ut nunc ante dictum est. primò imponendo suppositorium; aut clystere, si uidebitur. item fricationes, uentose, & huiusmodi, ut supra. quod, si

A materia comprehenderetur esse in stomacho; fac eum uomere. item capiti applicentur, quæ resoluunt: temperata tamen, ut est chamæmilla, quæ resoluit absque attractione, melilotum; & huiusmodi. & si cares simplicibus; compone miscendo calida cum frigidis, ut Recipe florum chamæmillæ. M. i. ros. rub. meliloti, stœchados ana. M. i. macis. 3. i. iterantur, & fiat facculus capiti. quod, si in capite esset caliditas uehemens; applica sola frigida. & frigida odorentur ex aceto, aqua ros. & huiusmodi. postremò no. primò, quod in casu isto euitare debes emulsionem lactis super caput, & inunctionem cum oleo: quoniam talia multum oppilando, prohibent exitum materiæ &c. & ideo Auice. negauit embrochas supple frigiditas oppilantes: & deinde concessit eas porosiaperientes. & tu considera.

Prognostica de eis statim in de dolore capitis.

De uigilia superflua. Rub. 10.

CONTRA nonum, & est uigilia superflua, & inquietudo, & maxime propter uehementiam caliditatis: pro quo sic procedatur.

Primò exterius applica infrigidantia, aut embrochas, aut unguenta, aut odoramenta, uerbi gratia. Recip. corallo rum M. i. corticum papaueris albi, florum chamæmillæ ana. M. s. cum hac decoctione embrochantur pedes, & brachia, ac pecia in eâ infusa temporibus applicetur. exemplum secundum cum oleo uiol. ros. nenufarino tempora, ac frontem inungas; item cum unguento populeon, & cum alijs opiatibus, ut supra de fluxu sanguinis narium. exemplum tertium, ut quia cum aqua nenufaris, aut uiolarum misce granum unum opij, & huiusmodi. item nares inungas cum oleo ros. cassia lignea, & opio, de quo Auic. i. tertij proprio cap. & tu ibi. & ut dictum est, caue in repletionem capitis unctioes temporum. secundò per os dabis somniferum, & usuale est. 3. i. 5. syrui de papauere, cum aqua nenufaris distantis a cibo per horas duas, uel tres, uel circa: aut emulsio seminum papaueris, quæ etiam datur in cibo. tertio fac distractiones seu motiones spirituum, ut fac fortes ligaturas: & cito dissolue. & in fine præcipias, ut oculos claudat. item in camera fiant distillationes aquæ ab alto cadentis, ac si plueret. quartò si materia peccauerit; da euacuantia secundum exigentiam materiæ, de quibus. 4. trac. quintæ. conforta cor. propter lationem secutam ex inquietudine, & propter eleuationem uaporum ad eum: nam mali uapores eum percutientes sunt causa inquietudinis. dicitur, quod inunctio plantarum pedum, & palmarum manuum cum pinguedine gruis inducit somnum. item, si ex succo hyoscyami, & menthæ liniatur frons; dormiet. quod, si ex hoc non dormiat; expectanda est mors. quidam in casu desperato, & in phrenesi applicans sanguifugas angulis oculorum: & eis remotis ponunt de opio in plagis, & dormiet.

Ad idem & est forte.

Recip. oleorum ros. uiolati, chamemillini ana. 3. i. succi mandragoræ, hyoscyami, lactucæ ana. 3. 5. opij in uino dissoluti, 3. 5. ceræ parum, & fac omnia bullire ad succorum consumptionem. & tunc cola, & opium submitte, & eo unge pulsus temporum, & brachiorum, & frontem.

Ad idem & est debilius. Recip. mandragoræ, myrrhæ, opij, croci, & thuris ana. & cum cera fac pastillos. & cum opus fuerit; unum ex eis super umbilicum extende.

Prognostica. Ille, in quo sit fortis uigilia, deinde accidit: tulsis, moritur: uigilia superflua corpus debilitat, & ad digestionem parat, & ad humorum corruptionem. & ideo ad eius curam festines: nam aliquando ad phrenesim perducit.

De dolore stomachi, uel uentris. Rub. 11.

CONTRA decimum, & est dolor stomachi, uel uentris, qui contingit in febribus acutis, ut quasi semper ex defluxu cholerae ad os stomachi ipsum mordicantis, uel ex uentositate causata uia indigestionis, procedatur in primo cum preuisione, ut quia. sante aduentu doloris in paroxysmo contingit fiat euacuatio cum uomitu, aut cum lenituo euacuate materiæ cholericæ p superius, si id fieri potest.

Cano. Sauo. E test

est, aut per inferius, de quibus supra. deinde dentur buccellæ panis infusæ in uino granatorum acetosorum, uel muzorum, uel i agresta, uel in oxyzacchara. deinde inungatur stomachus ex oleo rosato, myrtino, de cytonijs, & huiusmodi cum sandalis, corallis, & huiusmodi frigidis stomachalibus. item eodem tempore, quia post illas euacuationes, epithemetur hepar epithematibus, de quibus supra de acutis, & infra de cholericis. regimenque sit declinans ad frigidum, & aliquantulum acetosum, siue agrestosum ex parte cibi, & potus; ut uino granatorum, succo aranciorum, & huiusmodi gelatinæ, & talia conuenient. stante autem actuali dolore fiant diuersiones fricationibus, uentosis, ut supra sæpe. & ponatur uentosa magna super umbilicum, uel partes ei adiacentes. sed nota, quod, si fieri potest prius uomitus; illum fac: deinde da acetosa ex syr. ut nunc ante dicebatur. quod, si fuerit ex uentositate; conferunt uentosa magna dicta, fricationes, & diuersiones. Item Recipe chamæmillæ, anisi, rutæ añ. decoquantur, & in illa decoctione ponatur filtrum, & stomacho expressum, applicetur. item accipe panem calidum de furno extractum, & infunde eum in oleo, & melle, & applica. & sic de alijs calidis, ut panis, & huiusmodi stomacho applicatis. in uentositatis resolutione securiores sunt diuersiones, & a leuioribus inchoa. quod, si cupis latius de materia uidere; te transferas ad decimum tertium, ubi de hoc.

Prognostica. Quando apparet in dolore stōi sup pedem dextrū quoddam simile uescicæ; patiens morietur in .27. die Hip. in libello mortis festinæ. & de signis eius est etiā; quia appetit res dulces. Si apparet in supercilio eius, qui habet dolorē uentris, uestigium, & bothor nigra similis fabæ: deinde fiat ulcus; tunc ipse moritur. & huic accidit subeth, & multitudo somni propter frigus suæ ægritudinis.

De asperitate linguæ. Rub. 12.

CONTRA undecimum, & est asperitas linguæ, quæ cū est cum limositate grossa uiscosa; Recip. aquæ hordei calidæ. ʒ. iiii. oxymellis simplicis. ʒ. i. misce, & cum ea colluatur os: deinde mūdetur lingua cum panno lineo, aut fac illud cum spongia infusa in eo liquore, aut cum cāna, aut instrumento ligneo, aut de argento abrasas linguam. deinde lauatur os cū aqua dicta. itē prius in ore teneatur per tēpus zuccharum candi, aut compositum ex seminibus communibus, & melle ros. aut succum liquiritiæ cum iulep uiolato; ut mollificetur sufficienter illa limositas mala. deinde abraze, uel laua, aut absterge cum spōgia, ut dictum est: aut Recipe amyllum, & infunde in iulep uiolato, & fac, ut dictū est. aut primò mastice buccellam panis: deinde eijciat, & os suum, siue linguam lauet cum aqua dicta, aut aqua simplici cū aceto, & zuccharo rubeo dulcorata. & ita de alijs ingeniare. item ualet inunctio circa collum facta ex oleo uio. & huiusmodi. Quando est asperitas absque limositate: sed est talis & cum nigredine, & duritie; tunc retenta in ore maxime conferunt ex his, quæ supra de siti dicta sunt: & tu ibi. & super omnia stude, ut non teneat caput super puluinar, neq; stet resupinus, neq; iaceat super collum: & hoc ut fieri potest. item ualet anhelare super aquam frigidam: & etiam tenere eam in ore. & pro complemento recurre ad ea, quæ sexta tertii de adustione linguæ.

Prognostica. Denigratio linguæ in ægritudinibus acutis est signum ad malitiam decliue. & quando lingua exiccatur in primis, deinde exasperatur cum statu: deinde denigratur; est mortale, & propriè in .14. Quando exuberat super linguam in febre acuta sicut cicer nigrum, & sicut granum alchanas; tunc est mors proxima, & accidit eis desiderium rerum calidarum.

Asperitas linguæ, & eius siccitas est significatio phrenesis. & considera in asperitate linguæ, & alteratione coloris eius consideratione superflua: ne sit causa eius res tingens. & scias, quod non tingitur lingua ab humore dominante in omne dispositione, donec perueniat ad eam cum substantia sua, aut per uicinitatem aliquorum membrorum communicantium.

De sternutatione. Rub. 13.

CONTRA duodecimum, quod est sternutatio superflua, suo forti motu trahendo uapores caput replet. & si per ipsam aliquid euacuetur, replet pulmonem, & uirtutem debilem amplius debilitat, & fluxum sanguinis prouocat. et ideo stude in eius remotione, quam primò tentes facere cum diuersionibus, ut cum clysterijs, ac collyrijs, cum fricationibus oculorum: & est problema Aristote. 3. 2. secundo problemate, fricatione frōtis, colli, & maxime partis posterioris trahendo inferius. quod, si à uentositate euenit, & frigiditate; fac pur fricationes, ut dictum est. & si non est capitis repletio; capiti appone pannos calidos. itē imponantur auri olea calida in primo; ut chamæmillinum actu calidum. item ex eodem humectentur lacerti mandibularum. item conuenit eius resupinatio super puluinar calidum. item cum excitatur à somno; non excitetur subito: ne subito motu moueatur & ipsa sternutatio. item ubi uapores sint calidi acuti, ut accidit in acutis; conuenit odoratus rerum frigidarum cerebrum confortantium; ut rosa uiolarum, & eorum aquæ attractæ, & olea; item olfacere aquam rosatam cum aceto modico mixtam, & alia similia, ut supra de fluxu sanguinis narium. caueant à puluere, & fumo.

Prognostica. Sternutatio bona est quando accidit apud statum. in primis autem est de signis coryzæ, & humoris mordicatiui.

De dolore capitis. Rub. 14.

CONTRA decimum tertium, & est dolor capitis proueniens à uaporibus calidis eleuatis ad caput in ipsa febre, aut ab humore. Canones. Diuersio, confortatio capitis, ne recipiat, tertiuseductio materiæ peccantis sensibiliter, aut insensibiliter.

Primum completur euacuatione per clystere, aut suppositorium prius facta. quod, si fuerit materia in stomacho citalis, aut humoralis in causa; fac uomitum. item ualent uentosa super nates, & punctis earum positæ. quod, si uidebitur; scarifica eas: deinde applicentur spatulis. item, si uidebitur; phlebotoma ex basilica, aut cephalica. item fac ligationes extremorum fortes semper trahendo inferius. & pro secundo epithema caput cum aqua rosa. & aceto, aut oleo rosato, aqua rosata, & aceto benè adiuicem agitatis infusa in eis pecia, & fronti, & temporibus applicata. item additur succus semperuiuæ, aut solatri, & huiusmodi, ut supra de fluxu sanguinis narium. item ualent odoramenta frigida supra de fluxu sanguinis narium. sed memore canonis sæpe replicati, ut non fiant hæc capite repleto: nam, si aderit catarrhus, coryza, aut tussis; hæc uidentur negari debere: maxime quando hæc ueniunt à materia descendente à capite. sed hic aduerte, quod, ubi in principio apparent hæc, uel aliquod ipsorum, ut uerbi gratia, coryza, uel tussis ex materia, quæ eliquaretur caliditate febrili: ubi quis in principio fieret lethargicus, aut phreneticus; quod tunc in principio fatuum esset non succurrere statim cum repercussiuis dictis: hoc tamen opus indiget medico exercitato, & cognoscente; quoniam talia sunt apostemata, nisi succurratur, & qui benè sciat metiri pericula ex utraque parte. item, ubi plus timeretur nocuum tussis, & coryzæ propter gulam, & pulmonem & c. talia repercussiuia non sunt applicanda: sed instādum est cū diuersiuis continuatis; & tu benè considera. possunt in calu commisceri resolutiua cum repercussiuis maxime tēpore quietis, & iuuabunt: item resolutiua sola leuia; ut chamæmillam, melilotum, & huiusmodi: & per hoc complebitur tertius. & pro ampliori doctrina recurre ad primam tertii.

Prognostica. Quando dolor perseuerat, & uirtus est debilis, & ægritudo acuta, & sunt illic signa mala; tunc ægritudo est mortalis. & si non fuerit; tunc expecta usq; ad septimum fluxum sanguinis narium: & post septimum, aliquid fluere ex naso, aut ex aure. q. si perseuerauerit usq; ad .xx. r. ro erit tunc resolutio eius per fluxum sanguinis narium. si autem per faniem currentem ex naribus, aut aure, aut exitu ra, & propriè inferius. Auic.

Aphorismi.

Duorum dolorum, qui simul fiunt, & non secundum eundem locum, maior denigrat minorem. Et facit pro canone, qui est diuersio. 46.2.

Quibuscunq; febribus urinæ conturbatae uelut subiugali, his dolores capitis adsunt, aut aderunt. 70.4.

Lac dare caput dolentibus malum. 65.5.

Posteriora capitis dolentia uena recta frontis incisa iuuat. 68.5.

Caput dolenti, & circundolenti sanies, aut aqua, aut sanguis defluens secundum nares, aut aures, aut secundum os, soluit ægritudinem. 10.6.

Quibuscunq; sanis dolores repente fiunt in capite, & continuo siue uoce fiunt, & stertunt, pereunt in septimo die & non febris eos accipiat. 51.6.

De tussi.

Rub. 15.

CONTRA decimumquartum, & est tussis, quæ in casu nostro prouenit ex caliditate, & siccitate ipsius febris, contra quam sic procedo, da ei in frigidantia, & humectantia intus, & extra ex his, quæ supra de siti. laudatur retentio talium in ore paulatinè descendentium ad uiam pectoris, cuius tussis est motus, ut retentio pilularum bechicarum descriptione Nico. & 9. Alman. item frusta liquiritiæ prius in aqua zucarata retenta: item pruna, zucarum candi, iulep, uiolatum, syr. de papauere Mesuæ, diapapauer Mesuæ, diadraganthum, & huiusmodi: aqua hordei zucarata, in qua decocta sint sebesten, liquiritia, semina communia, &c. ad extra uerò inungantur pectus, & guttur ex oleo uiolato cum modico ceræ albæ. & si uis; adde pinguedinem gallinæ non salitam, & alia consimilia quæ re infra de febre hectica.

De destructione appetitus. Rub. 16.

CONTRA decimumquintum, & est destructio appetitus, siue eius diminutio multa: in quo casu oportet medicum diuersimodè procedere secundum causarum diuersitatem, & locorum ipsarum materierum, ut uerbi gratia, si materia fuerit in stomacho contenta faciens destructionem &c. tunc uomitus est ei maximè conueniens. & hic nota, quòd dato, quòd humor acetosus ex se sit factitius appetitus: tamen aliquando propter longam moram eius in stomacho sua frigiditate eum corrumpit, aut deicit iuxta illud Gal. 2. apho. comm. 20. Omnis immoderata qualitas deicit actum propriæ uirtutis. quòd, si fuerit causa in ore stomachi; tunc exhibe, quæ paulatinè deglutiantur remouentes illam. & quia ut plurimum causa est calida; ideò Auic. docet curare cum frigidis. debes itaq; studere eius restitutioni cum excitantibus appetitum. & laudatur ab Aui. 13. tertij in causa calida panis infusus in aqua frigida. laudatur diacytoniten absq; speciebus cum pauco uino, postea dato in excitatione uirtutis. item presenta infirmo excitantia, quæ sint boni odoris. excitat potenter acetum, & cū pastulis bullitum: item acetosa omnia, ut granata, & huiusmodi causa existente calida: item sapes facti cum agresta uino granatorum. item gelatinæ acetosæ: & ita de aliis ingeniare. item carnes, & cibaria cum similibus preparantur. item ualent cappares conditi cum aceto, & oliuæ salitæ magis in causa calida, item salutiæ, & huiusmodi, & ad talia ingeniare. quòd, si uenerit ex repletionem; euacua phlebotomia, aut pharmacia, ut uidebitur. ad extra iungas emplastra & alia talia, ut sacculos appone in stomachi confortatione. & potest ex multis aliis causis contingere, & communitate aliorum membrorum, ut hepatis, splenis, intestinorum, & huiusmodi, supfluo coitu, aut aliter uirtute debilitata, quas causas prosequi non est presentis intentionis nostræ: sed solum debemus sequi causas in febre acuta contingentes; licet aliquando deuiauerim ob tui amorem. ideòq; pro aliis causis, si cupis eas prosequi; recurre ad tertiadecimam tertij, ubi de hoc.

Prognostica. Non inueni aliquid de eo in morbis acutis sed bene in chronicis, de quo dicitur, quòd destructio eius in chronicis est ualde suspecta, & mala, & maximè in lientia, & dysenteria chronica. habui in manibus meis Almeri

A cum iustinopolitanum, qui februit sex mensibus, in quorū quatuor habuerat non dico diminutionem, sed ablationem eius i totū ita, ut omnia abhominaretur. post illos quatuor primos menses ad me uenit, & in termino duorum restitutus fuit appetiui bono, & sanatus.

Aphorismi.

In omni ægritudine conformari mente, & bene se habere ad oblationes bonum: contrarium uerò malum. 33.2.

De bolismo.

Rub. 17.

CONTRA decimumsextum, & est bolismus, seu bulimus. i. fames membrorum cum satietate stomachi, accidit febrientibus propter malam complexionem exiccantem, & resoluentem membra, unde nutrimentum appetunt, & destruentem uirtutem stomachi. ideoque ad hanc solam causam, ut Auic. respiciam. & in hoc casu quatuor sunt intentiones habendæ.

Prima est excitatio appetitus stomachi cum rebus acetosis, & stypticis, & boni odoris. unde competit olfacere cytonia, pyra, poma, rosas, camphoram, & huiusmodi: item odoratio panis calidi infusi in aqua ros. & cum puluere gariophyll. pauco. item odoratio pulli assati odorificati cum aqua ros. sandal. & modico gariophyll. item eius comestio. item contusum cum agresta, aqua rosa, & huiusmodi. item cum cytoniis, conditum cum labrusca, & huiusmodi boni odoris. item condiantur carnes suæ, & alia cibaria, ac potus ipsi cum rebus odoriferis stomacho infirmi gratis magis. quare ipsum prius interroga.

Secunda est uirtutis confortatio, quæ impletur cum cibis, & potibus dictis adducendo cordialia intus, & extra applicata, ex parte cibi, potus, confectio, epithematum, & huiusmodi.

Tertia est prohibitio eorum a somno saltem multo: nā patientibus syncopim præcipitur uigilia, ut. 1.1. tertij.

Quarta est remotio caliditatis inflammatiuæ stomachi: & hæc completur cum frigidis humidis, ut supra de siti, de asperitate linguæ, & de tussi. sed fac illa esse stomachalia, & odorifera. item laudatur in frigidatio capitis, ut per communitatem ad stomachum in frigidetur stomachus, & maximè os eius. de hac in frigidatione habes & canonem supra de fluxu sanguinis narium, & de dolore capitis. item fiat inunctio stomachi ex rebus declinantibus ad frigidum. & tu pro complemento recurre ad. 13. tertij. ubi de hoc &c.

De denigratione linguæ.

Rub. 18.

CONTRA decimumseptimum, & est denigratio linguæ, quæ accidit a malis materiebus corruptis, & retentis in lingua, & tunc procede, ut supra de asperitate linguæ, aut ex caliditate multa exardente, & denigrante superficiem linguæ; & tunc humectetur lingua, ut in loco allegato, & de siti: & tu ibi.

Prognostica. Indicat futuram phrenesim eleuatione malorum uaporum ab ea ad cerebrum.

De appetitu canino.

Rub. 19.

CONTRA decimumoctauum, & est appetitus caninus, & breuiter, ut Aui. curetur frigidis unctuosus, & dulcibus: nam & si frigida appetitum inducant: tamen frigida unctiosa remolliendo partem oris stomachi ipsum tollunt: frigida remouent malam complexionem calidam; ut ius pulli cum decoctione seminum portulaca, uel lactuca, unctiosa remolliunt, siue relaxant: dulcia replet. & pro complemento recurre ad proprium capitulum decimatertij tertij.

De syncopa.

Rub. 20.

CONTRA decimum nonum, & est syncopa, quæ accidit ex effusione cholerae ad os stomachi: in cuius cura oportet quandoq; habere intentiones. Primò ad syncopam ipsam antequam ueniat, ut dando frustrum panis infusi in uino granatorum, & multa alia, ut supra de uomitu ex consimili causa. & tu ibi. Secunda euacuatio ipsius per uomitum, ut allegato loco, aut cum clysteri, ut uidebitur.

Cano. Sauo.

E 2 Tertia

Tertia est ad ipsam syncopam, cum quasi incidit, & est da re uinum cordiale cum mica panis. Quarta ad ipsam syncopam, dum est in actu, quæ completur diuersionibus, ligationibus, fricationibus, & huiusmodi. Quinta est ad remouendum syncopam dum surrexit patiens à syncopa cum digestiuis, euacuatuiuis, & similibus, ut. x. prima tertij.

Prognostica. Quando prolongatur syncopa, & color faciei mutatus est in liuorem, aut uirorem, aut nigredinem; expeditus est. si syncopizato imponatur sternutatorium, & non sternutet; consumatum est.

De constrictione anhelitus. Rub. 21.

CONTRA uigessimum, & est constrictione anhelitus, cuius quatuor sunt causæ, ut nostro satisfit proposito.

Prima est spasmus, aut siccitas lacerti pectoris, siue anhelitus contingens: & remouetur cum frigidis, & humidis ex parte aeris, & aliarum rerum sex non naturalium. & tu pro his. 3. cap. supra: item & pro medicinalibus etiam ad hanc intentionem. 4. cap. item fiant inunctiones circa loca, & circa frontem, & caput. & tu bene considera ortum neruorum pectori motum dantium.

Secunda causa est descensus materiæ à capite ad illas partes: in quo casu attende diuersionibus, & euacuationibus materierum superiorum cum pilulis, ænematibus, & hmōi.

Pro tertia causa, quæ est debilitas uirtutis neruis anhelitus contingens: & quia hoc accidit maximè propter caliditatem, & siccitatem; ideo attendatur correctioni cerebri cum in frigidantibus, & humectantibus dictis, cum oleo uiol. de salice, amygdalæ dulcis, mucillag. psyllij, rasuræ cucurbitæ, & hmōi. item tenere in ore frigida &c. ut supra de siti.

Quarta causa est multitudo fumorum eleuatorum ab humoribus, qui sunt in uenis appropinquantibus cordi. quod si fuerit sanguis; phlebotoma basilicam sinistram: & da alterantia frigida, & humida ad intra, & extra. quod, si à uentositate; resolue illam cum resoluentibus non nimis calidis propter febrem cum epithematibus, unguentis, emplastris, & hmōi. item stante paroxysmo aliquando accidit propter uehemens cauma, & fumos acutos hæc constrictione: quo casu tribue in potu in frigidantia cordialia, aut aquam rosatam simplicem, aut iulep uiolatum cum aqua nenufaris, aqua uiolarum, rosata, & admixta buglossa. item syru. de acetositate citri cum aqua cocta simplici, & ita de alijs cordialibus, de quibus plenè infra de febre pestilentiali.

Prognostica. 4. aphor. 67. aphor. In febribus spiritus offendens malum: spasmus enim fieri significat.

De tristitia uel angustia. Rub. 22.

CONTRA uigessimum primum, & est tristitia, siue angustia, cum qua inquietantur; cuius causa est motus humoris mordicatiui ad os stomachi, contra quam causam cum frigidis stypticis supra de uomitu, & de fluxu superfluo ad intra, & ad extra applicando stomacho frigida stomachalia, & epithemata, & huiusmodi: etiam dando per os frigida consimilia, confectiones, ut de superfluo sudore, electuaria, potus, & huiusmodi. & tu illis locis; quia tibi maximè est necessarium præcipue propter ea, quæ de uomitu. & tu ibi. & pro complemento reduc te ad Aui. decimatertij proprio capi.

De difficultate transglutiendi. Rub. 23.

CONTRA uigessimum secundum, & est difficultas transglutiendi, quod, si contigerit propter siccitatem absque materia sola; sufficiunt humectantia ex iulep. syru. electuarijs, & huiusmodi humidis sæpe memoratis. item inungatur collum trahendo sursum, & deorsum usque ad medium spatularum cum oleo uiol. succo lactucæ, & huiusmodi. quod, si fuerit cum materia; attendatur educationi eius pro suppositoria, & clysteria, & meliora sunt, quam solutiua. Aui. Er, quoniam non ita faciliter deglutiuntur: etiam quia possent inducere uomitum, & augere accidens. quod si fuerit repletio sanguinis; fac phlebotomiam, & pro ipsa facièda recurre ad ea, quæ de phlebotomia in squinantia. & dicit Aui. si at paulatim. i. partita in plures uices: sed prius educ focales materias cum clysteri. & factis euacuationibus.

F conueniunt gargarismata cum aqua zucchari, & modico acetii. item & in principio principij da: deinde quæ materia, uel causam æquant. quod, si causa fuerit nimia humiditas remolliens; euacua prius, & deinde da aromatica styptica; ut iulep ros. aromatizatum cum cinnamomo, & huiusmodi. & circa collum fiant unctioes secundum eandem intentionem si propter apostema gutturis, ut in squinantia, & sic de alijs causis; reduc te ad tertium, & ad propria capitula: ista enim debent in nostro proposito plusquam sufficere.

De frigiditate extremitatum. Rub. 24.

CONTRA uigessimum tertium, & est frigiditas extremitatum profundato calore. quod, si fuerit propter multitudinem materiæ opprimentis, & impediens expansionem spirituum; tunc intende euacuationi cum canonibus positis supra de cura putridarum in generali. q. si erit causa motus materiæ male ad intra, ut accidit in principio februm; tunc rege infirmum, ut dictum est supra de cura rigoris. nec in hoc amplius prosequor; quoniam ex multis nocentis à uirtute perceptis potest accidere retractio caloris, ad quam sequitur extremitatum frigiditas; ut est apostema, aut resolutio caloris membrorum principalium intrinsecorum. quare non fit eius expansio ad extrema, ut accidit in propinquis morti. & ideo bene dicit Hippoc. 7. aphor. aphori. 1. in acutis ægritudinibus frigiditas extremitatum malum. & 27. septimæ. In dolore forti circa uentrem extremitatum frigiditas malum: uerificantur tamen illi aphorismi in apostemate intrinseco. & secunda quarti capi. de signis sumptis ex parte extremitatum inquit. de eis est ex parte qualitatum earum, sicut frigus extremitatum cum caliditate febris acutæ, & fixatione eius, & non eradicatur, & signum non bonum. cum chronica uero non ex horribile. & causa eius in feb. acutis est apostema calidum in concauitate uentris, aut submersio caliditatis innatæ, aut aduentus syncopæ, aut resolutio. & fortior significatio frigiditatis extremitatum in febribus acutis super mortem, quæ est frigoris accidentis eis in principio ægritudinis, & similiter cum est frigus, cum quo non calefit: & hoc totum significat fuga totius sanguinis ad interiora propter apostema. aduentus extremitatum, & cutis cum frigiditate uentris est mortale signum iterum. præter signa hic posita, & ab Aui. scripta in numero. 2. 3. possunt ipsis febricitibus febre acuta plura alia accidere; ut singultus, uertigo, scotomia, spasmus, foetor oris, alcola, mictus inuoluntarius, dolor stomachi, & ita de alijs, quorum omnium curam annotare esset adducere tertium Aui. & esset extra propositum nostrum. & ideo uolo tibi sufficere, quæ sic scripta sunt de eis cum principe nostro Aui. tu itaque stude, ac æquo animo patere. & hæc de cura acutarum cum suis accidentibus. & pro casu in terminis hic ponendo satisfaciatur tibi casus, qui in fine februm pestilentialium ponitur. item etsi causon febris sanguinis, & huiusmodi sint de numero acutarum; tamen hic de eis nihil nam de ipsis in suis specialibus capitulis loquar uolens de acutis sic tantum dictum esse in generali.

De febribus acutis pestiferis continens rubricas sex. Cap. 9.

H De definitione & causis feb. pestiferæ. Rub. 1.

IAM actum est supra, quid febris sit acuta, & correlariè inductum, quod aliqua pestilentialis non sit uerè acuta: non. n. inconuenit, ut infra, quod sufficiatur corpora ex uenositate superiorum absque manifesta mutatione in qualitatibus suis primis. & ideo reperiuntur cpa pestilentialia, in quibus nulla est mutatio, siue alteratio ex parte pulsus, uel urinæ: & de his etiam infra. restat ergo declarare, ut promissum est in principio opis, quid sit febris ipsa pestilentialis. Propter quod nota, quod apud medicinarum auctores hi reperiuntur termini. pestis, pestilentia, epidimia, undimia, mortalitas, febris pestilentialis. & licet, ut Aui. prima primi doctrina sexta. 5. cap. A medico de nominibus non sit disceptandum; sed intentiones, & differentias debet intelligere: tñ de eis succinctè præfibo, ut eorum in telligètia quatuor ad quid nominis, habeatur; & si à cõitate medicorum hi habeantur ut

ut synonymi. Pests enim est dispositio uenenosa in aere contingens, ad quam sequitur morbus pestilentia dictus. unde pestilentia est actus, siue pestis effectus, quæ ab Halyabbate. 5. theoricæ. 2. cap. sic describitur.

Pestilentia est morbus multiplex, & subitus unoq; eodẽ tempore multis hominibus cõmunis. dicitur multiplex, ut ostendatur diuersitas eius magna in ambitu sui generis: quoniam aliqua est, ex qua fiunt carbunculi: alia, ex qua fiunt febres, alia, ex qua uariolæ, morbilli, & hmoi. propter quod Isid. 4. etymologiarum. 6. ca. dixit, quod ipsa est contagium: quod cum unum apprehendit, celeriter ad plures transit. & dicitur subitus ad differentiam &c. ut infra de endimia. & dicta est pestis à depascendo; quia homines depascit, & deuorat: lues à labe, uel luctu: & inguinaria; quia in inguinibus cõiter magis apparet. Gentilis tamen pestilentiam à peste non distinguit. inquit. n. Pestilentia est mutatio facta in aere; ex qua in uarijs corporibus uariæ fiunt ægritudines in isto de chole-
Pestilentia.

ra; alio de phlegmate, i alio de melancholia, & ita de alijs. Epidimia sic à me describitur sperans authorum dictis, & ut uocabuli magis adherere est mutatio uenenosa, & cõtagiosa merito radicis supercœlestis in aere cõtingens, ex qua aptæ sunt in corporibus humanis diuersæ causari ægritudines s̄m plurimum perdens. unde omnis ægritudo à superioribus ueniens uenenosa, & ut plurimum perdens dicitur epidimia. & hanc fortassis intellexerunt antiquiores nostri asserentes non raro pestilentiam ab ira Dei prouenire: dicitur. n. epidimia ab epi, quod est supra, & dimos populus; quia de supra ueniens inficit populum. inquit Isid. allegato loco de pestilentia, quod si plerunq; per accidens fiat; tamen sine arbitrio omnipotentis Dei omnino non fit. & Gal. 1. prognosticorum super illo est quoddam diuinum &c. & Aui. 10. meta. inquit attendendæ sunt dispõnes hominũ: etenim credo, quod dicitur de diuinis flagellis, quæ ascendant super ciuitates flagitiorum. ex quibus infertur, quod omnis epidimia est pestilentia, & non contrã. placuit tamẽ Gentili ipsam restringere ad determinatum genus ægritudinum; ut dicat ipsam esse mutationem factam in aere, ex qua in hominibus pluribus fiunt ægritudines s̄m determinatum genus ægritudinis: ut, quod omnes fiunt phrenetici, aut pleuriticici, aut tertianarij, & sic de alijs. est uerum, quod quando istæ ægritudines, uel altera earum sic cõiter in una, aut pluribus ciuitatibus, seu locis eueniunt, uulgares dicunt quod talis influxus est semipestis. & quia non sunt uenenosæ, neque contagiosæ; idẽ ipsas absolutẽ epidimiales non pronunciant: sed, ut dictum est in his, à medico non est insistentum. Undimia autem est ab epidimia differens in hoc, quod ipsa à radice infirmiori: illa uerò à superiori euenit radice. sed nota propter authores, qui nefresim, bocium, & hmoi ægritudines undimiales uocant, quando à loco, aut ex aere, aut ex aquis similes habitantibus quasi omnibus ægritudines fiunt, quod duplex est epidimia, similiter undimia, propria siue uera: alia impropria dicta talis per similitudinem ad propriam. unde quando tales accidunt ægritudines, nõ ex uenenosa materia, & quasi omnibus habitantibus illum locum merito aquarum, aut aeris, aut alterius causæ: tunc dicuntur improprie epidimiales, uel undimiales. & hæ ægritudines fiunt successiuẽ, & non subito.

Mortalitas uidetur proprie importare perditionẽ multorum hominum, ac plurium in una prouincia, ciuitate, uel loco, à cã acuta, siue uenenosa, siue non uenenosa factam: ut si ex peste, aut dysenteria, aut ex aliquo acuto morbo euenierit. aliqui autem eam ad mortem ex pestilentia restringunt. secunda primi de mutationibus aeris contra naturã ait. Mortalitas corrumpit arbores, & uegetabilia. sed ego solum ut medicus subiectũ nominauim humanum. considera.

His premisis ad declarationem febris pestilentialis uenio, quam sic describo. Febris pestilentialis est febris cõtagiosa ex ebullitione putrefactiua in altero quatuor humorum cordi propinquorum principaliter, & secundum plurimum contingens. cuius causa immediata, siue coniuncta est uapor putridus ab aere attracto putrefacto, ut quasi semper sit uenenatus. dicitur contagiosa; quoniam Isidor. allegato loco cum unum apprehenderit; celeriter ad plures transit: & Auicem. secunda primi doctrina prima. 8. ca.

A pitu. in fine. est præterea ex ægritudinibus, quæ de uno ad alium transit, lepra, scabies, uariola, febris pestilentialis, apostemata putrida &c. & in hoc differt ab alijs putridis, quæ non positæ sunt ab authoribus contagiosæ propter remissam malitiam suæ putredinis. sed hic aduerte, quod, si reperiretur febris in aliquo, qui foret febriens ex comestione ueneni, non esset tutum cum eo conuersari. dicitur ebullitione; propter quod scito, Quod aer extrinsecus à radice, siue superiori, siue inferiori uenenatus, & putrefactus cordi occurrens, aut per porositates membrorum successi uẽ, aut per os sic tractus, humores cordis; quia in arteriis eius, ac uenis existentes putrefacit, & uenenat, quia quod tangitur à putrido, putrefit, & sua putredine humores ponit in ebullitione, ad quod concurrunt, quod spiritus, & calor ad ipsum defendendum impetuosẽ mouentur. quare in eo, & circa ipsum conculcantur; & sic circa ipsum fit inflammatio. ad quam sequitur in illis humoribus putrefactis, & iam à regimine naturæ tanquam nociuis derelictis, ebullitio: & ad hanc eleuatio uaporum ab illis, & ab his febris, ut supra de putrida. & ex isto apparet, quod non inconuenit aliquem ex pestilentia mori absque febre: quoniam non inconuenit, ut aer occurrens cordi sit ita rabiosa uenenositate infectus, ut ante aduentum huius ebullitionis moriatur homo. & fortasse hoc omni die euenit: uidemus enim tempore pestis multos mori in. x. aut. xx. horis, uel circa, in quibus nullũ signum febris uisum est. dicitur in altero quatuor &c. quoniam febris pestilentialis potest indifferenter ex putrefactione cuiuscunque humoris sic ab aere uenentẽ prouenire. unde Auicem. de cura eius. Si autem materia uincens fuerit sanguinea; fiat phlebotomia: si fuerint humores alij; euacuentur. & capit ipsam denominationem ab humore ipso, ut dicatur pestilentialis sanguinea: & sic de alijs. sed est uerum, quod, quando fit pestilentialis febris ex humore aliquo solo, ille secundum plurimum est sanguis; quia de eo in corde plus reperitur. propter quod Almanfor cap. de febre pestilentiali dixit plurimum ipsam esse cõclusam. & idẽ, quia ut plurimum sic euenit, & uisum est in pluribus phlebotomiam conferre; ex hoc loco ignorantes & imperiti, qui absque timore sequuntur tales infirmos cũ eis occurrunt, phlebotomiam faciunt, & malẽ; quia, quando non est conueniens; multa inde sequuntur nocumenta, & maximẽ uirtutis debilitas, quæ uirtus in hac febre specialiter, & cito multum debilitatur, ut quotidie uidemus: quæ nocumenta require supra de cura putridarum in generali: & de his infra suo loco. & dictum est solo; quoniam secundum plurimum feb. pestilentialis ex humoribus fit permixtis: nam, sicut raro accidit, ut inueniatur humor solus peccans, ut primo prognosticorum commento. 20. ita raro inuenitur humor solus aptus recipere putrefactionem. & idẽ, cũ aer putridus sic cordi occurrit, & suis humoribus per contactum; uidetur rationabile, quod secundum plurimum ex mixtione humorum proueniat. quæ mixtio si non est cum sanguine, aut multum est remota à natura sanguinis, quomodo competit phlebotomia? & idẽ considera cõtra communiter malẽ operantes. Dicitur cordi propinquorũ principaliter, & in hoc differt ab alijs putridis; quoniam putredo faciens febrem putridam non pestiferam nõ est principaliter in humoribus cordis: sed ut plurimum in alijs: & hoc quia causa faciens putrefactionem in pestilentiali; immediatẽ, & principaliter occurrit humiditatibus cordis. & in alijs occurrit humiditatibus stomachi, hepatis, & aliorum, ubi. s. est maior præparatio, ut statim dicetur. Nota tamen, quod, ut dictum est, contingit aliquem incurrere feb. pestilentialem non per attractionem aeris per os: sed per ingressum eius uenenati, & putrefacti per porositates membrorũ, ut accidit his, qui aut ex uestibus, aut ex lecto, & sic de alijs reseruato tali aere infirmantur, ut omni die uidetur: nam iste aer primò corrumpit, & uenenat humores in membris à corde longinquis, à quibus eleuantur: deinde uapores mali usque ad cor ipsum inficientes. ex quo inferri uẽ, quod alijs periculosa debet eẽ hæc feb. pestilentialis sic paulatinẽ introducta. uerũ meis dieb' uidi mirabilia de istis uestibus, & audiui, quod subito quasi & multi ex una mortui sint; ut infra diceĩ: & tu cõsidera. diceĩ & s̄m plurimum cõ-

B ut supra de putrida. & ex isto apparet, quod non inconuenit aliquem ex pestilentia mori absque febre: quoniam non inconuenit, ut aer occurrens cordi sit ita rabiosa uenenositate infectus, ut ante aduentum huius ebullitionis moriatur homo. & fortasse hoc omni die euenit: uidemus enim tempore pestis multos mori in. x. aut. xx. horis, uel circa, in quibus nullũ signum febris uisum est. dicitur in altero quatuor &c. quoniam febris pestilentialis potest indifferenter ex putrefactione cuiuscunque humoris sic ab aere uenentẽ prouenire. unde Auicem. de cura eius. Si autem materia uincens fuerit sanguinea; fiat phlebotomia: si fuerint humores alij; euacuentur. & capit ipsam denominationem ab humore ipso, ut dicatur pestilentialis sanguinea: & sic de alijs. sed est uerum, quod, quando fit pestilentialis febris ex humore aliquo solo, ille secundum plurimum est sanguis; quia de eo in corde plus reperitur. propter quod Almanfor cap. de febre pestilentiali dixit plurimum ipsam esse cõclusam. & idẽ, quia ut plurimum sic euenit, & uisum est in pluribus phlebotomiam conferre; ex hoc loco ignorantes & imperiti, qui absque timore sequuntur tales infirmos cũ eis occurrunt, phlebotomiam faciunt, & malẽ; quia, quando non est conueniens; multa inde sequuntur nocumenta, & maximẽ uirtutis debilitas, quæ uirtus in hac febre specialiter, & cito multum debilitatur, ut quotidie uidemus: quæ nocumenta require supra de cura putridarum in generali: & de his infra suo loco. & dictum est solo; quoniam secundum plurimum feb. pestilentialis ex humoribus fit permixtis: nam, sicut raro accidit, ut inueniatur humor solus peccans, ut primo prognosticorum commento. 20. ita raro inuenitur humor solus aptus recipere putrefactionem. & idẽ, cũ aer putridus sic cordi occurrit, & suis humoribus per contactum; uidetur rationabile, quod secundum plurimum ex mixtione humorum proueniat. quæ mixtio si non est cum sanguine, aut multum est remota à natura sanguinis, quomodo competit phlebotomia? & idẽ considera cõtra communiter malẽ operantes. Dicitur cordi propin-

C quorũ principaliter, & in hoc differt ab alijs putridis; quoniam putredo faciens febrem putridam non pestiferam nõ est principaliter in humoribus cordis: sed ut plurimum in alijs: & hoc quia causa faciens putrefactionem in pestilentiali; immediatẽ, & principaliter occurrit humiditatibus cordis. & in alijs occurrit humiditatibus stomachi, hepatis, & aliorum, ubi. s. est maior præparatio, ut statim dicetur. Nota tamen, quod, ut dictum est, contingit aliquem incurrere feb. pestilentialem non per attractionem aeris per os: sed per ingressum eius uenenati, & putrefacti per porositates membrorũ, ut accidit his, qui aut ex uestibus, aut ex lecto, & sic de alijs reseruato tali aere infirmantur, ut omni die uidetur: nam iste aer primò corrumpit, & uenenat humores in membris à corde longinquis, à quibus eleuantur: deinde uapores mali usque ad cor ipsum inficientes. ex quo inferri uẽ, quod alijs periculosa debet eẽ hæc feb. pestilentialis sic paulatinẽ introducta. uerũ meis dieb' uidi mirabilia de istis uestibus, & audiui, quod subito quasi & multi ex una mortui sint; ut infra diceĩ: & tu cõsidera. diceĩ & s̄m plurimum cõ-

D est principaliter in humoribus cordis: sed ut plurimum in alijs: & hoc quia causa faciens putrefactionem in pestilentiali; immediatẽ, & principaliter occurrit humiditatibus cordis. & in alijs occurrit humiditatibus stomachi, hepatis, & aliorum, ubi. s. est maior præparatio, ut statim dicetur. Nota tamen, quod, ut dictum est, contingit aliquem incurrere feb. pestilentialem non per attractionem aeris per os: sed per ingressum eius uenenati, & putrefacti per porositates membrorũ, ut accidit his, qui aut ex uestibus, aut ex lecto, & sic de alijs reseruato tali aere infirmantur, ut omni die uidetur: nam iste aer primò corrumpit, & uenenat humores in membris à corde longinquis, à quibus eleuantur: deinde uapores mali usque ad cor ipsum inficientes. ex quo inferri uẽ, quod alijs periculosa debet eẽ hæc feb. pestilentialis sic paulatinẽ introducta. uerũ meis dieb' uidi mirabilia de istis uestibus, & audiui, quod subito quasi & multi ex una mortui sint; ut infra diceĩ: & tu cõsidera. diceĩ & s̄m plurimum cõ-

Febris pestilentialis sine aeris putrefactione.

tingens; quia, sicut dictum est, contingit se esse sanguineam de sanguine non putrefacto, cui potest occurrere aer uenenosus ex ueneno frigido, aut non frigido, non interueniente saltim ebullitione, & tunc erit febris pestilentialis, & non ex ebullitione. item ephemera, aut hectica, ut statim, quarum quaelibet erit pestilentialis. & dicitur, ut quasi semper: quoniam non incouenit, quod alicui superueniat in certo eius membro apostema malignum, quod propter inordinationem, uel malam curam ad naturam perueniat uenenosam. unde ex eo eleuantur uapores ueneni putridi febrem inducentes pestilentialem. huius tamen rei contrarium defendi posset tenedo, quod ex solo aere uenosa ueniat febris ipsa: sed est de omnibus disceptatio. & tu considera.

Et licet ex particulis positis appareat differentia inter hanc febrem, & alias putridas: tamen differentia alia ab authoribus assignantur scitu utiles, ut dicitur, quas hic subiungam. & una alia ex definitione comprehenditur, cum dicitur ab aere &c. quoniam febris pestilentialis sibi limitat determinatam causam, ut aerem: alia autem non. item pestilentialis est deteriorum, & prauorum accidentium aliis putridis, & magis mortifera; quia, ut dixit Zoar, quoniam non contingit in eis fieri crism, ut in aliis. unde Gal. 2. apho. co. 13. Omnis uero crism plus attinet sanitati, quam morti, nisi morbus sit pestilentialis: nam in ipso corrumpitur principium uitae. item febris pestilentialis magis fit ex fortitudine agentis, quam ex dispositione passivi: in aliis uero contra, & licet ita sit, quod ab aliis differat putridis: tenendum tamen est, quod ab illis non differat essentialiter, sed accidentaliter solum: nam, quoniam accidit rabiosa aestas, & uenosa; illa facere potest primo febrem ephemeram pestilentialem, ad quam deinde sequitur putrida: & ideo dicitur in definitione secundum plurimum: consimiliter ab eadem causa hectica caliditate aeris rabiosa impressa in cordis substantiam, & membrorum. & tu considera, accidentaliter autem differt; quia alio modo causatur, ut supra. 2. quia alia habet accidentia secum applicata, ut infra: item & diuersis modis curationis ab illis: & hic aduerte propter illud, quod dictum est de causis, quod debes sollicite inuestigare regimen patientis: quoniam est uerisimile, quod humor, quem multiplicauit, & superflue, sit magis aptus recipere putredinem, ex quo comprehendes quis humor, uel qui humores a te erunt euacuandi, & regendi: & hoc siue fuerit patiens per contagionem, siue non; attentis complexione, habitudine &c. ut de aliis putridis. & ex his omnibus patet, quod possibile est in una ciuitate unicum esse febrientem febre tali: & pro tunc quando accidit uel radicis superioris in ea ciuitate asserere esse pestilentia: nam in definitione dicitur contagiosa, & contagiosus morbus est, qui cum unum apprehendit, aptus est celeriter ad multos transire, ut Isid. allegato loco. & tu considera contra Dinum.

Quomodo putrescat aer.

Et quia dictum est in definitione ab aere putrefacto, oportet hic declarare, quomodo putrescat aer tempore pestis quoniam simplicia non uidentur putrescere, sed mixta, ut Ari. 4. meteor. ad principium. propter quod nota, quod contingit aerem dupliciter mutari: uno quidem modo secundum qualitatem, ut cum efficitur aut calidus immensus, ut in rabiosa aestate, aut immensus frigidus, ut in hyeme rabiosa: secundum substantiam, ut cum putrescit, ut statim. unde sequendo Aui. secunda primi allegato ca. aer facit pestilentiam ex mutatione eius secundum substantiam, quae est putrefactio & non secundum qualitatem. Inquit, quod uero in eius existit substantia, est, ut eius substantia ad malitiam conuertatur: non ideo, quod aliqua suarum qualitatum ualde fortior facta fuerit secundum augmentum, & diminutionem, & haec est pestilentia, & putrefactio, quae accidit aeri similis putrefactioni aquae remolitionis foetidae. unde Hali. itaque cum aer a substantiae suae temperamento mutatur in putredinem, pestilentialis uocatur, et dixit Aui. ualde fortior, quam aliquam uideamus esse pestilentiam & aerem in qualitatem primis non esse mutatum. & pro tunc solum uideatur effectus uenositatis. itaque si contingat aegritudines epidemicas causari ex sola aeris mutatione secundum qualitatem; illae non dicuntur proprie pestilenciales. aer itaque non circundans non est simplex: sed mixtus ex simplicibus, siue puro partibus. aqueis uaporosis, & terreis in fumo, & nubibus surgentibus. & partibus.

Etiam igneis, in quo mixto aer ipse purus est dominans: & huic accidit putrefactio, ut aquae ex impositione lini, aut canapis in ea, & aquis stantibus, & lacunalibus. huius autem putrefactionis causa duplex assignatur: una quidem interior, quae magis hominibus nota est. & est uapor putridus uenenosus cum aere ipso commixtus, qui uapor ex multis, ac diuersis subiectis eleuari potest; ut uerbi gratia, multitudo corporum mortuorum corruptorum, & putrefactorum, ut tempore bellorum contingere consuevit. & credendum est propter symbolitam aerem a cadauere humano eleuatum aliis paribus esse aptum magis citius hominem inficere. propter quod loca sepulchrorum, ut coemeteria sunt multum euitanda, ut infra dicitur. item putrescit aer & maxime tempore aestatis a uaporibus eleuatis ab aqua stagni, aut lacunae. & ideo loca, a quibus talia sunt propinqua, euitanda sunt. & dixit Aui. allegato loco, quod locus unius regionis quandoque inficitur a uento deportante malos uapores ab alio loco, in quo erunt corpora multa inhumata. item contingit ipsum putrescere ex apertione alicuius concauitatis terrae, in qua longo tempore steterunt reclusi multi uapores ueneni facti tales aut

propter habitationem animalium uenenosorum, aut propter ipsam malam corruptionem, ut multoties iam diebus nostris contingit ex apertione puteorum, qui longo tempore steterunt clausi. unde ex eorum apertura statim multi praesentes mortui sunt. sic etiam potest contingere ex apertura sepulchrorum. & ideo &c. ut infra. & breuiter omnis uapor foetidus corrumpens potest esse causa corruptionis aeris sic mixti, ut dictum est. similiter quandoque accidit mortalitas modo Aui. in aliis uegetabilibus ab homine; ut in bobus, gallinis & aliis, ut semine, aut in arboribus, siue plantis: quia uapores ab illis eleuati mali, & corrupti aerem inficientes, sunt causa pestilentiae. propter quod multum ab hominibus est considerandum, quando bruta sic ex incognita moriuntur aegritudine, & plura. & cauendum a comestione illorum de illa specie morientium: nam in uia cibi sumpta non minus alterant. & quod a uapore egresso ab animali sic ueneno, aut ex sui natura uenoso pestis contingere potest, approbat Aristotelis authoritas in libello de proprietatibus elementorum: nam tempore Philippi regis duo dracones ueneni in duobus collibus montis unius insufflabant uersus Athenas, hominesque omnes illic transeuntes ex aere ipso sic ueneno moriebantur. unde Socrates eos in magno speculo quod composuerat, uidit: & loca eorum, ordinauitque illos lapidari debere prius munitis hominibus: & sic illos expulit a loco. unde & uia transeuntium liberata fuit. existimandum enim est, quod sicut astra disponunt determinatum indiuiduum, ut hominem sic ad furandum, quod non ad aliud: ita disponere possunt aerem ad inficiendum, & uenendam hominem, quod non equum, uel bouem, & ita de aliis. & quod superiora hoc efficere possint, patet: quoniam inferiora, in quibus est minor uirtus, cum subiecta sint superioribus; id agunt, ut ex approximatione unius ad aliud complexio non uenosa efficitur uenosa: ut in fungo, qui nascitur apud ferrum rubiginosum, aut in umbra oliuae est uidere. & pariformiter credendum, quod terra, & aqua inficiuntur, & uenenantur a superioribus, & breuiter omnia elementa excepto igne, qui sua caliditate exterminat uapores, & ipsos se cum commisceri non patitur, ut 4. Meteor. imo ipse est, qui alia purificat, ut infra. De aere autem magis in casu nostro authores mentionem fecerunt; quoniam & si aqua, aut terra infecta nos inficit; illud est mediante aere. item ipse est facilis receptionis continuae, & magis nos alterans, quam terra, aut aqua. ite alteratur aer et secundum determinatam complexione, aut aetate aliquando, ut aliqui pueri moriantur, & non senes, aliquando contra. similiter sanguinei, & non melancholici, aut contra. & sic considera innumerabiles eius effectus, ex quibus patet, quod non est mirandum, si aliqui in una contrata ciuitatis est pestis, & non in alia propter ipsam esse magis propinqua aeri foetido, ut qui est ex coemeterio, aut ex latrinis, & huiusmodi. multa alia reperiuntur exempla; ut in Valerio, & aliis, a quorum narratione supersedeo. & dixit Gal. etiam pestilentiam in corporibus fieri posse, in quibus mali humores putredini apti, & malae materiae multiplicantur, ut cum post longam famem fit inordinata comestio.

& ideo

& ideo secunda primi allegato cap. nullus est deterior annus, nec sic adducens mortalitatem, quemadmodum est annus fertilitatis sequens post annum subtilitatis. i. carestia, siue penuria. & uidetur Zoar reddere causam huius; quia ultra quantitatem notanda est etiam qualitas; quoniam tempore penuria comeduntur res antiqua mala, & putredini parata; unde cum deinde putrescunt, conuertuntur in humorem secundum etiam suam substantiam ualde malu. & ideo post longas guerras accidit pestis etiam ex hac secunda causa. & astronomi tertiam addunt dicentes, quod influxus disponens ad penurias, & guerras, disponit & ad pestem. & sic habes, quod uegetabilia possunt sua qualitate, & substantia esse causa pestis.

Causa, siue radix superior corruptionis aeris, & principium talium accidentium sunt, ut Aui. prima quarti de ea, forma ex formis coeli facientes esse necessarium illud, cuius euentus ignoratur a medico. s. in quantum medicus, forma. i. determinatae constellationes; ut coniunctio Saturni cum Marte. unde secundum astrologos contingit pestem causari ex eclipisibus Lunaribus, coniunctione planetarum; ut Saturni, & Martis cum stellis fixis; aut adunatione ipsorum in aliquo signo humanorum, & proprie cum praualuerit in domo uitae in aliqua coniunctione maiori, uel aspectu, uel reuolutione anni mundani inducentibus prauas temporum constitutiones. unde tempora in essentiis, & naturis suis permutantur. & Isaac quinta febrium. Dominium Martis est causa mortis, & pestilentiae, & possunt haec. s. ueniens merito superioris causa, alia est deterior. & dixit Isaac, quod ex ista paucissimi euadunt; quia aer uelociter peruenit ad cor. & ideo Aui. agitudines pestilenciales, quae fiunt a corruptione aeris, citius sunt mortiferae: quia aer putrefactus uelociter attingit ad cor. unde credo, quod istud est unum de signis efficacibus, quod pestis a superioribus uenit: quia paucissimi euadunt. item & non est ita efficax; quia pluribus communicatur locis, ciuitatibus, uel castris. & ideo ad hanc causam cognoscendam debet medicus suo studio, uel socii astrologi cum diligentia conari, ut ea cognita sciat, & cum antidotis opportunis occurrere, & corporibus praestare iuamentum; ut, uerbi gratia, si prauidebit aerem fieri debere rabidum in caliditate, & siccitate; festinabit ad purgandam choleram, & maxime in corpore cholericis, ne adueniente tali aere furiat, & corrumpatur: dabitque frigida, & humida ad resistendum, & consimiliter de aliis suo modo.

Et quia de aere tanquam de causa mentio facta sit; fortassis, ut quasi nonnulli, interrogabis, quis aer est deterior, an calidus, an frigidus, & sic de aliis qualitatibus simplicibus, & compositis, ad quam respondet Zoar. 3. teysir. Inquit, Hippocr. manifestum fecit, quod aer magis nociturus est calidus, & humidus; quia putredo crescit, & dilatae, & maxime quando non sequuntur uenti exiccatiui. & habet ueritatem dictum Hippo. quando caliditas est remissa, potens eleuare uapores, & impotens est ad resoluendum. post huc uero deterior humidus cum temperamento actiuarum, postea qui ad caliditatem cum temperamento earum, & minus malus, qui ad siccitatem. unde Aui. prima quarti allegato loco, Febres accidentes causa aeris sicci sunt causa, ut eueniant feb. cholericis. & supple tu, & non pestilenciales. & supple, ut raro, ut Zoar. & de his clarius statim, cum dicetur de mutationibus aeris secundum tempora anni, de quibus Aui. Et meliora tempora sunt, quae seruant suam naturam. frigiditas autem cum siccitate consueuit in nostra regione multum conferre in extinguenda peste: in oriente uero, ubi & pestis saepe ualida uiget, tempora ingressus solis in leone consueuit extingui: & hoc ideo quia facta est eo tempore fortissima resolutio uaporum aeri commixtorum: nam ex ualida caliditate sinceratur aer. considera. De mutatione autem ipsius secundum tempora anni dicamus cum Aui. secunda primi allegato cap. quod, quando annus procedit secundum unam dispositionem ex parte qualitatum primarum, magis adducit mortalitatem, quam quando diuersificatur in suis quadris: ut, quando hyems est calida, & succedit uer calidum; male. sed, quando succedit hyemi frigida uer calidum, uel calide frigidum, melius: nam sic unum aliud

A contemperat, & resistit. quare corpora minus patiuntur. pestilentia autem secundum plurimum euenit in postremo aestatis, & in autumnis; quoniam aer subtiliatus a caliditate aestatis precedentis est magis aptus recipere impressiones: nam aer subtilis aliis paribus facilius inficitur, quam grossus; grossus autem diutius eam retinet. propter quod, cum infectus est aer; multi moriuntur ex longitudine retentionis infectionis: acutior tamen pestis est aliis paribus, quae in subtili sit aere. ad ipsam etiam causandam concurrunt aptitudo passorum; quoniam inueniunt corpora se deiecta illo tempore propter resolutionem aestatis. & ideo dicitur, quod autumnus est tempus maxime proportionatum pesti propter has duas assignatas causas. & licet ita sit; contingens tamen est in aestate pestem magis uigere, quam in autumnis: ut quia aestas sit multum rabiosa: aut ratione alicuius influxus, aut ratione irae Dei, & sic de aliis contingentiis. aestas uero post autumnum est pestilentialior aliis. & uer est magis aptum ipsa hyeme: quoniam in uere fit colligatio humorum, & rarefactio pororum. unde sic disponitur corpus putrefactioni propter ebullitionem in eo liquatione humorum contingentium.

B **C** **D** **E** **F** **G** **H** **I** **K** **L** **M** **N** **O** **P** **Q** **R** **S** **T** **V** **X** **Z** **AA** **BB** **CC** **DD** **EE** **FF** **GG** **HH** **II** **KK** **LL** **MM** **NN** **OO** **PP** **QQ** **RR** **SS** **TT** **UU** **VV** **XX** **YY** **ZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ** **RRR** **SSS** **TTT** **UUU** **VVV** **XXX** **YYY** **ZZZ** **AAA** **BBB** **CCC** **DDD** **EEE** **FFF** **GGG** **HHH** **III** **KKK** **LLL** **MMM** **NNN** **OOO** **PPP** **QQQ**

de uestibus tertio contactus; quia aeris ad cor, & mora: nā uidemus, quod, si quis transit per locum infectum; etiam inficitur; & si moram paruum faciat: tamen de mille sic transeuntibus non moriuntur tres, uel quatuor; quia forte qui moriuntur, sunt maxime apti ex quacunque parua macula infici. & ex his habitis patet modus generationis pestis in corpore humano. & corpora quidem, quæ sunt sic apta, & disposita, in multiplici reperiuntur differentia: nam eorum quædam sunt munda, quædam immunda, quædam in poris lata, siue dilatata: & hoc naturaliter, quædam accidentaliter talia; licet naturaliter sint secreta in poris, quædam naturaliter in poris angusta, siue oppilata, quædam accidentaliter talia; licet naturaliter sint in poris lata, de quibus omnibus exempla, & conclusiones proposito pertinentes ponenda sunt.

Que corpora sunt aptiora suscipere pestem.

Prima conclusio est Haly sermo. Corpora autem à malis humoribus mundificata, & in custodienda sanitate non neglecta in hac tanta peste perseverant salubria: quæ conclusio habet ueritatem cæteris seruatis paribus: nā corpora munda sunt aliis paribus minus apta putredinem recipere. unde Auic. prima quarti de febre pestilentiali. Nam munda non forsitan patiuntur ex illo: nam humor bonus, & nō præparatus uincit resistendo aerem malum. pro hac est Gal. primo de differentiis febrium: inquit. Supponantur alia corpora sine superfluitatibus, & pura, quibus accidit bona exspiratio per omnes poros non oppilatos, & non constrictos, & exercitia moderata, & sobria dicta. hæc quidem aut nequaquam, aut parum patiuntur ita, ut facile fiat eis in id, quod secundum naturam reuersio. & Haly. 3. techni. Habentes humores laudabiles naturales corrigunt malitiam illius aeris, nec patiuntur ab eo. & ideo medici student in pestilentia tenere corpora munda, ut eis possibile est. & est ita singulare remedium, sicut fieri potest. addendo, quod pro eo tempore mundificationis, & ordinatæ diætæ, ex parte rerum non naturaliū, ut infra, dentur alteratiua confortatiua cordis, de quibus omnibus suo loco dicendum.

Secunda conclusio sequens ex prima. Quod maxime apta corpora sunt, quæ sunt immunda superfluitatibus plena, uitam ducentia ociosam, crapulosam, & præcipue ueneream. & est hæc conclusio Gal. & Haly. allegatis locis, & Auic. prima quarti allegato cap. & patet ex causa; quoniam talia aliquando, & sæpe incurrunt ægri tudines putridas absq; aeris putrefactione.

Tertia conclusio. Quod minus apta sunt corpora aliis paribus, quæ in complexione sunt contraria complexionem mutati aeris. & est conclusio Gal. in libro de febribus, & Haly. allegato loco.

Quarta conclusio. Corpora naturaliter in poris lata, ut sanguinea cholericæ aliis paribus sunt paratiora febrem incurrere pestiferam merito uolentia aeris contingibilem corporibus in poris naturaliter densis. patet conclusio ex Auic. prima quarti de feb. pestilentiali in fine primi capituli & probatur ratione; quoniam illa uidentur ab ipso aere plus lædi posse aliis paribus, quæ plus de eo attrahunt: quoniam in maiori quanto aliis paribus est maior uirtus, primo cæli. sed corpora in poris suis naturaliter lata, ut sunt uiri, & complexionem sanguinei, & cholericæ plus de aere attrahunt, quam mulieres, phlegmaticæ, uel melancholicæ. igitur raritas itaque est dispositio iuuans, & multum faciens ad suscipiendam infectionem. Et ex ista inferri potest, quod sanguinea aliis paribus omnibus aliis sunt infectioni paratiora, attento, quod in ipsis abundant caliditas, & humiditas, quæ sunt causa putrefactionis. patet correlarium intelligenti. & dato, quod quis uellet contrarium tenere, posset habito respectu ad fortitudinem uirtutis, ut quia propter ipsam magis resistere possunt. sed attende, quia experientia est pro correlario: uidemus tempore pestis iuuenes robustos magis mori, quam debiles, & senes. itē sanguinei, cholericæ magis, quam phlegmaticæ, aut melancholicæ: item uiri magis, quam mulieres, in quibus omnibus est maior fortitudo uirtutis. & ideo illa aptitudo plus facit, quam resistat fortitudo uirtutis. considera.

Potest inferri secundò, quod cholericæ post sanguinea sunt cæteris magis apta. patet maxime indicatione sumpta

E à raritate pororum, ad quod concurrat: quoniam sunt calidiora, & pro sui refrigerio multum de aere attrahentia, & plus cæteris: & consequenter quod minor anhelitus cum maiori aptitudine ad putredinem plus fecit, quam maior anhelitus cum minori aptitudine: & hoc propter argumentum de sanguineo, & cholericæ. quid fieri posset, considera. Tertio inferatur, quod phlegmaticæ post cholericæ sunt magis apta, quam ipsa melancholicæ: nam sunt strictorum pororum, & parui anhelitus: & cum hoc deficiunt in qualitate principali faciente ad putrefactionem, ut caliditate. Quarto inferatur, quod minime apta sunt melancholicæ, & minus suspecta: & ideo tutius possunt pestilentia magis appropinquare. patet correlarium sunt parui anhelitus, strictis poris, & deficiunt in qualitatibus ad putredinem præparantibus; imò abundant contrariis. & ideo à medicis ordinatur diætæ ad frigidum, & siccum declinans tanquam ad qualitates putredini contrarias. Inferatur quinto, quod pueri tempore pestis, qui ueniunt ad mutationem ætatis. s. ad. 14. annū, uel circa eo tempore facile inficiuntur. patet correlarium: quoniam usque ad illud tempus stetit calor sopitus, & tunc incipit excitari, & poros dilatari, ac humiditates commouere, quæ iterum etiam sopitæ, quibus maxime tunc abundat, & quas sua multitudine non est bene potens regulare. quare facile putrefactionem recipiunt. unde, ut patet, in eis hæc tria reperiuntur: dilatatio pororum, attractio maior aeris, quam consueuerunt: & aptitudo ebullitionis humiditatum, quibus multum abundat. ex quibus patet secundum ordinem ratione complexionis, & sexus, quod sanguinei sunt primi, in secundo ordine cholericæ, in tertio phlegmaticæ, in quarto melancholicæ, in quinto mulieres: ex parte ætatis iuuenes primo, secundo pueri, tertio primi senes, quarto secundi senes, quinto decrepiti. ex quibus omnibus concludendum, quod minime suspecti, & boni talium infirmorum absque magno periculo custodes sunt uetula melancholicæ. & tu considera. ex quibus etiam colligi potest causa, quare astantes infecti, qui ex tali infectione non ægrotant, inficere possunt, & de facto inficiunt infirmos, & alios uenenant. quæ causa reducitur in dispositionem passivam, & eius dispositionem, ut patet consideranti. & ex his patet, quare fugiendi sunt tales astantes: item & medici uisitantes. & ideo aliquando ciuitates sic à suis medicis malè seruiuntur: quoniam aliquando forte sic uisitando non paucos uenenant. & tu considera fatuitates uulgarium. fortassis melius foret, ut non uisitaerentur ab eis; sed in suis stantes apothecis consilia darent: principalis enim causa uisitationis est cognitio ægri tudinis, quæ & si cognoscitur &c. etiā ob alias causas uisitantur, ut ad uidendum tenorem uirtutis, ac ægrotantem confortandum. & tu considera.

Quinta conclusio, quod peste uentura per uiam prohibita transpirationis corpora naturaliter strictorum pororum aliis paribus sunt corporibus dilatatorum pororum pesti paratiora. patet conclusio, cum prohibita transpiratio sit causa putredinis. & hæc est conclusio sententiæ Gale. in libello de optima corporis compositione ad principium.

Sexta conclusio. corpora accidentaliter dilatatorum pororum sunt aliis paratiora. patet conclusio, ut in quarta conclusio supra: ipsa enim sic de aere multum trahunt; ut sunt corpora exercitata uehementi exercitio, balneata in balneis calidis humidis. dicitur humidis, quia naturalia fortassis nō nocent, nisi pro quanto cogunt aerem in maiori quantitate attrahere: & sic de aliis habentibus cogere hominē ad magnificandum, & anhelitum frequentandum.

Septima conclusio. corpora accidentaliter in poris constricta sunt corporibus in poris dilatatis dilatatione sibi contraria in pestilentialem febrem cadere paratiora. ubi aduerte primò, quod per dilatationem contrariam intelligo mundificationem pororum à superfluis humiditatibus. quo notato patet conclusio, quando talia habet humiditatem de facili putrescibilem: à quibus dilatata sunt munda, & in primis humiditatibus illæ sunt sicut à regimine naturæ derelictæ. quare &c. & ex his tollitur apparens contradictio inter Auicem. prima quarti allegato capitulo, & Gale. primo de differentiis febrium, & in libello de optima compositione. quidam tamen, ut Gentilis, consiliant, quod paratiora sunt

ra sunt rara peste ueniente à causa extrinseca, & stricta paratiora causa ueniente ab intrinseco: quoniam oppilatio ad illam præparat. consimiliter nocet balneum aquæ frigidæ debilitando uirtutem ita, ut sit causa multiplicationis malarum superfluitatû. & in summa omnis causa, quæ facit ad corporis debilitationem, præparat ipsum ad facilius, ac uelocius recipiendam pestem.

Et ex his, quæ dicta sunt, facile respondebitur ad aliqua dubia à uulgaribus quæri consueta.

Primum cum hæc inferiora superioribus gubernentur; unde primo Meteororum necesse est hunc mundum superioribus esse continguum; ut uirtus inde habita gubernetur. quomodo ergo ab ipsis corrumpuntur; cum facta sint maxime propter hominem? ut. i. Genes. Dicendum, quod licet per se hæc inferiora à superioribus lationibus gubernentur tamen ab eis aliquando corrumpuntur: & hoc per accidens & est sicut in minori mundo; quia dato, quod caliditas naturalis sit indiuidui per se conseruatiua; tamen per accidens est causa corruptionis eius pro quanto consumit, & exiccatur humidum proprium eius, in quo pabulatur. sic in proposito dato, quod influxus cœlestes sint horum conseruatiui; tamen accidit ex uaria cōiunctione stellarum fieri horum inferiorum corruptioni, quæ cōiunctio, si non fuisset; non fuisset secuta illa corruptio: motus enim solis in suo zodiaco est causa generationis, & corruptionis; ut philosophantes ostendunt, quibus medicus credere debet.

Secundum dubium, quare, cum aer sit uenenatus; omnia inspirantia non ab eo inficiuntur: ut uidemus homines mori, non boues; & boues, & non gallinas, & ita consimiliter de aliis, patet ex habitis responsio: nam, sicut in his inferioribus uidemus contingere, quod aliud est uenenum uni speciei, quod non alteri; ut hyoscyamus homini, & non turdo; imo turdus ex eo nutritur; ita in superioribus accidit, ut in istis inferioribus imprimatur effectus determinatus. sic respiciens A. quod non B. & ex consequenti cum sit uenenosus, ita ueniet homines, quod non boues, & cætera.

Sed statim quæretur tertio iuxta hoc, quare ergo sic unum hominem interficiet, quod non alium, & unus ab eo infirmabitur, & non alius, & adhuc in eadem contraria & c. patet responsio; quoniam hoc accidit ex dispositione passivi; quoniam actus actiuorum est in patiente disposito, ut supra: nam, si super unum ignem magnam ponantur ligna magna uiridia, & ligna parua sicca, & inter hæc media; nonne sicca cōburentur, & non uiridia parua, & non magna; item mediocria sicca, & non mediocria uiridia?

Quarto quæritur, quare communiter non moriuntur sic claustrales; ut fratres, monachæ, carcerati, & huiusmodi, ut qui in ciuitate alii; dicendum, quod, quando inficitur à superioribus, aut inferioribus aer hic inferior, talis infectio non ita liberè ueniat ad aerem clausum, sicut ad liberum. unde secunda primi de aere bono. Cum uerò accidit in aere putrefactio communis; tunc discoopertus erit magis ipsum recipiens, quam constrictus, & occultatus: aer enim liber ciuitatis citius, ac facilius inficitur, & permaximè, quia est aliis paribus subtilior: nam aer claustralium, & carceratorum stat clausus, & ingrossatur. ideoque difficiliter inficitur. ad quod concurrunt primò; quia tales exercitio carent ducete eos ad magnificandum anhelitum: item quia bono regimine gubernantur, maxime boni claustrales. item quia ad aerem non ueniunt liberum: item quia etiam multum, & præcipue carcerati alio utuntur aerem rectificante.

Et iuxta hoc ultimum posset quædam superficialis causa assignari uulgò infestanti, qui tenet, quod pauci bibuli tempore pestis moriuntur: & certè notauimus in tribus, aut quatuor pestilentibus, & ita esse comperimus. uinum quidem aromaticum cordiale est, ut patet. & non minus rectificare aerem uideat, quam allium, ergo. & ideo ab hominibus inductum est, cum debent equitare, si aer est nebulosus, ut bibant, asserentes ex tali potu se prohibere ingressum aeris mali. & tu considera.

Sed iuxta hoc quæritur quinto. Si contingeret sic uni familiaræ, quæ staret clausa cum debito regimine, de quo infra; dicendum, quod sic, ut claret infra, sed oporteret cauere à cōuersione aliorum, ut infra. sed hic scito, quod, quando unus in carceratus ex iniectione aeris ipsius carceris moritur,

A quasi communiter omnes moriuntur; quia arguitur causam fuisse fortissimam propter fortem resistentiam ex causis supra positis factam: nam, ut supra dicebatur, pestis, cum accidit in aere grosso; est multum periculosa; quia communiter multos interimit, & tardè recedit: & pariformiter dicendum de claustralibus. & ideo fugiatur; nam, cum eodem regimine, uel simili regantur; uidetur quasi in omnibus esse æqualis aptitudo: item quia sunt in uno particulari aere, & angusto. unde quasi in anhelitu communicant; item quia sunt sub eodem aspectu, & licet sis communiter, ut dictum est; tamen quandoque contingit claustrales, & carceratos prius mori: quod non nisi in superiorem causam reduci poterit. unde, sicut uidemus, quod astrologi student in dando bonum ascendens alicui ædificio, castro. s. aut terræ; ita poterit contingere, quod claustrum illud, aut carcer habebit ascendens malum, disponens ipsum ad facilem receptionem illius impressionis. quare in ea ciuitate pestis incipiet in carceribus, aut claustris, ex quibus apparet, quod, cum sic accidit illi aeri infecto; statim consulendum est, ut recedat, qui possunt, & ad ipsum propter eius grossitatem tardè redeant, aut interponant spacium sex mensium: & ex his infertur, quod, cum unus in multis suis parentibus inficitur; alii fugere debent, & abinuicem separari, cum uideatur ratione parentelæ, & affinitatis sapere naturam unam, & inter se habere homogeneitatem propter unum esse ab alio genitum. & sic unus ab alio uideatur citius infici, quam ab extraneo.

De signis prognosticis futuræ pestis. Rub. 1.

OPORTET propter eius periculositatem, & contagionem prognostica præmittere demonstratiuis; cuius contrarium in alijs obseruabitur febribus.

Signa enim futuram pestem annunciantia sunt initiu faciens è superioribus, multiplicatio eclipsum lunarium, cōiunctio Martis cum Saturno, & sic de aliis dictis supra de causis superioribus, & tu ibi. & alia, quæ sunt medico inquam medicus occulta, quæ ab astronomo inuestigari habet. signa autem nobis ex parte sensus in aere manifesta sunt sequendo ducem meum in numero octo.

C Primu est apparitio, & multiplicatio royrum .i. ignis in aere mori, uel currentis; ut stella cadens, uel a sub. i. ignis stans; ut columna, uel alterius figuræ. sed dices, supra dictu est aer pestilentialis est humidus cum obtuso calore, & talem modum huiusmodi destruit exhalatio calida, & sicca: iō & c. ite illa sunt signa, quod aer non est putrefactus: nam Ari. 25. problematum problemate. 19. interrogans, quare non putrefit aer; respondet; quia igne plenus. Secundo quæres, in quo tempore erit pestilentia, quando ista apparebunt, an in estate, an in autumno. pro his dicendum ad primum, quod ignes tales signa sunt pestilentie, maxime quando coniunguntur cum multis uaporibus in aere existentibus à terra eleuatis. unde primo problematum problemate. 21. quando ex terra uapor multus ascendit; annus pestilentialis fit. cum itaque in aere uidentur hi ignes remanente aere turbido ex multitudine uaporum eleuatorum; signu est, quod tales uapores cōsumi, & resolui non poterunt, & ex consequenti expectanda est pestis. si, si in autumno apparuerint isti ignes, & post eorum apparitionem sequatur aeris turbulencia; tunc erunt signa pestis. quod, si non sequatur turbulencia, sed claritas; tunc significabunt aeris subtilitatem, & siccitatem magnam, & non necessariò erunt signa pestis; quia siccitas uapores cōsumet ut argutu est. & quia ignes arguunt adustionem; tunc in autumno illo accident ægritudines de materia adusta; ut scabies, lepra, cancri, & hmoi, & non pestilenciales. unde ille autumnus erit malus, & prauus: nã, cum ad siccitatem declinet; efficitur, ut secunda primi allegato ca. & sic patet responsio ad primu. ad secundu dicitur, quod quando cunq; apparebunt cum tali turbulencia, erunt signa. unde, si apparebunt in autumno; significabunt ipsam futuram in hyeme, uere, aut æstate futura.

Secundum signu multiplicatio austris, & subsolani. est quidam auster uetus meridionalis cardinalis, & subsolanus cardinalis orientalis, & indifferenter oes uenti meridionales, & orientales, qui multos uapores secum ferunt cum caliditate debili. propter quod aer remanet multu turbidus, & nebulosus. unde quando isti multiplicantur, & aer efficitur multu nebulosus obscurus,

obscurus, turbidus ita, ut ex eo expectetur pluuia, & non pluit; tunc aer corrumpetur, quia significatur uapores in aere retineri, & a caliditate debili tunc regnante putrefieri debere, & ex consequenti futuram, quod, si fuisset secuta pluuia; descendissent, & ab eis mundificatus fuisset illis uaporibus in pluuiam conuersis. & hoc indifferenter contingere poterit in omni quadra anni; licet Aui. de hyeme speciale faciat mentionem. quod, si contingat austro subsolanum coniungi; illi humiditati superflue coniugitur caliditas. quare citius euenit pestis, quae aliter fuisset tardata.

Tertium signum, quando in uere est paucitas pluuiae cum frigore; tunc expecta pestem in aestate. & causa; quonia uer frigidum cum paucitate pluuiae tenet materias usque ad aestatem. deinde in principio aestatis multiplicatur auster, & aer turbidatur; & deinde clarificatur, & non per aduentum boni uenti, ut septentrionalis, neque pluuiae: sed quia uapores sic in aere detenti, & subtiliati aeri ipsi profundantur. unde in aere accidit claritas, & non serenitas; quia illa claritas non est cum splendore; & illa claritas durat circa dies octo, & non ultra. quod, si duraret ultra; posset significare consumptionem illarum. deinde turbatur aer, & nocte superueniens frigiditas infrigidat aerem, & ex consequenti corpora: deinde superueniente die calescit aer a sole, & similiter uapores illi. unde caliditas sic reuerberatur supra corpora. unde accidit eis quaedam praefocatio siue conturbatio ex caliditate sic in corde, & spiritualibus impressa cum multis malis, & putridis uaporibus. unde eo tempore homines quasi ex caliditate angustiantur, quae angustia magis de nocte, quam de die percipitur ita, ut homines in lectis quiescere, ac dormire non possint. & hoc accidit nocte magis; quia calor magis nocte ad intra clauditur, & quia sunt a ciuilibus occupationibus distracti. unde Gal. de moribus liquidis dixit quendam philosophum habentem apostema in inguine ipsum plus de nocte, quam de die sensisse. & quando ista sic successiue comprehenduntur; tunc pestis futura maligna erit, & apparebunt uariolae, & morbilli, & huiusmodi generis aegritudines male.

Quartum signum, quando in aestate homines ualde conturbantur ita, ut sint inquieti; hinc inde se uoluentes; & tamen non sentiunt caliditatem uehementem, propter quam deberent esse in tali dispositione: & cum hoc est aestas habens matutina alterata ad frigiditatem maiorem consueti; malignam enim in aere putredinem significat: & per maxime si praecesserint ignes dicti, aut eiusdem naturae; quoniam haec conturbatio ex manifesta causa non est.

Quintum signum, quando in eodem die uidebis aerem alterari uariis alterationibus; ut quia nunc calidus, nunc frigidus, nunc clarus, nunc turbulentus, & sol clarus oritur: deinde conturbatur: item quandoque sol cum nebula circumdante, quae est ut puluis, ex qua aer redditur puluerulentus, & haec sic perseverauerint; tunc expecta pestem in ipso tempore praesenti, aut futuro post ipsam: quoniam haec indicant esse in aere copiosam multitudinem uaporum cum caliditate putrefaciente, & non resoluente.

Sextum signum, quod sumitur ab his, quae accidunt hominibus, & est apparitio uariolarum, morbillorum, anthracum, bubonum, malarum materierum, & huius generis: nam haec arguunt etiam putredinem malam uenenosam in aere. uerum non est signum necessarium; quia, ut supra, potest esse haec corruptio ad determinatum morbum; ut ad uariolas, & morbillos: & non ad feb. pestilentialem, ut meis diebus pluries uidi: nam fuerunt plures anni, in quibus apparuerunt uariolae, & non secuta fuit pestis.

Septimum signum ab his, quae accidunt super terram, quando uideamus super terram multiplicari ranas, mures, muscas, cimices, & huiusmodi animalia, quae ex putrefactione generantur; signum est copiosae putrefactionis regnantis. item, cum uiderimus mures, & alia animalia loca habitantia subterranea fugere ab illis, & ad ea non amplius redire, imo forsitan derelinquunt oua; tunc expecta pestilentiam; quia talia fugiunt propter fortem putredinem factam in uisceribus terrae. & hoc faciunt ex prudentia quadam naturali eis insita, sicut hirundines nidum faciunt: item cum uideris uolatilia nidos deserere, & maxime miluos: uerum usque

modo autenticum non inueni de miluis, quod hic scripsi, auctoritate uulgata addidi. & sunt haec dicta Ari. primo problematum problemate. 22. ubi quaerit propter quid annus sit mortiferus; quando sit motus ranarum paruorum, moidarum &c. & assignans causam inquit. qua unumquodque superabundat in propria regione materiae: & haec quidem animalia natura sunt humida; quia pluuiosum etiam humidum habent: etiam quia talia sunt habentia humiditatem superfluentem, quae potest esse morborum causa. & pro particulari signorum expansione lege infra de praeservatione in canone. 6. & his addam succinctam signorum aggregationem ab Isaac. 5. feb. sumptam. concordati sunt antiqui, & maxime Hip. quod, si in quatuor anni temporibus aer corrumpitur; generantur in illo anno pestilentiae, & mortales passionibus. & dixerunt, quod, si uenti quatuor in tribus mensibus hyemis. s. Decembri, Ianuario, & Februario perflauerint, & puluis in aere augmentetur, & aeris complexio in siccitate mutetur nullam habens pluuiam, & dies in qualitate contrarietur, ut una sit frigida, & alia calida; haec pessima sunt in hyeme. Vere autem aere ente pluuiali, & turbido, eiusque turbatio non nisi in quinta, aut sexta, aut septima die soluta fuerit; febres pessimae non secundum humores, scilicet sed plurimum nascuntur uariolae, & pustulae: tunc & plurimae sunt mortales pestilentiae. & dixerunt etiam hyeme, & uere taliter stantibus necesse est in aestate aerem turbidum, & non clarum esse, & arboribus, & terrae nascentibus pestis dominaretur.

Octauum signum pro parte tactum, quando uideamus aerem turbidari ex eleuatione malorum uaporum ab aquis infectis eleuatorum; ut sunt aquae, in quibus infunditur linum, aut aspalthum, aut canapis. cuius corruptionis signum; quia pisces reperiuntur in ea mortui supernatantes &c. & maxime uerificatur hoc signum, quando aqua est stans. unde, quando sic uidetur aer turbidari; iudica in eo loco pestem uerisimiliter futuram, maxime quando cum hoc signo alia ex dictis comprehendes. similiter idem contingit propter multitudinem cadauerum inhumatorum, ut supra in tempore guerre.

Quidam addunt nonnum dicentes, quod, si ante solis ortum colligatur ros, & detur cani sitiienti, si morietur; signum erit pestis, & uenenositatis. signum curiosum est, sed non efficax: nam, ut supra, aliquod est uenenum homini, quod non cani, & datur exemplum de hyoscyamo. similiter gallinae serpentes, & scorpiones deglutit, & ex his nutritur; hominem uero interimunt. & ideo mulieres diligunt gallinas; quia debent tenere domum ab his malis, & uenenosis animalibus scopatam.

Decimum addo, & curiosum ualde. cum in tempore ueris apparuerit aestuatio quaedam ultra solitum, propter quam flores tempestiuus solito nascentur: deinde modo frigus modo calor regnauerit, unde dicti flores corrumpantur, uiderisque homines praeter solitum de illius aeris mutatione tristari; tunc dubita de futura peste. & erit hoc signum magis certum, si pro tunc pullulabunt uariolae, morbilli, & huiusmodi, ut supra. ex praedictis patet, quod non inconuenit in hyeme siccissima febrem contingere pestilentialem, ut etiam docet experientia. ex quo inferitur, quod per siccitatem ignis non semper aer rectificatur; licet secundum plurimum rectificet. & tu considera. credi, dicit quidam modernus, quod, quando per praedicatores communiter pestis futura praedicatur; raro est, quod non accidat; quia dicit eos a uirtute coeli ad talia praedicandum moueri. item, quando homines dicunt se uidisse uirginem gloriosam, aut sanctum aliquem annunciare pestem; raro accidit, quod non eueniat. & haec de signis prognosticis, ut supra, sufficient.

De praeservatione corporum a peste. Rub. 3.

VIAM actum est de prognosticis; consequens est, ut illis perceptis inscribatur modus praeservationis ab incursum tam nefandi morbi. & quia res ipsa aeri attributa est, ut supra tanquam causae principalis; hinc nostra prior intentio debet esse in consideratione ipsius. item, quia dicebatur, quod corpora munda sunt, quae maxime a peste praeseruantur; hinc ante omnia duo ca-

Notanda

dunt documenta, in quorum obseruatione quis se à peste poterit præseruare.

Primum documentum iuxta illud Iesu. Si oculus tuus simplex fuerit. i. anima tua; totum corpus lucidum erit, quia mundum. si ergo anima tua munda erit; & corpus tuum mundum erit. cum ergo corpora munda in peste maximè præseruentur; fac, ut anima tua primò mundetur, ut misericors Iesus te ab ipsa peste præseruet: nam, ut supra, non raro ex ira Dei uenit, ut in ueteri pluries legitur testamento, & in nouo ipse bonus Deus ante iudicij euentum minat. & ideò preces deuotas, ac continuas, gratasque Deo faciamus, quæ cum rectæ erunt; inefficaces esse non possunt, ut quinto de consolatione. uide autem, quantum ne dum in præseruando, uerum & in diluendo pestem gloriosi Sebastiani, ac uictoriosi Gaii fortis preces ualuerunt. tu itaque ora, & sanos, & patientes orare instruas. unde ieiunia ordina, processiones, & huiusmodi, quæ Deo placita esse consueuerunt. unde Auicē. 10. meta. suæ cap. 1. propter has causas profunt hominibus orationes, sacrificia, & letaniæ: qui christicola non fuit.

Secundum est, quoniam aer est causa, ut supra, consulo, si potes, ab eo fuge: item, ne sis ex primis cito: item, quia se ad distantiam expandit longe. & quia eius impressio, maximè quando est grossus, remanet notabili tempore; tardè ad eum reuertere, & eo tardius, quâto aer est grossior. & ideò benè, ac optimè cõsuluit amicus ille, cū rescripsit amico in terrogati de remedio contra pestē. Fuge cito, longè; tardè reuertere, & usque modò non est medicina huic par inuenta, quam potentes maximè seruant. et hanc sententiã pro parte scripsit Almanfor libro quarto de cautela ægritudinũ ab uno loco ad alium transeuntium: inquit. Terra autem, in qua fuerit anthrax, & pestilentia, fugienda erit. sed, ut pauperibus à me satisfactum sit, & his, qui cupiunt alio modo præseruari; ponam canones de præseruatione hominum à peste, ut à me promissum est.

Modus autem hic præseruationis in duobus consistit regiminibus: primum quidem in debita obseruatione diætæ, quæ in sex rebus non naturalibus clauditur, quæ sunt aer, cibus, & potus, somnus, & uigilia, motus & quies, inanitio, & repletio, & animi accidentia, de quibus omnibus cū suis canonibus particulariter agetur. alterum est regimè ipsum medicinale; quia rerum medicinalium debita administratio suis loco, & tempore applicandarum.

REGIMEN PRIMVM.

Et sequens primum dicendum, quòd **AER** ipse, ut supra, est maximè considerandus. & ideò, cum percipitur ipsum esse infectum, aut infici incipere, quod comprehenditur ex apparitione eorum, quæ dicta sunt; debet si potest, ut supra, se ad alium transferre aerem, ipsum eligendo, ac euitando, ut docebitur, aut ipsum alterare; ut ostendetur. & sequens primum de electione aeris, & eius euitatione hi ponantur canones. Primus, quod aer eligatur liber, & euentus propter quod aliis paribus loca alta non aliunde infecta; ut à paludibus, aquis stantibus, & huiusmodi, ut supra, sunt planioribus eligibilia, & maximè quando aspectum habent ad septentrionem, unde ueniant uenti aerem ipsum mundificantes, ac rectificantes. unde secunda primi doctrina secunda cap. viii. Venti, qui sunt meliores, sunt, septentrionales: post quos sunt occidentales: & deteriores meridionales. & infra. ij. cap. Sitque illud, unde magis sollicitari debet, ut uenti orientales stricturas ingredi ualeant: & ut sol ad unumquemque locum intrare queat, qui ibi existit; quoniam ipse est, qui aerē rectificat. ex quibus inferitur primò, quòd aer meridionalis euitandus est omnino, & similiter uenti meridionales, nisi uenti ipsi uenirent à montibus, in quibus quasi continuò nix inhabitat. unde sic frigidi facti aerem non calefaciunt; sed refrigerant, & cæteris uentis plus ipsum rectificant, ut Aui. secunda primi de accidentibus impressiõibus aeris: & tunc eo casu locus ille eligendus, & non euitandus esset. inferitur secundò, quòd loca cauernosa, subterranea uallosa, ac multum depressa euitari debent, & similiter loca, quæ quodammodo remanent inuenta propter eorum clausiõnem: nam euentatio, & maximè uento septentrionali facta est maximè aerem rectificans.

A & hæc est sententia Rasis tertio Almanforis capitulo de uentis, & aere, & Auicē. secunda primi allegato capitulo. q. si arguatur, loca alta sunt liberiora, & aerem subtiliorē habent cæteris paribus, & magis passibilem; ergo, cum accidet pestilentia saltim communis loco superiori, & inferiori, citius inficietur locus superior: dicendum, quòd, & si locus superior sit magis aptus recipere impressiõem; est etiã magis aptus recipere rectificatiõem ex uentis, & ex igne. & ideò adhuc minus periculosa est eius habitatio cæteris paribus. ex quo inferitur, quòd securiores degunt, cum accidet pestis in loco montuoso, illi, qui habitant partem montis superiorem. inferitur tertio, quòd, si locus haberi non potest, saltem minus depressus, quàm fieri potest eligatur, non uallosus, sed circumdatus locis cultis, & redolentibus, si fieri potest. hæc autem, quæ dicta sunt, à Gal. & ab Auicē. et comprobantur; licet Auerro. medicorum stimulus sexto sui colli. de inhabitatione locorum cauernosorum, & subterraneorum oppositum dicat, cui in medicina parua fides adhibetur. & hic nota, quòd aer sic eligendus sit talis, quòd in ipso non præcesserit pestis ad minus per menses sex; quia ante dubitandum de reliquiis pestis. quòd, si uideris eum, postquam ad ipsum accesseris, turbidum, & grossum fieri, & frequenter; statim ab eo discedas, neque delecteris radiis lunæ; imo eos fuge: præparant enim ad putredinem, tertio criticorum capitulo secundo ad finem. quòd, si fuerit multum calidus; ipsum rectifica, ut infra. & hic canon pro parte sui correctionem capit à canone sexto sequenti. & tu ibi. & hic aduerte duo: primum, quòd melius est se transferre ad aerem purgatum, & mudatum à peste, quàm ad aliũ, in quo non fuerit pestis, de quo dubitatur, ne infectiõem recipiat. secundò cauere debet habitator aeris sani, & mundi transire ad aerem infectum. & si transi; debet sibi magis prouidere, quòd uelocius inficietur, quàm ille, qui in aere infectio fuerit conuersatus. cuius causa, ut dicitur, est maior contrarietas inter ipsum, & aerem infectum; propter quam contrarietatem maior, & potentior accidit actio. qui autem à principio in aere infecto commoratus est propter assuetudinem, & symboleitatem acquisitam, non sic ab illo patitur. considera.

C Secundus canon, qui est de eligenda domo descēdendo ad particularia, eligatur domus lata, siue amplior, ut possibile est euentata, ut supra; à locis foetidis, & aeris corrupti uis elongata; ut sunt cœmeteria, ad quæ corpora mortuorum deferuntur, macellum piscariæ, loca, ubi coria conficiuntur, uallosa ex ualle foetida, loca infusionum lini, canapis, ut supra, loca stagnosa, maximè ubi multa inueniuntur animalia uenenosa: loca, ad quæ flant uenti uenientes de locis foetidis, aut ex se, aut ratione causæ cognite, ut esset multitudo inhumatorum corporum corruptorum: loca, ubi sunt ficus multe, ubi caules, & maximè quando euulsi sunt super terram stantes: sunt enim magni foetoris, ubi nubes multe, & maximè quando locus est ineuentatus. ex quibus diuersa, & multa trahuntur correlaria secundum diuersitatem patriarum. unde ex hoc canone admonitus es de locis tuæ patriæ, sicque & de cæteris cæteri: nam eorum declaratio mihi uisa est superuacua, & derelinquenda habitations queritantibus. sitque domus ipsa in fenestris uersus meridiem continuè clausa, & aperiantur mane orientales, ut sol ingrediatur aerem cameræ rectificas: deinde post meridiem sole tendente ad occasum aperiantur fenestre septentrionales.

D Tertius, qui est de rectificatiõne aeris per alterantia. oportet, ut prius consideretur aeris ipsius mutatio, scilicet ad quam qualitatem declinauerit: ut, si ad caliditatem; admistra frigida: si ad frigiditatem; utere calidis, & propter uenositatem utere calidis, aut frigidis cordialibus, ut ipsa exigit dispositio, quæ ab authoribus nostris posita sunt, ut Bezoar, de quibus statim. uerum ita consueuerunt authores, ac moderni practici uti calidis tempore frigido, & frigidis tempore calido. & sic de aliis qualitatibus pariformiter dicendum utendo in composita dyscrasia compositis contrariis.

Calida cordialia & aerem rectificantia, dum est in frigiditate distemperatus, sunt.

Ambra

Auerrois
medicina
parua fides
adhibetur.

Canones
de eligendo
aerem.

liberius
liberius

Ambra	Nux muscata	Styrax liquida
Muscus	Garyophyllus	Styrax calamita
Thus.	Gummi iuniperi	Laurus
Maltix	Ebenus	Basilicon
Sandaraca	Acorus	Been
Aloe	Cortex fistici	Cinnamomum
Lignum aloes	Enula campana	Crocus
Myrrha	Squinanthum	Calamentum
Resina pini	Bdellium	Cassia lignea
Resina cypressi	Vinum arom-	Zedoaria
Ladanum	ticum	Lilium album
Iuniperus	Ignis	Doronicum
Lignum eius	Cortex citri	Melissa
Aristolochia.	Semen eius	Mentha

Frigida sunt, cum in caliditate distemperatur, acetum. Et nota, quod ex uino uinoso est minus frigidum, & magis siccum. Acetum scilliticum.

Karabe	Lambrusca	Poma
Rosa	Pira	Citonia.

Flores frigidi redolentes, & huiusmodi, de quibus infra.

Corallus	Argentum	Coriandrum
Sandali	Myrtus	Bolus armenus
Camphora	Acetosa, siue	Malum grana-
Cichorea	acedula	tum
Endiuiia hortul.	Viola	Arancia
Nenufar	Endiuiia syluest.	Limones non
Terra sigillata	Balauftia	falsi.

Temperata macis, cuius decoctio erit et utilis cum aceto mixta, & per cameram habitationis sic fusa. Alia hic non numero cordialia; quia magis ueniunt in usum potionis; ut

Buglossa	Berberis	Iacynthus
Margaritæ	Agreste	Zaphirus, & hu-
Ribes	Carbunculus	ijsmodi.

Et sicut de compositis; ut scilicet de acetositate citri, de citro, theriaca, tryphera, persica, triafandali, & sic de aliis, de quibus infra. & pro his nota canonem, quod gummosa; ut thus, sandaraca, & huiusmodi, & habentia unctuositatem; ut muscus, ladanum, terebentina, & huiusmodi debent supra prunas non ualde ignitas proiici. quæ autem sunt apta locum irrorare; ut acetum, aqua rosata, ite & aqua decoctionis nenufar. ros. & hmoi pro pauperibus: ite aqua rosata cum aceto, & aqua ueri frigoris, per ipsum spergant herbe, ac redolentes flores per locum ipsum sternantur, poma, pyra, & redolentes fructus, ac eorum cortices super lectum proiciant: ponantque in diuersis locis, ac angulis domus, uel cameræ, aut in canistro teneant. Ite filo appendatur super lecto, & aliis locis, ut est citrum, & huiusmodi, ita, quod totus aer ille particularibus redoleat: & sic bonis rectificet odoribus. nam sicut malus, & foetens spiritus alterat, & corrumpit; ita & bonus uiuificat, & restaurat, ut Aristoteles in lib. de pomo, & Mes. in de consolatione medicinarum intentione prima primo ca. inquit. Scire debes, quod odor bonus quandoque ad latus incolumium declinare facit: & illud ideo, quia dilatat animam, & spiritus, & uirtutes reparat, & uirtutum mineram confortat, & est cor. grauis uero facit contrarium. & breuiter ex tribus modis subuenimus, aut suffumigando, aut irrorando, aut sternendo. quod si uestes suffumigabis, aut in eis tenebis redolentia, ut cortices citri, & hmoi; laudabile erit.

Quartus, quod cum uenis ad alterationem aeris; debes considerare ipsius excellentiam, & opponere illi cum suis contrariis iam dictis ex simplicibus, & compositis. in causa frigida Recipe thuris electi, corticum eius ana. 3. ii. maltiches, sandaraci ana. 3. i. 5. garyophyllorum. 3. i. ligni aloes. 3. iiii. puluerizetur subtiliter, & cum ladano, & aqua melissæ fiant trochisci, qui dimittantur exiccari. pro nobilibus, & diuitibus addantur his gr. iiii. aut musci, aut ladani. & cum opus erit, in medio cameræ ponatur uas plenum prunis, super quas puluerizetur unus ex his. & pro pauperibus. sufficit thus, aut sandaraca sola. item ignis accendatur mane ex lignis siccis non uallosis, ut infra dicitur. Et ex his compositis frigidis Recipe trochis. de campho. & fac, ut dictum est. vel sic Recipe foliorum ros. rube. lambrusca, coriandri sicci ana. 3. ii. corallorum alborum, rubeorum ana. 3. ii. florum nenufaris siccorum. 3. 5. boli armeni, terræ sigillatæ ana. 3. i. pulueriza subtilissimè: deinde 3. caphore gr. vi. & cum aqua rosata fac tro. & ope

Trochisci pro suffitu.

E rare, ut de aliis ante. item irroretur camera ex aqua rosata, & aceto, aut ex aceto, & aqua sola pro pauperibus. sed propter uenenositatem bulliat ex herbis cordialibus dictis, & non est expensa. item sternantur flores frigidi, fructus, & huiusmodi, ut in tertio canone. & breuiter in causa composita calida, & sicca te oppone cum frigidis, & humidis, & ita de aliis.

Quintus, quod fugienda est omnino contractio moræ in aere infecto, in aere putrido foetido &c. à uetis meridionalibus, & foetorem deportantibus: à contractione moræ, loquendo scilicet; & stando cum his, qui de locis ueniunt infectis, aut qui infectos uisitant, aut sequuntur, aut cum eis commorantur: nam ab his egreditur communiter aer malus aptus alios inficere, ut docet experientia. item hominum congregationem fugiat & maximè malè uiuentium, & loca, in quibus homines congregantur; ut sunt ecclesiæ, & loca publica, quod si fuerit auditor cameræ Papæ, aut Regis, uel domini; stet semper in aere rectificato, & qui actualiter rectificetur, & clientuli ibi stent à longe, & ipse stet in alto & ipsi in loco infimo; ut in podiolo, & ipsi in curia: quod si contingat ludere cum aliquo; sit talis etiam debito regimine rectus, ut ipse de regimine infra de administratione medicinalium.

Et, antequam deueniam ad particularia; unicum ponam canonem succinctam, & utilem preservationem, & satis particularem continentem ex dictis Zoar, & Almanforis libro quarto sumptam, & erit sextus in ordine: & est, quod ante omnia medicus considerare debet à qua causa à quo loco ipsa uenit pestilentia: an à terra, aut aqua, aut ex malis cibis, aut ab aere, aut ab ipso influxu, non cognita à medico causa alia.

Signa, quod sit à terra; quia animalia in terris accubare consueta fugiunt loca sua, & ad alia uadunt, & querunt loca altera. item reperiuntur ex eis plurima super terram mortua. item plus solito multiplicantur, ut supra de prognosticis. item fructus facti sunt mali saporis, mali odoris, non iucundi. item prata, & alia non redolent, ut consueuerunt, quo casu fugienda est habitatio infimorum; ut uallium cauernosarum, & hmoi: & eligenda est in alto. item abstinendum ab animalibus quadrupedibus, quæ fructibus terræ uescuntur, & utendum uolatilibus, piscibus, & hmoi: & uti frugibus præteriti anni, & non illius: item abstinere ab aquis putealibus profundis; sed uti aqua cisternæ, & fontis in alto positi. si gna, quod ab aqua; quia animalia aquatica; ut ranæ, cæcri, & huiusmodi aquam exeunt, & ad ipsam non redeunt, aut ultra solitum tardant; & non nisi iuxta ripas se ponunt: ite quia reperiuntur pisces multi mortui. item uolatilia, quæ coluerunt aquas illas habitare, eas deserunt. item ex eis reperiuntur mortua, & si uiua capiuntur, sunt boni odoris, & mali saporis, quia ultra solitum. item statim post eorum capturam corrumpuntur. & similiter, si tales se pisces capti habuerint, & aquæ uidentur grossiores factæ, mali caloris, foetentes, & huiusmodi; tunc eo casu oportet euitare loca aquis propinqua, & ab eis se elongare, uitare pisces, & uolatilia, quæ in eis habitant: item uti aquis fontium cisternæ, & euitare aquas puteales maximè quado uena putei ab aquis currentibus non uenit, ut in pluribus nostræ ciuitatis puteis est uidere. & dixit Zoar, quod acceptio. 5. 3. theriacæ securos nos reddit à nocumeto aquarum. item Raby; sed debet sumens stare ieiunus horis. vi. idem operantur granata dul. acet. acetositas citri, acetum, agreste, & limone. signa, quod ex malis cibis; quoniam non percipit medicus aliam causam, & uidet bubones, anthraces, & morbos malæ maneriei multiplicari: comprehenditque deinde homines fuisse, & esse mali regiminis, usos fuisse cibis malos humores generantibus, ut accidit tempore penuriarum. quo in casu studendum est bono regimini alterationibus, & euacuationibus, ut medico uidebitur necessarium. sicque in aliis procedendum, ut infra dicitur de diæta in ipsa peste obseruanda. signa, quod ab aere uenerit, ut quia uisa sunt signa, de quibus supra, & uiderit aues, & uolatilia malè se habere, & mori; & plurima talia sic inueniuntur. item quia uolatilia, ut mulcæ, & huiusmodi, quæ ex putredine nascuntur, multiplicata sint, & alia, de quibus supra; tunc procedendum est, ut infra, ex parte eorum, quæ statim annotabuntur.

Notanda

Notanda

tur, discurrendo de rectificatione aeris per quatuor anni tempora. quod, si contigerit propter influxum astralem edocto medico per astronomum, etiam quia medicus non comprehenderit aerem conturbari, neque signum aliquod, per quod de infectione ipsius possit coniecturari; sed pur uidet uolatilia nidos, & oua relinquere, & loca alta, & infirma querere, & habitare; tunc ex corporum coelestium uiam contingere credat. quo casu oportet aerem altum discoopertum euitare, & eligenda est habitatio in locis infimis umbrosis bonarum umbrarum; quia non nucis, sed salicum: non tamen paludosis inuentatis. & habitatio camere sit magis terrena, quam in solario. & hic canon pro parte corrigit canonem primum. & tu considera.

Hic sic expeditis uenio ad aeris rectificationem secundum quatuor anni tempora. & prius attende uerba Aui. 2. primi de rectificatione aeris, qui est secundum sanos, quod rectificanti aerem debent habere tres condiciones: prima quod sit consumptiua, & desiccatiua humiditatum aeris, & uaporum illi commixtorum, boni odoris, ut confortetur uirtus putredinis rectificatiua, siue prohibitiua corruptionis, ut sicut acetosa, & similia.

Tempore ergo aestatis ad aeris rectificationem procedatur cum altero quinque modorum, aut cum igne, aut cum irroratione, aut cum suffumigiis, aut cum odorabilibus, aut cum his, quae sola qualitate manifesta distemperantiae aeris naturali, siue non naturali uidentur se opponere.

Exemplum primi, antequam de lecto surgas, fac accendere ignem eleuatae flammam factum ex lignis bonis non putridis, non uallosis, non uiridibus, imo sint sicca, montuosa, non facientia fumum, qui eo tempore maxime uitandus est. & huiusmodi sunt ligna de quercu montano, ligna salicis sicca, sarmenta sicca: & ex odoriferis ligna iuniperi, rosamarinus, & laurus, ligna cytoniorum, myrtus, & huiusmodi: nam sicut de proprietate pluuiae, & uaporum est aerem ad putredinem, & pestilentiam praeparare; ita de proprietate ignis est illos uapores resolvere, & aerem exiccare, & talem apertitudinem remouere, quem ignem si cupis odoriferum (& laudo magis eum) projice in eum ex odoriferis dictis, & dicendis, hunc itaque ignem modera in caliditate, & frigiditate ex parte intensiois, & remissionis, ut tua prudentia uidebitur expedire. ex parte dispositionis aeris in suis qualitatibus, ac commixtionibus; ut uerbi gratia, si fuerit aestas multum calida; minor sufficiet: si frigida; maior erit necessarius: similiter, si aer fuerit frigidus, nebulosus, aut pluuiosus; maior, quam si serenus fuerit, cui igni non appropinquabis in aestate nisi per paruum mora: deinde te ab eo remoueas, neque faciem ei multum ostendas; imo quasi eo uiso subito uerte terga. & cum sic calefactus aliquantulum eris; ab eo discede, & pro tunc cameram non exeat: quoniam iam pori ex caliditate ignis rarificati sunt, & sic aer extra liberius ingrederetur, & in magna quantitate propter latitudinem uiae, unde timendum est. de quo igne ad propositum legitur de quodam philosopho, qui ciuitatem Romanam a peste liberauit faciendo die, ac nocte super uicos ciuitatis ignem pluribus diebus ardere. & idem legitur de Hippocrate, qui circumcirca ciuitatem Athenarum ex lignis quercus accendit ignem die, ac nocte ardentem, quam sic a peste liberauit, & Athenienses tunc eum in Deum habuerunt & sibi statuam aeneam construxerunt. tu itaque sic per totam tuam domum ordina.

Exemplum secundi irroretur camera prius bene munda, in qua non debent dimitti reliquiae aliquae malae, mali odoris, cum aqua rosae, & aceto, & sandalis, aut aqua, & aceto: deinde aspergatur cum aqua rosae, aut cape aquam decoctionis rosae, aut nenufae, aut alterius ex odoriferis calidis, aut frigidis, & cum aceto irrorata eam, quidam addunt modicum camphorae, nonnulli cum his aquis addunt modicum maliciae, aut muscatelli. & hic nota canonem, quod aliquae sunt uni odorifera, quae alteri foetent, ut multos uidi, qui muscum abhominati sunt, attende secundum, quod praegnantibus, & illis, quae consueuerunt pati praefocacionem matricis, ex his odoriferis lederentur, ut. 2. tertij de eis. & ideo talibus sufficiat irroratio ex aqua, & aceto.

Exemplum tertij, super prunas ex lignis dictis projicia-

A tur trochiscus unus de camphora semipuluerizatus, & sit uas prunarum in medio camere situatum, item idem fiat cum omnibus gummosis supra positis, commiscendo, ut supra, ea cum frigidis odoriferis dictis: nam etiam tempore aestatis frigida odorifera in casu non sunt a calidis expolianda; quoniam calida faciunt frigida magis penetrare, & sunt causa citioris eorum actuationis, ut Recip. ladani, terebinthinae lotae multotiens in aqua frigida, & multotiens in rosae ana. 3. 5. sandalorum rubeorum, citrinorum, rosarum rub. foliorum myrti, corticum granatorum, garyophyllorum, croci, corticum citri, camphorae. an. 3. i. musci dissoluti in aqua rosae gra. v. fiat trochiscus, & exiccetur, & eis utatur, cum opus erit ponendo unum pro uice. & haec descriptio cum praedicta in .4. canone supra tibi pro nunc sufficiat. laudatur & suffumigium factum ex impositione ligni cytoniorum, aut maligranati: nam fac illud in igne accendi: deinde cum flamma illud extrahe, & in medio camere permittite extingui, & fumum facere. quod si uidebitur; reitera.

B Exemplum quarti, ut per cameram sternantur flores frigidi, folia frigida, & herbae frigidae; ut uerbi gratia, sicut sunt flores nenufae, rosae, uiolae, matres uiolae, folia salicis, uitis, quercus, & huiusmodi, quae omnia colligantur, postquam sol exiccavit rorem super talia existentem, item sternantur cum frigidis calida in pauca quantitate; ut est cortex citri, aranciorum, ozimum, maiorana, pulegium, melissa, salua, folia citri, & huiusmodi, item talia aspergantur cum aqua rosae, aqua, & aceto, & ita de aliis, & debent haec omni die renouari; quoniam, quoniam multum exiccantur; non reddunt bonum odorem, item suspendantur fructus frigidi odoriferi, ut supra.

Exemplum quinti, nam, cum aestas fuerit rabiosa in caliditate sua, & siccitate; fac balneare linteamina in aqua uari frigoris, & ipsa extendi circumcirca parietes camere in modum uariorum, quidam ingeniantur eo tempore habere camerae, & loca, per quae transeunt aquae: & si in illa aqua fundantur odorifera ex dictis, in exemplificando de secundo erit magistralius.

C Tempore autem hyemis his proportionalia obserues, loco. si frigidum calidis utere, & succincte discurrendo eo tempore ignis debet esse maior, ac magis continuus, cui te approximare poteris longiori tempore, & hi, qui calore sunt depaupertati, & pro tunc utendo lignis calidis exemplificatis supra in primo exemplo. ite sicut ex ligno cytonij dicitur; ita fiat ex ligno iuniperi, aut lauri. & hic nota de lignis; quoniam, ut supra, debent esse non corrupta. Audi Galienum. 2. apho. commen. 4. 1. Quidam propter balneum fuisse ex lignis putridis factum; cum ipsum ingressus fuit, illico syncopizauit; eo tempore non laudo aestuaria sicca, quibus septentrionales utuntur tempore frigido; quoniam multum aperiant porositates, & corpus: deinde disponunt ad receptionem multi aeris, & ideo periculosum, ut supra. similiter pro secundo irroretur camera cum aqua decoctionis rerum calidarum dictarum in exemplo quarto supra, & cum uino odorifero. pro tertio super prunas, ut supra, ponantur res calidae gummosae simplices dictae, ut sunt thus, sandaraca, styrax calamita, & huiusmodi, item ladanum pro nobilibus, item trochisci de gallia muscata, alipta muscata, oleleti de cipro, uel ex compositione calida, ut supra in .4. canone. Vel sic.

D Recip. ladani, sandaracae ana. 3. i. terebinthinae, mastichis, olibani ana. 3. 5. garyophyllorum, macis, croci, granati tinctorum ana drach. i. galliae muscatae, afari, cyperi, been al. & rub. calami aromatici, corticum citri ana drach. ij. incorporentur haec in mortario cum pistello calido prius bene tritis, fiant trochisci, & utaris eis, ut dictum est. & pro pauperibus, ut supra sufficiat thus, sandaraca, aut aliquod tale uilis precij ex iam pluribus positis, pro quarto similiter sternantur calida apta sterni, de quibus supra de ipsis, & in quarto exemplo praecedenti, pro quinto ponantur panni calefacti circumquaque, rancia, & huiusmodi, item in camera in diuersis locis ponantur lapides igniti. non laudo aestuaria, ut supra, quia etiam caput destruunt, & oculos, ut est uidere in utentibus eis.

Temporibus autem medijs, quia in uere, & autumno, compone ex his ea commiscendo, ut uidebitur necessarium, ex parte suffumigiorum, irrorationum, & huiusmodi, quod

facile est facere ex iam dictis, & de aliis positis. cum autem cameram egredi uolueris; his te prius munias: odoriferum in manu continuè gestabis, quòd, & si ex continua eius odoratione caput repleat, maximè non mundificato corpore; tamen in proposito iuuamentum est maius noimento. odoramentum tempore calido debet esse frigidum, & humidum ita, quòd tempore æstatis magis conuenit tale frigidum, & humidum actu, & potentia. & idè laudatur gestatio ex aqua ueri frigoris parte. ii. rosarum par. i. s. aceti pars. s. cum pecia linea. uerum, quia spògia diu retinet humiditatem; hinc còsuetum est gestari. sed pur aduerte, quòd sicca est, & quòd tanta siccitas non est necessaria in tempore magni caumatis. communis tamen modus est portare spongiam infusam in aqua ros. & aceto: & hoc in magno calore. & fortasse fundatur; quoniam siccitas prohibet corruptionem, & humiditas preparat, & quòd sicca sunt cordi, & cerebro magis proportionata cerebro contemperando, & cordi confortando sed pur considera lapsum aeris ad siccum notabilem, cui opponere oportet se medicum. & considera; utrunq; bonum est & pro diuitibus, & pauperibus. & si aliquod tale calidum; melius, ut supra in exèplo tertio. unde addatur aliquid pulueris garyophyllorum, aut zedoariæ, & huiusmodi. item ex datis descriptionibus trochiscorum còfice pomum magnum frigidum, aut calidum, ut exigit aeris dispositio. item per te ipsum ex datis simplicibus compone.

Pomum
odoriferum.

Descriptio POMI gestandi tempore calido. Rec. charabæ. 3. ii. ros. 3. i. corallorum rub. 3. i. florum nenuf. 3. i. s. boli arm. 3. i. s. styracis calamitæ. 3. i. ligni aloes. 3. ii. mastichis. 3. i. iad. 3. ii. ras. pini. 3. i. ambra, uel musci, uel gebit gra. iii. camph. gr. v. puluerizanda puluerizentur, & in mortario cum pistello calido informentur poma duo. portet nobiles ligata in argèto deaurato, uel in auro puro: pauperes uerò, siue mediocres in pecia.

Descriptio POMI gestandi tempore frigido. Recip. iadani. 3. s. styracis calamitæ. 3. ii. mastich. 3. s. garyophyllorum, nuc. mus. croci, granæ tinctorum, ceræ albæ, ligni aloes ana. 3. i. ambra. 3. s. musci dissoluti in aqua buglos. uel uino odorifero gra. v. confice ex his in mortario cum pistello calido pomum, quod tractetur, ut de præcedenti dictum est. frequenter itaq; hæc odorentur odorabilia, & eo frequentius, quò corpus erit magis mundum.

De gestandis in digitis dicendum, quòd iacynthus super alios lapides præciosos commendatur siue in collo, siue in digito gestetur: item & carbunculus, & similiter zaphirus, ut Albertus de mineralibus proprijs capitulis. & smaragdum in summo laudat Arist. de lapidibus. item Zoar. 3. teysir, & Pli. 37. naturalis historiz. & debet esse annulus parte inferiori lapidis uacuus, ut lapis digitum, siue carneum tagat: & debet portari in digito annulari sinistrae manus cordi correspondenti, in quo sponsæ debent annulari.

De his uerò, quæ in ore gestantur, dicitur, quòd admodum apud nos inoleuit gestatio zedoariæ in ore inter .i. dentes, & genam. & est uerum, quod proprius conuenit tempore frigido: tempore autem calido uidetur nimium calefacere, maximè ex eius continua gestatione. charabæ, sandali eo tempore conuenient in ore gestata. item ex bolo, & terra sigill. cum syr. de acetositate citri fiant pilulæ in ore tenendæ, & sunt optimæ: item grana myrti. & oportet te benè considerare complexionem, & membrorum dispositionem. itè ex his cum modico zedoariæ fieri potest còpositio. additis garyop. ac dragagathi, & fiant pilulæ in ore tenendæ, & tu còpone ex datis. ego autem còsueui mane in exitu domus cum modico theriacæ fricare dentes, & rustici eos cum allio fricant. & dixit Gal. quòd est theriaca eorum.

De his autem, quæ præseruant à peste, ut est theriaca, mithridatum, bolus arm. & huiusmodi, quæ ad intra sumuntur, dicitur in complendo regimen ex parte rerum medicinalium sumptum infra. nunc autem prosequar inceptum de rebus non naturalibus.

De cibus.

EXPEDITVS itaq; de aere ad cibum uenio, & ad potum, à pane initium faciens.

De pane. Et primò hic aduerte omnium hominum communem imprudentiam circa ea, quæ ad sanitatem attrinent, in qua nonnulli philosophi felicitatem posuerunt: nã

E dictum est ex autoritate Gale. supra secundo aphorif. Ex balneo calefacto cum lignis putridis quædam in syncopam peruenisse, quæ ligna eo tempore suspecto maximè uitanda sunt. sed quid dicemus de furno ex eisdem calefacto, in quo panis coquitur, corpus nostrum ingrediens. & tu benè considera. attende itaque, ut furnus sit de creta: quoniam melior est, si esse potest: ex lignis bonis, de quibus supra, calefiat. Panis autem sit ex simila frumenti electi; quia non uetusti, non supercalefacti, non putridi, non uallosi, & huiusmodi non nati in tempore pestis, à puluere optimè mundificati, & retenti in horreis benè euentatis: triturati in molendino aquæ liberæ, & non uallosæ, non lacunalis. siq; panis benè, & decenter coctus, benè fermentatus, ac debite salitatus, & sit unius diei usq; ad quatuor ad plus. aqua autem, cum qua conficitur, sit electa, ut infra de ea: & non sit fluminis, nisi prius residetiam fecerit; sed potius sit ex puteo, uel fonte electis. expedito pane ad alia uenio secundum ordinem à me còsuetum.

De salutiis. Tempore calido utatur his, lactuca, endiuiia siluestri dicta cichorea, portulaca, acetosa, siue acedula, endiuiia domestica: item floribus cichoreæ pro nobilibus quibus utantur crudis, aut parumper bulitis secundum stomachi, & corporis dispositionem, quæ medicus debet prius considerare. temporibus frigidis utatur saluia, mentha, quam etiam cum supradictis commiscere non erit malum: boragine, hanc etiam commisceas, ut dictum est, de mentha, buglosa: sed ipsa digestionem difficilis. maiorana, melissa, ozimum, & huiusmodi crudis, aut ebullitis, ut dictum est. Betonica mirabiliter ualet in putrefactione aeris, & uenenositate resistit. conueniunt & proprie cappares conditi: est enim caparis, ut theriaca Auicen. item cortex citri subtiliter incisi preparati cum aceto, & cinnamomo: item flores citri, & aranciorum: item & in omni tempore pedes uituli in aceto, & fiat, ut còsuetum est salutiium cum aceto mediocriter uinoso. & tempore frigido superponi potest capparibus, et aliis cinnamomum, aut puluis garyophyllorum, & huiusmodi: & de aceto ipso dicetur infra de potu.

De carnibus. Conueniunt temperatæ, de quibus supra. 3. cap. & meliores, quæ sunt ex pascuis montanis herbarum boni odoris, medix inter pinguedinem, & maciem. item iuuenes, & non antiquæ. præter autem temperatas sunt, & distemperatæ ad calidum, & siccum, quibus quandoq; uti potest; sed non ita frequenter, ut de temperatis, & maximè in tempore frigido; ut sunt arietina, leporina; quælearum, & huiusmodi, de quibus supra. 3. capitulo allegato. & tu ibi unde ad ipsum recurre capitulum, ubi omnia hæc clarè uidebis secundum distemperantiam, quam quæris. & quidam in omni tempore pestilentiz eas cum aceto sic præparant, ut statim, cum coctæ sint, & calidæ; in aceto extinguant fundantes se super autoritate Auicen. 3. primi de regimine temporum cum rectificatione aeris. s. ultimo. aceto præterea in cibo, & potu uti in pestilentia est ipsius nocuementi securatio. & hoc idem uoluit Rasis, & est expressè sententia Auicen. prima quarti de præseruatione, ut infra de præparatiua carniū. carnes autem calidæ etiam temporæ æstiuo cum uti uolueris; sic recipiunt alterationem: quæ omnia oportet te tua moderare prudentia. còsimiliter ibidem inuenies de partibus animalium: & idè ad eū locum te transferas. carnibus salitis laudatis, & parum uti poterit. Sed hic nota, quòd tempore frigido acetum potest esse acutius: item & cum eo poni possunt herbarum calidæ dictæ: ut maiorana, ozimum, rosamarinus, & huiusmodi. item nota, quòd sunt aliqui, quibus acetum est inimicum, & eorum destruit digestionem propter frigiditatem stomachi ipsorum: unde indigestiones multiplicat præparantes ad corruptionem humorum. & idè attende, quòd talibus corrigatur cum cinnamomo, & aliis, aut quòd non detur. tu itaq; in eius exhibitione utere prudentia, & de hoc etiam infra.

De piscibus. Dicendum, quòd conueniunt laudati de cibus distemperatis frigidis, & humidis supra. 3. cap. conditis cum aceto, & tempore hyemis cum pipere, garyophylli. & cinnamomo. unde in summa commendatur laudati, & maritimi, & aquæ curretis. & hic nota canonè, quod pisces de specie laudatorum.

De salutiis.

laudatorum, qui reperiuntur apud moenia ciuitatum, aut portus, ad quæ loca ueniunt sterquilina, & huiusmodi immunditiæ, sunt euitandi. & ideò pisces, qui capiuntur in canalibus Venetiarum, non sunt eo tempore, neque aliis comedendi. secundus cano, quòd aliis paribus maritimi sunt eligibiliores; quia non sunt ita humidi. tertius, Quòd, si humidi multum, cum aliquantulo salis prius præparentur: meliores erunt. de eorum præparatione dicitur suo loco. & falsi euitentur maximè qui in falsedine processerunt, nisi gratia prouocandi appetitum assumantur. Canon. Euitentur in multo usu: quandoq; tamen de eis uti poterit cum aceto. ostrea, conchilia euitet.

De herbis ex quibus fercula fiunt. Conueniunt iam diætæ, & frigida, & humida posita supra. 3. cap. & calidæ odorifera, de quibus allegato loco & maximè tempore calido. & tu ibi.

De granis, ex quibus fiunt fercula. Conueniunt laudata allegato loco. unde temperatis, & frigidis utere tempore calido: calidis autè tempore frigido. & in eo loco, si nocuum habent; ponitur nocuum correctio.

De radicibus. Inter ea pro nunc numerando rapam ipsa optimè conuenit elixa, & assata, & melior assata. item ali quando & raphanus. item & enula tempore frigido, & cù oleo fit condimentum.

De oleo. Conuenit magis omphacinum, & non omphacinum moderatè, & maximè quando non adest prohibens; ut strictura pectoris, & huiusmodi.

De pinguedine. Ab ea abstineas, & similiter à butyro, de quibus. 3. capitulo, & tu ibi uidebis nocua. sed nota hic propter ultramontanos, qui butyro, ut quasi semper utuntur. quòd consuetudo est multum attendenda; cum sit altera natura, de memoria & reminiscencia, & secunda primi doct. secunda septimo capitulo. et breuiter diffusum facit sermonem Gale. septimo de ingenio sanitatis quinto capitulo. & 4. Almanfo. de custodiendis consuetudinibus. & ideò in omnibus sit tibi regula, ut supra dicebatur. 2. capitulo. de signis.

De lacte, & lacticiis. Omnino euitet lac piscium, quoniam putrescibile est nimis. lac brutale etiam facile putrescit. unde medicinaliter malè cum aliis cibis commisceri potest; quia præparat alios cibos ad putredinem. unde secum medicos solù assumi deberet, neq; post ipsum aliquid assumi nisi prius digeratur: & hoc est, quod nõ queritur hic. ideò dimittatur. uerum, quia iuncatis, & lacte coagulato utimur tempore æstatis; dicendum, quòd medicinaliter ante cibi assumptionem tale assumi debet, & non post.

De caseo duro. Quòd ex bono, & electo potest comedi post cibum, ut communiter fit ad. v. uel. vi. bolos, & hoc nisi corpus fuerit occasionatum; quia calculù patitur, aut oppilationem, aut aliquod tale, quod eius exhibitionem prohibeat. item & maximè in consuetis non uitupero, quando inter duas bucellas panis clausas igni ostenditur, & sic comeditur.

De fructibus. Iam supra ca. 9. declaratum est aquosos esse putrefactioni aptos. & tu ibi. sed pro nunc tantum dicitur, quòd sic euitandi essent: tamen, quia specialiter tempore calido homines nimium de eis gulosi sunt; dico primò, quòd eorum usus sit in parua quantitate, & concedantur; quoniam steterint in sole per dies duos ante, maximè qui sunt multum humidi; ut persica, uua, chrysomila, cerasa, balthema, & huiusmodi. item talia comedantur ante cibum, & similiter pruna, pepo, & huiusmodi, post quæ bibi potest, & maximè consuetis parum boni uini. item cucumeres cum aceto, & sale, & oleo oliuæ correcti interdum comedi possunt. mora matura in corrupto aere pestem generant inde, ut ab inimico abstineas. in secunda mensa poteris uti pomis aroma. & pyris coctis, etiam persicis in uino optimo infusis, & non erit, quid mortale peccatum. malis granatis uti poterit. possunt poma, ac pyra comedi, ut sciunt experiti aromatarii, & docet Mes. & poterit eis sicut confectis uti post cibum pro potentibus. item nuges, & sunt theriaca piscis, quòd audi hic authores de eis. Isaac de diætis, si nux una cum una ficu sicca comedatur ante cibum; ab omni ueneno hominem præseruat illasum. & Auerro. idem. 5. colli.

A colli. & 2. canon. proprio capitulo. si additur ruta; à peste præseruat. uide itaque uim ipsius nucis. De pineis, siue pineolis dicatur, quæ specialiter tempore frigido à cortice munda ti, & in aqua calida prius modicum infusi: deinde in aqua rosa. positi conueniunt, & specialiter tempore frigido, & si militer phistici, & maximè ustulati: item passulæ, & amygdalæ à cortice mundatæ cum zuccharo sumptæ, & ficus sicca ante mensam, & ut dictum, specialiter tempore calido; arancia, limones, myrtus, berberis, & huiusmodi, hoc tempore sunt conuenientia, ut infra. De agruminibus comedatur allium maximè, ut supra in rectificatione aeris, & est theriaca rusticorum. Gal. de simplicibus de eo coepe, porrum etiam ueneno resistunt: sed tempore calido existimo uitanda esse; quia multa ingerunt nocua: uerum in asuetis melius tolerari possunt.

De ouis. Conueniunt tremula forbilia recentia, dura inconueniunt, & quæ in uentribus coquantur gallinarum, & frixa etiam tenera, siue mollia minus conueniunt, sed pur uti poterit.

B De melle, & sapa. Dicendum, quòd in suis saporibus uti poterit specialiter tempore frigido: calido autem utatur zuccharo; sed non delectetur in nimium dulcoratis: nã acetosa magis conueniunt.

De saporibus. Super omnes laudatur sapor acetosus: unde acetum maximè commendatur, ut supra. circa cuius usum oportet, quòd medicus consideret, si corpus est occasionatum, ut supra: quia sit stricti pectoris, aut excoriationem habeat uesicæ, aut stomachum ualde uerosum, & huiusmodi. & ideò ad similia attende. item in talibus stude, quòd non sumatur calidum, est enim sic maximè percutiēs membra. laudantur sapes ex succo agrestæ, ex succo granatorum, & succo limo. myrti, aranciorum, prunorum, & huiusmodi cum cinnamomo, uel zedoaria, & maximè tempore frigido: item acetositas citri, & ipse syrup. de acetositate eius, similiter ex succo acetosæ: item ex succo preputiorum uitis: nam ex his cum brodio carniū cum pulpis pulorum, & cum amygdalis mundis, siue pineolis cum modico panis infusi prius in brodio, uel aqua rosa. uel cum ipsis folis fiunt diuersi sapes secundum diuersitatem patriarū coquorum, &c. nam uelle in his me extendere esset nimium prolixare. sufficiat autem tibi simplicia ista, & modus. cum his tempore calido utere puluere coriandri præparati, lambrusca puluerizata, sandal. & huiusmodi cordialibus frigidis. tempore uerò frigido calidis; ut cinamomo, garyophyllis, croco, & huiusmodi, de quibus commiscendo, ut tibi uidebitur, de frigidis semper habito respectu ad ætatem, complexionem, consuetudinem, ad tempus anni, & ita de aliis. consimiliter ex succis herbarum calidarum tempore frigido, & frigidarum tempore calido fac falsamentum cum aceto, & modico panis, & modico passullarum addendo ex aromatibus calidis, aut frigidis, ut exigit dispositio. considera. Sed nota primò, quòd tempore calido sinapis, & omnes sapes acuti, ut etiam rocheta, & huiusmodi sunt euitandi: secundò, quòd, si in usu frigidorum, & acetosorum, ut supra, percipietur nocuum pectoris, & huiusmodi; tu corrige cum amygdalis mundis, zuccharo, sapa, & huiusmodi, quæ malitiam aceti contemperent: tertio, quòd fiat traslatio de uno ad alium saporem, & euitare, ut ex usu unius nimis frigidi stomachus lædatur, & indigestiones multiplicet: & hic addo aromata.

D Recipe cinnamomi electi unc. i. coriandorum præparatorū unc. ii. cardamomi, nucis muscatæ, garyophyllo. ana unc. i. 5. rasuræ eboris unc. 5. coralli rubei unc. i. radicis tormentillæ, dictamni, sandalorum unc. 5. croci unc. ii. rasuræ cornu cerui unc. 5. fiat puluis, quo in condimentis uti poteris, addendo de zuccharo ad libitum. Geladorcia etiam conueniunt acetosa, & cum aromatibus frigidis, & tempore frigido cum calidis frigida. uelle autem diuersitatem condimentorum secundum diuersitatem patriarum describere mihi foret impossibile: & ideò patieris. sufficiant tibi in his primordia.

De præparatione carniū, & piscium. Conuenientiores sunt elixæ, & maximè ætate etiam sunt digestibiliores; sed in stomachis fortibus tempore frigido conueniunt.

ueniunt affata; sed secundum modum nobilium supra posito, quod melior digestio in nocte fiat, potest in mane uti elixo, & sero affato. audi Aui. 1. quarti de preservatione à peste. Et declinet cibus ad acetosum, & sit caro, quæ administratur decocta in acetosis. pisces meliores reddantur ex decoctione eorum in aqua: uerum tempore pestis ab authoribus laudantur magis super prunas cocti, superasperfi bono uino, aut aceto, & oleo. quidam tempore frigido coquunt eos in uino cum aromatibus, & bene addito aceto. cutis, siue pellis cuiuscunq; piscis reijcienda est, & saniores sunt cauda. euita salitos. postremo scito, quod perutile est cum coctione cibariorum nobilium ponere aurum, & pro pauperibus. aliquid cordiale uilis precii ex magis gratis, de quibus supra.

De potu, uino scilicet, & aqua.

Cum uideatur uinum, quia ex se inflammatorium, non competere: tamen quia consuetum, quia naturæ multum amicum; consulo, ut consueti tempore etiam pestis, eo utantur, & moderatè: & sit album clarum, ac ceresolum, siue coloris rubini, medium inter nouum, & antiquum: nouum enim est indigestibile, & antiquum nimis exiccituum, mediocris uinositatis, & infra, specialiter tempore æstiuo, declinans ad bruscum, siue ad acerbum, siue ad agrestosum. & quidam laudant ipsum acedulum, quo etiam tempore non erit nisi perutile limphare, & maximè pueris, iuuenibus, & assuetis. & quidam (ut Macrobius) ut etiam ueneno resistat in ipso extinguit laminam auream. nonnulli laudant potum aceti cum aqua, & aceti solius fundantes se super dictum Aui. allegatum supra de aceto. 3. primi doct. 5. de regimine temporum cum rectificatione aeris. & quod dictum est, intelligitur de eo; ut cum aliis sumitur cibariis. & in his tu attende complexiones, etates, & consuetudines. dico consuetudines: quoniam absolute uina uinosa maluatica, & hmoi, item & dulcia inflammatoria non conueniunt, quorum usus apud aliquos derelinqui non potest, quin saltem in principio, & sine mensa aliquid boni, & aromatici assumat. sed hoc intelligant, qui hepatis sunt calidi: quoniam ex potu uini potentis in principio mensa supercalefit, & inflamat hepar: & sic ex eo post cibum minus noceretur. uerum in regimine sanitatis post cibum plus ualeat uinum debile, & limphatum. considera. euitentur turbida nigra grossa.

De aqua. Sit clara munda ex fonte, aut puteo bono, aut ex flumine, facta residentia, ad quam scilicet non perueniunt sterquilinia, & huiusmodi, ut supra de ea sæpe. in hyeme decoquatur: in æstate non. sed attende corporis dispositionem. item, si extinguitur in ea lamina aurea; melius. quidam limphant uinum cum aqua endiuia, rosata; sed potus efficitur non delectabilis. euitetur, quæ in locis uallosis &c. ut supra de ea sæpe.

De aceto. Ita dicatur, quod in omnem modum administrationis eius conuenit in peste, & materia existente calida, & frigida maximè phlegmatica. quod, si esset melancholica, quod credo raro contingere; adhuc cum cibus conueniret; licet minus, quam in aliis.

De agresto. Etiam summè ualet eius usus: hoc autem contingit alterare cum aromatibus, ut supra: indicatione sumpta aut à tempore, aut à complexione, etate, consuetudine, & huiusmodi. sed quid dicemus de ceruisia propter ultramontanos? dicendum, quod oportet, ut consideretur modus compositionis eius: & tunc medicus, & parum adhuc peritus ex positis hic comprehendet, si conuenit, aut non. ego autem ignarus talium compositionum de eo nil aliud particularius scripsi.

De somno, & uigilia. Somnus sic fiat, ut consuetum est maior, aut minor secundum etates, corporum dispositiones, & consuetudines; neque fiat immediatè post assumptum cibum; imo assumpto cibo audiat noua gaudiosa solatio, sonos, ac cantus delectabiles: stetque sic per horam usque ad duas: deinde vadat dormitum. quod, si dormire uoluerit in meridie, aut propter debilitatem, aut propter consuetudinem; interponet etiam spacium, ut dictum est. & non sit somnus nisi unius horæ, uel horæ cum dimidia ad plus, si potest, abstineat. vituperatur autem diurnus. si meridionalis: nam à mane usque ad tertias non sic; ut. 2. prognosticorum. lectus sit mollior in hyeme: in æstate autem durior;

ne calefaciat multum. linteamina in æstate lauentur cum lixiuio dulci factum cum herbis odoriferis dictis: & similiter in aqua lauent odorifera, aut in eis, priusquam in lecto ponant, teneant rosam, uiolam, maioranam, aut tale aliquid, ut exigit dispositio per dies aliquot incluse: uigilia autem sit sicut sono proportionata.

De motu, & quiete. Exercitium in regimine sanitatis multum, ac per maximè ualet, ut. 3. primi de eo, & 17. continentis. & ideo laudatur exercitium etiam tpe pestis: tamen cum moderamine factum. unde Ras. allegato loco inquit. Nobiles, qui cum uenationibus uenatum ibant; exceptis uenationibus ex tali exercitio sibi indebito mortui sunt: & ideo nobiles reprehendantur eo tempore à fortibus exercitiis, & inconsuetis. sit itaque exercitium suauè ante prandium factum, post ipsum per horas sex, uel circas; quia post complementum digestionis, & superfluitatum expulsionem, & hyeme prolixior ætate, & in phlegmatico prolixior, quam in cholericis. quod, si tempus fuerit frigidum, & humidum; non exeat domo: sed ipsum in camera sua habeat. quod, si æstas rabida fuerit; similiter faciat. quod, si domo egredi non poterit; quia cubicularius Papæ, aut camerarius, amicus Principis, siue domini; utatur fricationibus hoc modo: uidelicet, ut antequam de lecto surgat, fiant fricationes in cruribus cum panno non multum aspero: deinde ascendendo ad coxas: deinde ad brachia: deinde ad pectus semper trahendo ad inferiora. & debet hæc fricatio esse media inter longam, & breuem, fortè, & debilem, semper habito respectu, ut supra, ad etatem, complexionem, & huiusmodi. loca emunctoriorum munda teneantur. lauentur cum rebus calidis, & non frigidis solis; sed contempera, ut uidebitur, & fricentur. & postquam surrexeris emissis superfluitatibus; frica caput tuum, & pectus. & lotio capitis bis in mense cum lixiuio dulci. uinum fortassis non erit inutile stomacho ieiuno. exicca deinde caput tuum cum pannis mediocriter, & non multum calidis. ite confert te transferre de loco ad locum, dummodo non fuerit infectus cum regimine, ut supra, & infra. & cum domum egredieris, ut infra; uade ad loca delectabilia remota à malis odoribus, &c. ut supra, neque gaudeas multorum sociorum conuersatione, neque ire ad loca confluxus multorum hominum; sed tua conuersatio sit cum paucis, & bono regimine rectis ita, quod tua sit de familia sollicitudo, ut de te ipso, & de his infra. & si barbam abradere uolueris, aquam altera cum odoriferis dictis.

De quiete dicendum. Quod, sicut ante cibum debes exercitium facere; ita post cibum debes quiescere, aut molliter ire iuxta illud uulgarium. Post pastum stabis, aut passu molli meabis. & est sententia Aui. 3. primi doc. 2. 7. ca. Breuiter omnem motum euitet, qui ducit ad magnitudinem anhelitus. & hoc dico in consuetis. & ideo uitupero ludum pilæ magnæ, & paruæ, similiter fortia exercitia; habeat enim ea suauia æquester, aut pedester, ut eius moris est, ludendo cum arcu, cum balista, & similibus. considera.

De inanitione, & repletione. Euitetur repletio, & similiter comestio immoderata ex parte quantitatis ita, quod magis cum reliquiis famis à mensa surgat, quam cum saturitate. & ponatur spacium inter unam cibationem, & aliam octo horarum usque ad decem, & infra secundum corporis dispositionem. nec in eadem mensa delectetur, diuersis cibariis; sed uno sit contentus. & eos fugiat, qui sunt corruptio ni aptos, ut pinguosos, & hmoi ut supra. euitetque indifferentia omnia, quæ uirtutem naturalem debilitant, & grauant. fugiat famem, & sitim: exacuant enim humores, & ipsos accensionem preparant, & in hoc sit tua moderata prudentia. & est sententia Aui. 1. quarti de preservatione à peste, & Almanfor lib. 4. cap. de pestilentia. quidam curiosi dicunt, quod quinque sunt ab. F. incipientia, quæ inducere pestem possunt, & maximè tempore suspecto, quæ in hoc comprehenduntur uersu.

Fames, Fatica, Fructus, Foemina, Flatus. Et quinque sunt prohibitiua eius. Ut Phlebotomia, Focus, Fuga, Fricatio, Fluxus. Per Fluxum, uidelicet intelligendo euacuationem, si quid superfluum fuerit, siue corporis mundificationem, de quo supra. habeat uentris beneficium omni die natura, uel artificio ex suppositorio de melle, aut cum radice bli-

De somno
& uigilia.

De motu

De quiete

De inanitione & repletionem

Nota uer-
sus.

tis factis, & huiusmodi, aut cum clysteri ex malua, matre uolarum, bliti, mercuriali, oleo uiolato, sale, & zucchero optimo: & hoc in æstate. in tempore frigido addat surfures, & loco olei uiolati ponat commune: item ex brodio carniū cum uitellis ouorum, & oleo comuni, aut uiolaceo, ut exigit dispositio, & de his infra.

Et, quia coitus sub inanitione continetur; de eo sic dicitur, quod ipsum superfluum euitet: nā omnia euitanda sunt, quæ maximè uirtutem prosternunt, & deiciunt. & hic attē de dictum Haly. 2. techni; in commento illius. §. uenereorū uerò usus, inquit, quod ex dimissione coitus omnino non nunquam mors subita euenit: nam sperma diu retentum generat uenenum, ut idem in eodem loco, & in eodem superfluitas eius senium accelerat, & uitam abbreviat, propter quod mulus, & asinus sunt longæ uitæ, & passeris masculi breuioris, quàm foemelle, ut Arist. de longitudine, & breuitate uitæ. non prosequor hic allegationes authorum in hac sententiam conuenientium; quia sunt magis communes, & fere innumerabiles. moderatè autem factus fortassis non nocebit, sed iuuabit: ut, cum quis fuerit consuetus, & fuerit carnosus robustus, uiuens uita quieta, & delicata, ut sunt multi nobiles. unde in summa iuuenes, & adolescentes poterunt eo uti, & mane in aurora expulsis superfluitatibus post. s. digestionem, & semel tantum in hebdomada, aut ter in mense, aut plus secundum corporis robustitatem. Primi uerò senes bis in mense, dummodo fortes, & potentes sint: secundi uerò senes semel, uel circa: sed si non sunt multum robusti, consulo dimittāt, & quasi omni tempore; quia melius erit eis. hæc oportet, ut tu moderes secundum consuetudinem, ætatem, complexionem, habitudinem, uitam, quæ ducitur, & huiusmodi. considera.

De accidentibus animæ. Euitet, ut possibile est, tristitiam, odia, melancholiam, iram, contumelias, cogitationes fortes, & maximè de pestilentia, de mortuis, de morte, de infirmis, & euacuationes talium omnino prostergat. gaudium utatur temperatò; ac rebus delectetur inducētibus gaudium, & distrahentibus ab aliis: ut stet cum cantoribus bonis, pulsatoribus, ludētibus diuersis locis: ludat ad scachos, tabulas, & huiusmodi, solatij causa, & non auaritiæ, ne ex amissione tristetur; ut ludat cum socijs boni regiminis supra pro uno prandio, pro cœna una, & similibus. Quantam autem uim habeant hæc accidentia in mutando corpora, ostēdunt autoritates authorum, & ipsa experientia, quorum narrationem superfluum hoc loco esse duxi: & tu si cupis; quære ea ab Aui. tertia primi.

REGIMEN SECVNDVM. Expedito regimine rerum non naturalium Ad REGIMEN MEDICINALIUM accedo, & ante omnia dico, quod tu medice debes considerare corporis dispositionem, & uidere, si sit simili dispositioni aeris, ut quia complexio calida, & sicca, & aer distemperatus est ad calidum, & siccum. quo casu debes facere, quod regimen declinet ad contrarium dispositionis aeris ex parte diætæ iam dictæ: & secundò ex parte alterantium, & confortantium: ut uerbi gratia, fac ipsum, ut iulep uiol. syru. de acetositate citri cum aquis conuenientibus, ut endiuia, portulacæ, acetosæ, & huiusmodi.

Iulep singulare. Recip. endiuia, lactuca, scariola, acetosæ, boraginis, buglossæ ana M. i. seminum portulacæ, endiuia, acetosæ, seminum citri mundatorum ana. ʒ. i. ros. rub. uiol. florum nenufar. buglossæ, boraginis ana. ʒ. iiii. anthos ʒ. ij. aspergantur aqua frigida magna aspersione ita, ut benè omnia reddantur multum humida, & omni die irrorentur cum aqua, & pro potentibus cum aqua ros. usque ad duos: deinde omnia ponantur ad alembicum, & distillētur, & cum ea fiat iulep. ponendo pro lib. aque. ʒ. iiii. zuchari, acetoseturque cum acetositate citri, aut succo berberis. s. agrestis, & aromatizetur cum sandalis, & modico spodii. & dosis sit ʒ. ii. cum aqua frigida mane ante cibi assumptionem per tres horas.

Consimiliter si fuerit tempus multum frigidum, aut quia complexio frigida, & indiges iulep calido; R. betonicæ, scabiosæ, chamedryos, cichoreæ, calamenti, maioranæ ana M. i. corticum citri, & seminis eius mundati ana. ʒ. i. zedoariæ, beæ albi, & rub. calami aromatici, stochados ana. ʒ. ij.

A fiat iulep, ut dictum est de præcedētī, & aromatizetur cum garyophyllis, & cardamomo. quod, si complexio fuerit contraria dispositionis aeris, ut quia frigida, & aer dyscrasatus sit ad calidum; quære conseruationem ipsius: quoniam cum ipsa complexione resistet alterationi. & est hic canon sumptus à Gal. 1. de differentijs febrium.

Secundus canon, & uniuersalisissimus, quod unusquisque sibi caueat ab omni illa re, quæ est apta ducere corpus extra latitudinem suæ sanitatis; imo uidelicet extra latitudinem sui temperamenti: ut hæc sit latitudo minor prima. considera.

Tertius, ut eo tempore nullus sit ausus consuetam sibi euacuationem, aut humorum ad aliqua membra delationē restringere, nisi immoderatè fluxerint: ut uerbi gratia, qui patitur fluxum hemorrhoidarum, non restringat eum, qui arthriticam, non prohibeat humorum fluxum. unde repertū est, quod arthriticam patientes minus in peste suis comparibus moriuntur: & hoc propter humores confluentes continuè à membris nobilebus ad loca iuncturarum. & ex hoc loco accipe, quod medici communiter hortantur scabiosos cum scabie sua tempore suspecto sic remanere.

Quartus, quod omnino sollicitus esse debes in confortando intus, & extra ipsum cor, & tuendo: est enim primum, quod patitur, ut supra. & hoc cum medicinis cordialibus habentibus ipsum confortare, & ueneno resistere, de quibus agitur. & maximè hos & prædictos canones pono secundum ordinem à me aliàs in practica obseruatum hos tres.

Primus est ordinatio diætæ. secundus est mundificatio corporis, hoc est, corpus facere mundum, & tenere mundum; quia, ut supra, munda minus patiuntur, & minus apta sunt pati; quia fortius resistunt. tertius est administratio confortantium cor intus, & extra applicandorum cum his, quæ à proprietate, ac qualitate manifesta ipsum confortant, addendo, quæ ueneno sitati consueta sunt resistere.

Primus pro parte sui maxima completus est, & præcipuè circa quinque res non naturales alias ab aere. unde uolo pro illis, quæ dicta sunt, sufficere, de ipso aere solum aliqua tangens iuxta promissa: nam, cum ipse sit principalis causa; circa ipsum quasi tota nostra intentio debet esse. & de ipsius rectificatione iam actum est, quo ad ea, quæ extrinsecus applicantur, ut supra in exemplis positis, etiam pro parte addendo ea, quæ in ore tenentur. nunc autem loquendum de similibus: tertio de his, quæ deglutiuntur, & quæ dicuntur bezoar. i. medicinæ ueneno resistentes.

Iam pro rectificatione aeris posita sunt in exemplo odorabilium descriptiones duarum pomorum gestandorum. hic autem ad complementum ponitur descriptio una pomi gestandi indifferenter tempore calido, ac tempore frigido cum aliquibus canonibus. Descriptio. Recipe styracis calamitæ drach. i. ligni aloes drach. ʒ. spicæ scrop. i. galliæ muscatæ scrop. i. ʒ. mastiches scrop. ʒ. zedoariæ scrop. i. macis scrop. i. seminum erucæ græ. vi. nucis muscatæ græ. iiii. nigellæ græ. vi. ros. rubearum drach. ʒ. sandali. rub. corallorū rub. ana drach. ʒ. boli armeni drach. i. foliorum nenufar. siccorum drach. ʒ. camphoræ scrop. i. ambre drach. ʒ. ladani drach. i. musci græ. vi. resoluantur gummi in aqua rosata: terantur deinde cum pistello calido, ipsis pistatis, & puluerizatis prius. ultimò commisceantur, & addantur dragaganthum, quantum sufficit; ut benè incorporentur, & manibus malaxa. & addatur deinde ambra prius dissoluta in aqua rosa. & ultimò muscus. quod, si cupis, ut sit magis tenax, adde aliquid resinæ cum modico terebenthinæ. & pro isto, & pro præcedentibus ponuntur hi canones. Primus, quod nimis frigida, ac nimis calida cerebrum permutantia, sunt euitanda. secundus, quod odorifera canonicè non debent frequentari, nisi corpore prius mundificato. tertius, quod post cibum non quæratur uehemens odoratio; quia sic caput nimium replet: sed mane, & ante cœnam. quartus, quod odorifera tempore calido sint humida, & frigido sicca. de his odorabilibus calidis, aut frigidis dictum est supra in 3. canone principali de rectificatione aeris. Et quia quæ dicuntur, ac ponentur in complemento tertij canonis, satisfaciēt suo loco, & huic primo canonis; hinc ad ipsa bezaartica facultia ad complementum huius me non ultra extendo.

Ad complementum secundi uenio. Completur itaq; secundus canon duobus canonibus, qui sunt digestio, & euacuatio, quos Auicē. intellexit prima quarti de præseruatione pestilentie in principio, cum inquit. Oportet, ut extrahantur humiditates ex corpore superflua, & inclinetur regimen ad exiccationem, id est, euacuationem omni modo scilicet disponendo humores euacuationi, quod cum ipsis sit digestiuis: uel aliter inclinetur regimen ad exiccationem. i. ad phlebotomiam, quæ corpus exiccat: nam tetigit duas euacuationes, quæ fiunt medicina, & phlebotomia. Oportet itaque, ut tu medice comprehendas, quis humor est in corpore peccans, & ab eo euacuandus, & secundum humorem peccantem da digestiua etiam cordialia, aut cum eis commisce cordialia ex parte aquarum, aut aliorum talium, de quibus ad plenum supra. 4. ca. & tu ibi. Syr. magistralis Gentilis. Recipe radicem. v. liquiritie, hyssopi ana. 5. 5. melissæ, capitulis uel scolopen. ana. M. i. seminum endiuie, portulacæ, sandalorum alb. rub. ana. 3. 5. zuchari lib. i. fiat sy. & acetosetur aceto uini, & hic ualet in materia phlegmatica principaliter, sed etiam mixta: & tu aromatica cum speciebus cordialibus calidis in causa frigida; ut ligno aloes, garyophyl. nucemusc. & hmōi. quod, si uolueris, quod ualet in causa calida; adde his frigida cordialia, ut rosas, cichoream, acetosam & huiusmodi. item aromatica cum frigidis cordialibus, ut sandal. ros. & huiusmodi: de quibus supra, & de similibus magis in de cura. & si materia est composita; compone digestiua adinuicem secundum proportionem æstimatiuam de ipsis humoribus à te factam. quodq; de solutiuis intellige. exhibitio itaq; syr. siue digestiua diebus quinque, aut sex cum suis canonibus usualibus, quia in aurora, & calidum in tempore frigido, & frigidum in calido & huiusmodi, à te scitis tunc transeas ad secundum: quia ad euacuationem, quæ pronunc compleri habet clysteri solutiua, & phlebotomia ante autem digestiuorum exhibitionem, si uideatur, administra clysteria lenitiua, de quibus supra capitulo de cura putridarum. etiam, si uidebitur, administra ea in tempore exhibitionis talium: deinde deueni ad solutiua ipsum humorem respicientia, de quibus ad plenum. 4. cap. sed est hic consideratio, utrum conueniant scamoneata, & laboriosè exoluentes; quoniam multis fuerunt odio hoc casu, ut Cermifono nostro: sed de hoc infra de cura dicetur ad plenum, post autem solutionem factam præantecedentibus digestiuis conuenit usus aliquorum solutiuiorum leuium mundificantium corpus sæpe. sed hic oportet, ut attendas corporum ipsorum dispositiones: nam quædam sunt ita debite uiuentia, ut quasi nullo modo egeant euacuatione: sed sola sufficit clysteriorum administratio. quædam, quæ plus multiplicat in superfluitatibus ex malo regimine, & ista indigent fortiori, ac pluri euacuatione. quædam medio modo, & ista indigent mediis inter illa. & ideo oportet prius, ut bene hæc omnia consideres ex parte regiminis corporum, & secundum hæc uaria resolutiua in fortitudine, & debilitate, & in multiplicatione, & paucitate exhibitionis eorum. unde hic tres ponam descriptiones, quarum prima est ab Auicē. commendata prima quarti de præseruatione pestilentie in fine, & fuit descriptio accepta ab eo. x. continentis cap. de aere, & fuit inuentio Ruffi. Inquit Ruffus. nunquam uidi aliquem bibentem hanc medicinam, qui non liberaretur, & præseruaretur ab epidemia. & nunquam fuit inuenta medicina sibi compar. Cuius descriptio est. Recip. aloes electi. 3. ii. myrrhæ, croci ana. 3. i. ita in forma recitat Gētilis. nonnulli magistri sic eam describunt. Aloes partes. ii. myrrhæ partem. i. croci partem. 5. fiat incorporatio cum uino odorifero: quæ pilulæ debent rarius, ac frequentius assumi secundum corporum habitudinem ex parte repletionis, & mundificationis. & ut pueris, & aliis sint habiliores in earum receptione; coque ouū, & effunde albumē, et loco eius pone tm̄ de hoc puluere, uel de ipsis puluerizatis, quātū uis, et misce. deinde superpone modicū zuchari puluerizati ppter pueros, & da. post quarū exhibitionē pueris p̄cipuē dabis, aut granatū, aut pirū, aut aliquod tale. hæ. n. pilulæ cum hoc, q̄ præseruant maximè, et putrefactioni opponunt. unde Iudei consueuerunt corpora mortuorū cū aloes, & myrrha conseruare. & ideo non sunt negligendæ: sed quia nimium commu-

Syr. magistralis Gētilis.

Varie descriptioes pilularū Ruffi.

nes, despiciuntur. Marfilii patauinus. Recip. aloes. 3. ii. myrrhæ. 3. 5. croci. 3. i. boli armeni. 3. ii. agarici. 3. 5. camphoræ gr. ii. bolum armenū prius infundatur in uino albo subtili odorifero, & aqua ros. ana. 3. v. & agaricus in syru. de acetositate citri fiant pilulæ, quibus utendum, ut de primis dictum est. & his, si apparet, potes addere muscum, aut ambra & erunt magis cordiales: euacuant choleram, & phlegma, & forte magis phlegma. quod, si magis cuperes euacuare choleram; ea uigora cum rhabarbaro. Cermifonus nostrer Recipe aloes succotrini. 3. iii. myrrhæ. 3. ii. croci. 3. i. rhabarbari electi. 3. ii. 5. agarici. 3. ij. garyo. 3. i. spicæ. 3. i. 5. corticum citri. 3. i. seminum citri. 3. ii. tormentillæ. 3. 5. sandalorum rubeorum, granorum ribes ana. 3. i. quod, si non reperit ribes; pone loco eius semina acetosæ, corallorū rubeorū. 3. 5. boli armeni. 3. iij. cāphoræ gra. ij. agaricus ipse incusus infundatur in oxymelle simplici prius per horas sex: deinde omnibus puluerizatis, ut decet, cum syrupo. de acetositate citri quantum sufficit, informetur pilulæ. vij. pro. 3. dof. à. 3. 5. usque ad. i. & post earum assumptionem non recipiatur lauatiuum, & sumantur in aurora: deinde stet ieiunus horis quinque, uel circa; sunt enim faciles. sed circa hoc cadit dubium, nunquid semper in peste conueniat hic bolus armenus, quo hi duo uiri utuntur; de quo in prima descriptione neque Ruffus, neq; Auicē. mentionem fecit; cum non minus esset eis notus. dicendum sine uerborum, atque argumentorum multiplicatione, quod non, & præcipue in his tribus casibus prius, ubi in tempore pestis multa descendent à capite usque ad pectus phlegmata pectus constringentia, & anhelitum difficultantia, ut accidit quasi ultra. 1348. tempore Gentilis: nam constringentia, ut bolus, euitanda sunt. secundus, ubi præseruandus esset naturaliter angustia pectoris; nam exhibitio cōstrictiuorum adderet in difficultate, & in frequentiore attractione aeris, et male ut supra. tertius, ubi esset repletio pectoris quomodocunq;: quartus, & maximè tempore actualis pestis, in quo uapores multi sunt imbibiti in poris pectoris. unde ex usu talium constringuntur in eis, & clauduntur, & mali uapores retinentur clausi; nam ut plurimum comprehendimus eo tempore systolem maiorem diastole. iuxta quæ nota duos errores: primum, quoniam indifferenter à multis omnib. datur siue sint occasionati, siue non. secundum, quod omnibus cuiuscunq; complexionis non attendentes nunquid peccet plus cholera, q̄ phlegma, aut melancholia: & ita de aliis. & ideo in exhibitione talium oportet aliquando addere, & minuere, ut ipsi uiri faciebant. ideoque oportet, ut tu bene notes hominum complexionem, & peccantes humores, & addere ex simplicibus appropriatis, de quibus. 4. cap. ut tibi uidebitur. & quia hæc sunt satis, ac multum solemnia; ideo ab eis non aliter discedo. uerum compositio Ruffi, quam Auicē. laudat, & experta fuit in tot pestilentis, mihi magis placet: quoniam hic auctoritatem duorum tantorum uirorum non parum existimo. addoque, quod experta melior est non experta. 5. canone. i. capitulo. tu itaque dispone, & compositionem fac; ut libebit. & pro confirmatione eorum, quæ dixi, non præteribo dictum Almanforis libro. 4. in capi. proprio de pestilentia, & eius cautela. Vnus antiquorum philosophorum, quia Ruffus, dixit, quod, si sumantur duæ partes aloes, croci, & myrrhæ, uniuscuiusque pars una, & detur eis in principio mortalitatis cuique pondus. xij. alkirat singulis diebus cum. 5. i. uini temperati; maximum confert iuuamentum: confortant enim cor, euacuant, & à putrefactione defendunt. & quia nimium familiares factæ sunt; ideo contemnuntur, & malè ut authenticus ille, & nimium colendus Cato: nam ad manus peruenit puerorum. dosis cōiter apud nos est à. 3. 5. usq; & ad. i. & sumuntur bis in hebdomada, & quidā omni die unā, uel duas ante coenam perhorā, ut. 6. colliget ultimo cap. Auer. ipsas extollit, & meritō: discurratur. n. per simplicia earum, & in eis inueniet in casu mirabilem proprietatē: sed bene aduerte uentris dispositionē: nā quidā ita lubrici sunt, q̄ si oī die acciperent; læderentur, & noui hoīem ex solo odore aloes euacuari. tu itaque considera, & nota, quod, si ultra has particulares euacuationes, & usuales opus esset ex certa causa redire ad fortiores, cum digestiuis fac ut quia scilicet corpus aut de no-

Vide uerbum Gal. 1. 9. de sim. pli. medi. capite de terris.

no aegrotaret, aut tanta esset humorum plenitudo, quod prima euacuatio, & prima digestio non sufficerent. & ideo bene considera. Aliqui delectantur in alia compositione. Recip. aloes lotæ ʒ. i. myrrhæ lotæ, croci ana ʒ. ʒ. agarici prius infusi in oxymelle simplici ʒ. iii. myrobalanorum citrinorum ʒ. ii. ʒ. chebulorum ʒ. i. ʒ. radicū diptamni, tormentillæ ana ʒ. i. mastiche, cinamomi ana ʒ. ii. spicæ ʒ. ʒ. musci in tempore frigido grana. ii. in calido camphoræ grana. iii. informantur cum syrupo de acetositate citri. & hic nota, quod aloes aperit orificia uenarum: ideo, si quis pateretur hæmorrhoidas; oporteret ipsum sic corrigere, ne tale inferret nocumentum: & tu considera. iam sic expeditus de euacuatione per pharmaciā ad phlebotomiā uenio ab Aui. commemoratam secundum expositionem secundam superius datam. quoniam quidem phlebotomiā statim, & à principio in præseruatione faciunt nonnulli Parisienses, ac de Monte Pessulano per duos, aut tres dies ante plenilunium fieri præceperunt. & antequam de ipsa quicquam dicatur; nota, quod, sicut digestio apud medicum est præparatio humorum ad expulsionem; ita & præseruatio à peste est præparatio humorum ad resistendum putrefactioni, & uenenositati aeris, uel uaporis putridi, uel uenenosi cū fortificatione uirtutis. quo stante tanquam fundamento oportet uidere, si semper ex phlebotomia hæc duo consequuntur: nam talis præparatio non est aliud, quam humoris melioratio, siue bonificatio ab omni nocumento, ac facili eius lapsu mundificatio, nam corpora munda, ut supra, sunt magis tuta, & magis apta resistere. cum itaque in quolibet humore accidat nocumentum, cum peccat aut in quantitate, aut in qualitate: ideo prius est à medico bene considerandum, si in corpore sibi sano est in altero ipsorum, nedum in sanguine peccatum. quod si contingat sanguinem nullo modo peccare; ex phlebotomia ponuntur humores in motu sic eos præparando ebullitioni, ac putrefactioni, & similiter in crudationi humoris phlegmatici, aut ebullitioni cholericis; ut Auicē. quarta primi de phlebotomia. ʒ. Caue, ne ægrū &c. & sic magis præparatur corpus ad infectionem recipiendam, ut patet intelligenti. item ex ea multum debilitatur uirtus, & maximè quando non conuenit: nam thesaurus uitæ extrahitur, & anima ipsa secundum quosdam antiquos philosophos, qui sanguinem corporis animam esse dixerunt, ut primo de anima. ex quibus apparet, quod ex ea sic facta disponuntur humores, uirtus debilitatur, & ex consequenti corpus infectioni maximè præparatur: & tu bene considera contra communiter operantes. reperiuntur autem corpora satis munda bono regimine recta, item phlegmatica debilia, & similiter cholericā melancholicā, quorū sanguis non peccat quali, aut quanto: in quibus nullo modo competit phlebotomia in casu. et ideo attende, quod, si sanguis fuerit in quantitate exuberans, ut statim dicitur, consentiente ætate, & aliis; debet fieri, quoniam ex ea sanguis meliorabitur. quod si fuerit peccans qualitate, & non excessiue; melius erit, ut cum alteratiuis reducat. unde à 2. 4. supra usque ad consistentiam inclusiue, ubi sit adolescens, siue iuuenis bruni coloris, siue rubei, uel permixti ex rubeo & fusco, ut Rasī. 7. Almanf. non superflue utens coitu, sed copiose, ac delicate uiuens. ex quibus comprehendimus sanguinem esse multiplicatum in eo. debet in præseruatione à peste phlebotomari de uena media, & directius competit in uere. sed fiat omni tempore suspecto, & in tempore magni æstus minus, & in hora magis frigida, ut ante diem ista oportet prudentia tua moderare. si autem non uiderimus sanguinis multitudinem, neque alio modo maleficiatum: sed aliorum humorum comprehenderimus superfluitatem absque eorum mixtione cum sanguine; euacuentur, & digerantur, ut supra, postposita ipsa phlebotomia omnino. quod si comprehensa fuerit mixtio, ut supra de cura putridarum; tunc fac phlebotomiā, ut ibi. & antequam ad tertij complementum ueniam; hic pro confirmatione dictorum addo Zoar nostri sententiam in præseruando à peste, inquit. Ante omnia necessaria est communis euacuatio, quæ est phlebotomia. ideoque consuetus quisque phlebotomari, & omnis, in quo restricta fuerit aliqua euacuatio sanguinis, & omnis plethoricus, in quo signa sanguinis apparuerint cō-

A sentiente ætate, & aliis phlebotomandus est, & sanguis extrahatur secundum uirtutis robur. quod, si ex aliqua causa phlebotomia fieri non poterit; minuatur sanguis cum sanguifugis apposis uenis hæmorrhoidalibus, aut in pedibus sub talo, aut extrahatur cum uentosis naticis applicatis. quod, si alterius humorum dominium signa apparuerint; ille cum competenti medicina euacuetur: ita tamè, quod reiteratio euacuationis præeligatur exquisitæ euacuationi. & subdit, si procedes per istam uiam, prosperabis. & postquā unusquisque conuenientem fecit euacuationem; toto posse studeat beneficium uentris habere secundum suam dispositionem scilicet superfluitatem, quæ de nouo generatur, aut infici inciperet. & in summa laudat pilulas positas auctoritate Ruffi, quæ sic negliguntur à modernis uolentibus ostendere se ultra antiquos aliquid uidisse, quos magis reprehensione, quàm honore dignos facio. uerum temporibus magni æstus in corporibus cholericis in patientibus hæmorrhoidarum fluxum non inconueniret addere aliquod refrigerans; ut bolum, camphoram, corallum, aut aliquod tale: item propter fluxum, myrobalanos emblicos. Vnde magister Nicolaus Florentinus hac utebatur Florentiæ descriptione. Recipe myrrhæ, croci, boli armeni, carabe, corallorum ana ʒ. i. myrobalanorum chebulorum ʒ. ii. aloes ad pondus omnium. an itaque phlebotomia sic conueniat, expositis faciliè comprehendes: etiam in quo cōmuniter operantes errant. & tu considera.

B In complendo tertium uideor ingredi choas unum, ac pelagus magnum considerato, quod in hoc multi inuenti sunt suo tempore experimentatores dicentes multa, ac maiora promittentes cum suis experimentis, quibus certè par uiam adhibui fidem, de quibus tamen te doctum faciā adhærens tamen magis authorum nostrorum sententijs, quàm uulgarium, & muliercularum.

Et in primis uolo uenerari debere allium nostrum, cuius contentionem cum cœpe alijs quodam rudi dialogo composui. mane ante exitum domi comedatur aliquid allij: deinde post bibatur aliquid uini odoriferi, & seruetur omni die. secundo loco laudatur assumptio theriacæ, & est mirabilis operationis in præseruando: resistit enim uenenositati, & aeris superfluitatem consumit sua caliditate, ac siccitate, uerum proprius causa ente frigida in frigido aere: ubi autem esset calida; aer calidus oportet, ut rarius assumatur; ac cum ea commisceatur, quod eius caliditatem refrænet ex confortantibus etiam cor. unde Cermifonus cum ea commiscet zuccharum rosatum. Poterit ita in tempore frigido dari omni mane cum uino aromatico à ʒ. ʒ. usque ad i. sed considera complexionem; si cholericus &c. ne ex nimio eius usu inflammarentur humores, & indisponerentur. tempore autem calido detur cum zuccharo rosa. tantundè à ʒ. ʒ. usque ad i. ʒ. cum aqua cichoreæ, acetosæ, uel buglossæ: & considera complexionem, ut supra. ego autem consueui omni die fricare ex ea dentes, & aliquando eam assumere, ut de tertio ad tertium ad quantitatem ʒ. ʒ. debet autè stare assumens, antequam comedat quinque horis. sumatur itaque hora recentiori. & quod dictum est de theriaca, intelligatur de mythridato, ex cuius continuo usu nō potuit rex ipse Mithridatus, & uolens cum ueneno se interficere. item ualet pro delicatis, & potentibus electuarium de gemmis cum suis speciebus tempore frigido, & absque speciebus suis tempore calido, post cuius assumptionem bibatur aut aqua cordialis, aut uinum odoriferum, & parum secundum corporis constitutionem. cōsimiliter laudatur diamusculum dulce: sed theriaca super omnia. considera. unde Aui. Et de illis, quibus ex ea fit euasio, est administratio theriacæ, & mithridati ante eam, id est, antequam quis à peste apprehendatur, quia. f. præseruando. & in suo de uiridibus cordis inquit de theriaca, securum efficit utentem se ab incursum pestilentialium febrium, & prauis ab humorum morbis. quod, si cupis mirabilia de ea audire, & in pestilentia; lege libros Gal. de theriaca. & sic usque modo ex calidis habes allium, theriacam, mithridatum, cōfectionem de gemmis, diamusculum, quibus addas diambram. ex frigidis laudatur super omnia bolus armenus, de quo apud authores, & præsertim apud Aui. est tanta fides, ut non solum præseruet;

Cano. Sauo.

F 4 sed &

significat
...
...
...
...
...

...
...
...
...
...

Allium
...
...

Theriaca.

Mithrida
tum.
Elect. de
gemmis.

Diamus-
culum dulce.

Bolus ar-
menus.

An sper
competat
phleboto-
mia pro
præserua-
tione a pe-
ste.
Præserua-
tio a peste
quid.

sed & deprehensum liberet. unde Senior Dux Mediolani eo utebatur tempore pestis cum uino maluatico, & aqua ros. & faciebat quemlibet de familia eius uti omni mane ante eorum ingressum in cameram domini. dos. est. 3. i. quo libet die. quidam autem ipsum lauant prius ab omni eius forde cum aqua ros. cum uino odorifero. quidam exhibet ipsum cum aceto & aqua, maximè tempore æstus magni. in cholericis forte non nocent. considera. quidam, ut Gēttilis dat cum syr. de acetositate citri. similiter ualet terra sigillata. unde Cermisonus dat bolum armenum cum terra sigillata cum syrupo de citro. similiter ualent gemmæ, electuarium de gemmis. & sequendo indifferenter calida & frigida dico, quod à paucis annis citra uenit in usum tormentilla dicta uincens toxicum, & est species pentaphylli, & calida est: & in canibus hæc uidetur experientia. & ideo à quibusdam nominata est herba uenatorum. unde datur, & hominibus in puluere reducta radix eius dos. 3. i. cum uino, aut aqua cichoreæ. uerum ego eam usque modo in autentico libro non inueni: sed legens in cap. de pentaphyllo in fine inueni hæc uerba. Succus radices eius est medicina perniciosa: ideo quia cum alijs occurrere possum, de ea nõ curauit. expertas, laudatasque ab authoribus, & non à uulgariibus sequere. Puluis radices dictamni mirabiliter laudatur, & merito: ueneno autem resistit; uidemus enim ipsum uermes interficere. quidam scabiola mirabiliter extollit, ut de ea omni die aliquid assumant; uel uiridem cum aceto in saluatio, aut puluere cum uino. & de ea tantum confidunt, ut indubitanter credant, quod succus eius datus habet pestilentia infra. xii. horas liberatur. alij idem arbitrantur de pimpinella; & orientales tempore pestilentie altero horum indifferenter utuntur. sed uolo hæc tibi sufficere, si aliqua composita addidero tibi, & alij utilia, & gratia: que erunt aut pilulæ, aut confectiones, siue electuaria, aut potus.

Pilulæ inuentione Cermisoni. Recipe xyloaloes 3. 5. tormentillæ 3. ii. dictamni 3. i. zedoariæ electæ 3. 5. croci electi 3. i. 5. berbenæ 3. i. cornu cerui 3. ii. sandalorum rubeorum 3. i. corallorum rubeorum 3. 5. seminũ acetosæ 3. 5. boli armeni 3. iij. camphoræ grana. ii. gemmarum. electuarii de gemmis 3. 5. margaritarum 3. i. cornu unicorni 3. 5. confice cum syrupo de citro, & de ribes ana quantum sufficit. & si non habes de ribes; loco eius pone syrupum de limonibus. usus eorum est in ætate, & tẽpore medio. quod, si fuerit tempus frigidum; confice cum theriaca, & dimitte syr. dosis à 3. 5. usque ad 3. ii. alternis diebus bene mane dormiat ad libitum post earum assumptionem, stetque ieiunus horis tribus ad minus. ex his, & similibus potest confici electuarium, & confectio. Electuarium ad hoc. Recipe diaboraginati, diabuglossati ana 3. i. zuchari ros. 3. ii. trochif. de terra sigillata, specierum triasandalorum ana. 3. i. gemmarum, electuarii de gemmis 3. ii. boli armeni 3. iij. misce, & cum iulep uiolato quantum sufficit, reducantur in modũ electuarii. Confectio solida. Recipe specierũ triasandalorum 3. ii. diarhodon abbatis 3. ii. trochiscorum de terra sigillata 3. 5. gemmarum, electuarii de gemmis 3. ii. boli armeni 3. i. 5. zuchari albissimi 3. xvi. & cum aqua buglossæ fiat confectio solida in morsellis, uel rotulis triũ 3. pro uno quoque morsello. & sicut hic compositum est; ita & tu ex datis componere poteris cum pluribus, aut paucioribus frigidis, aut calidis, ut ipsa exiget dispositio: & tu considera.

Puluis, cum quo quidam Hebræus uidebatur mirabilia facere. Recipe cinnamomi 3. 5. zedoariæ 3. ii. boli armeni 3. vi. seminũ acetosæ, seminũ citri ana 3. iij. radicũ dictamni, & tormentillæ, limaturæ eboris ana 3. i. 5. ossis de corde cerui 3. i. fragmentorum smeragdi, rubini, granati, & sapphyri ana 3. i. fiat puluis subtilissimus, & cum conserua zuchari buglossati totum reducebat ad formam electuarii, & dabat omni die 3. ii. maximè tempore frigido: tempore calido 3. i. 5. post quæ detur aquæ cichoreæ 3. ii. confectio cum zucharo ex ipsa fieri potest, & dari, ut dictum est. hic puluis optimus est, & delicatus, & ex rebus cordialibus compositus. ex quibus tu ipse in simili componere poteris: sed consulo expertos sequaris. ad extra autem quamuis non sit consuetum; potes ex dictis rebus facere sacculos tenendos supra regionem cordis, de quibus sacculis cordialibus

dicetur in de cura. quod, si componis; fac eos calidos, aut frigidos, aut temperatos, ut exigat dispositio. quidam laudant; ut in regione cordis semper teneatur smeragdus, aut hyacinthus, aut sapphyrus tangens carnem. Multa autè potest, cum quibus potes esse curiosus: & tu considera.

Restat pro nunc ultimò, ut respondeatur huic interrogationi, nunquid potest aliquis stare in aere infecto, & per ipsum ambulare negociando, ut mercatores, artifices, & huiusmodi; dicendum, quod sic. & motus est, ut primò se munit, & se cum usualibus mundificatiuis mundum teneat. secundò semper utatur aliquo ex preferuatiuis dictis tenendo, aut in digitis annulos, uel in manibus pomum, seu spongiam, in ore aliquid, quod magis delectabit: item fumendo ad intra omni die, uel tertia, aut theriacam, uel aliquod tale. item utatur bona diætã, fugiatque deinde hominum congregationem, ac eorum, qui malo utuntur regimine. uadat magis solitariè, quàm potest. in domo sua sit aeris rectificatio, suamque familiam optimè gubernet. neque aliquem alloquatur, nisi aliquid in ore habeat, aut acre aliquid odor. quod si contingat esse medicum uisitantem tales; his prius se munit, & ante ingressum cameræ faciat eam alterare cum thure, aut aceto, & aqua ros. aut cum aliquo tali & expectet parumper extra, antequam ingrediatur, & deglutiat interim aliqua cochlearia aceti, & faciem cum eo balneet, præcipiatque patientem in alto stare. & minus ei, quàm potest, approximet. neque, cum appropinquat; faciem uersus ægrum moueat: imo ad oppositum, & citius, quàm potest, cameram egrediatur. & super lecto infirmi semper stent aerem rectificantia, & sæpe renouentur, ut supra. & sic respondendo habetur epilogus eorum, quæ supra scripta sunt. & tu considera.

De signis demonstratiuis febris pestilentialis. Rub. 4.

IN PONENTO hæc signa obseruabo eum ordinẽ, quẽ in aliis supra; & infra obseruaturus sum: ut quia signorũ quædam à substantialiter inhærentibus, quædam à qualitate mutata, quædam ab exeuntibus mutatis, nonnulla ab actionibus sumpta, de quibus per ordinem sic exemplificabitur. quia signa febris pestilentialis aliter reperiuntur in febribus aliis putridis, propter quod frequenter medici hæsitant de esse eius; hinc hoc loco conabor eorum exquisitã, quod ad ualuerò, ponere cognitionem, qua quis possit de ea satis apertè ualidum deponere iudicium. unde in primis scito, quod signa eius uarietatem recipiunt primò secundum uarietatem corruptioni causæ eius in intensiõne, & remissioni. propter quod Zoar dixit. Quando fuerit corruptio fortis; erunt accidentia fortia: quando uerò debilis; leuia. secundò recipiunt uarietatem ex parte diuersitatis humorum diuersorum peccantium: ut quia, quando phlegma peccat; apparent signa febris phlegmaticæ: quando cholera; cholericæ & sic de aliis. tertio recipiunt uarietatem ex uarietate influxuum superiorum, & causarum inferiorum: ut quoniam quædam sunt cum syncopa, quædam sine syncopa, quædam cum spasmo, quædam cum uomitu, quædam cum spatu sanguinis, ut apparuit Venetiis. 1437. super galeas, quæ uenerunt à Thanay, & portauerunt græcos uenientes ad Concilium Ferrariense: nam applicauerunt apud Trabe fundam: patria est. & propter inopiam aquæ iam existente æstu magno biberunt de quadam aqua certi loci, & quotquot potauerunt, infirmati sunt, & in triduo moriebantur. unde in tertia die euomebant tres sanguinis corrupti guttas, & deinde per parum spacium moriebantur. quædam cum apparitione bubonum, glandularum, sudoris frigidi in capite, & sic de aliis multis, de quibus infra. & ueniens ad particularia dico ponendo exemplum de signis primi ordinis, quod, ut dicit Almanfo. in principio, secundum tactum non apparet, acuitas caloris aliqua ad tactum mordens & c. ut in aliis apparet putridis, ut infra. sed territa natura ex malitia uenenosa calor ad intra conculcatur cum uaporibus malis naturam multum infestans. propter quod Auicenna dixit. Hæc febris est quæta exterius, idest, remissi caloris: interius uerò conturbans, & maximè cor, & quæ ei adiacent, & magis, quàm in aliis putridis; quia uenenositas cum uaporibus malis, & caliditate retracta magis cor petit, quàm in alijs

Terra sigillata.

Gemmæ. ele. de gemmis. Tormentilla.

Dictamn.

Scabiola.

Pimpinella.

Pilulæ inuentione Cermisoni.

Electuarium.

Confectio solida.

Puluis Hebræi.

Sacculi.

Smeragdus. Hyacinthus. Sapphyrus. An aliquis possit stare in loco infecto.

Calor febris pestilentis quæta.

in aliis putridis. & ideo in febre pestilentiali maior sentitur cauma, & conturbatio circa cor non ex intentione caloris tantum; sed conculcatione multorum vaporum putridorum circa cor cum eo: imo febres hæc consueverunt esse caliditatis remissæ. unde Almanforis quarto. Sunt febres læta, & tepidæ, siue conclusæ. aliquando tamen contingit ipsas esse intensi caloris, quando corruptio est in humore sanguineo, & magis cholericò in corpore iuuenili calido, & tempore magni æstus. subdit Auicem. Et quædoq; est de his febribus pestilentialibus, in qua non percipit æger neque tangens propinquus multitudinem caloris, & nõ alteratur pulsus, & urina magna alteratione. & cum hoc ipsa est interficiens uelociter. & medici hæsitant in esse eius. & de his infra in fine huius rubricæ.

Exempla signorum secundi ordinis; quia quasi in nõ percepto tempore facies mutatur sensibiliter à forma sua sana iam deficientem uirtute notabiliter. quod ita non contingit in alijs putridis, ut dicitur: & hoc secundum plurimum, & quasi semper. & quia, ut dictum est, & dicitur, à quolibet humore prouenire potest: & ideo, cum erit ex putrefactione cholera; erunt citrinitas faciei, oculorum, amaritudo percepta, & sic de alijs signis uidentis infra de signis febrium cholericarum. similiter, si ex phlegmate; signa phlegmatis ex parte qualitatis mutatæ infra in propria rubrica. & ita proportionata quære suis rubricis infra de sanguine, & melancholia. ponitur tamen ab Auicem. sitis uehemens, & linguæ siccitas, & quandoq; apparet nigredo eius communis uaporibus malis calidis uis uis ori stomachi, & linguæ. & tu benè considera complexionem, & regimen præteritum; quia ab his duobus magnam de peccato humorum capies euidentiã, ut supra memoratum.

Exempla de signis tertii ordinis initium faciens ab urina. Urina ut Aui. in hac febre apparet aquosa. i. non debitã habens substantiam, cholericã, uel melancholicã, phlegmaticã, & aliquando ruffa, uel subrubea spissa secundum dominium humoris peccantis, aliquando liuens manifeste, & maxime in superficie propter læsionem spiritualium, aliquando subiugalis, & quasi ut plurimum. & hic aduerte, quod Aui. principaliter de urina aquosa mentionem facit nihil de alijs coloribus hoc in loco loquens. & miror ualde, quoniam ut plurimum practicanes in primo occurso super colore, aut eius substantiam se fundant, in tantum processerunt ad eundem febrem pestilentialem ex iudicio urinae subiugalis quod & uulgares cum eam uiderint; statim dicant, ipse fulcitus est. immo, si nõ est urina subiugalis; existimat uulgus, & multum imperiti, qui pestilentiatos sequuntur, quod febris non sit pestilentialis. & credo, quod, quia ualentes uiri timuerunt uisitationem pestilentiatorum; in multis deficiunt signis, quæ fortasse inuenissent magis propria ex parte ipsis urinae sumpta. est itaq; ut dictum est, urina in ea apparens aquosa, ut Aui. propter defectum caliditatis innatæ. & ideo priuata est digestionem. est & aliquando citrina, subalbida, fusca, rubea, aut subrubea secundum dominium humoris peccantis. subiugalis ut plurimum apparet, ut dictum est; quia secundum plurimum est mortalis. propter quod nota, quod causa subiugalitatis est duplex; prima est mortificatio caloris, quia debilitata causa debilitatur effectus, & quia sequestratio partium urinae, quia subtilium à grossis, & contra, est effectus caloris naturalis. ipso ergo debilitato, siue quasi mortificato sequitur permixtio earum, ut ipsarum natura requirit, & sic sequitur eius corruptio. & est simile, sicut extra uidemus urinam claram conturbari, & corrumpi frigore extrinsecò caliditatem naturalem eius corrumpente. quod si quærat, quare in tali admixtione partes terræ non descendunt; dicendum, quod hoc accidit ex impotentia diuidendi medium propter remissionem grauitatis earum. uerum in corruptione urinae extra facta uidemus in fundo urinæ multas partes terreas residere. altera est fortis ebullitio facta in humiditate aquosa, quæ transmissa est cum sanguine: nam, cum ipsa ex caliditate præter naturam ebulliunt humores etiam ad intra uenas uentositate in tali ebullitione genita, & conturbante substantiam urinae, sicut uidemus in actione ignis in picem, uel in resinam, ut Gal. 4. apho. cõmentaria. 7. & secunda primi de substantia urinae. cum itaq; sic

A conturbetur aquositas illa ex commixtione partium terrearum cum aquosis, & aereis, & expellit de uena ad uenã usq; ad uesicam; sic itaq; habes significationem urinae subiugalis. quapropter, ut comprehendis, non semper febrem pestilentialem denunciat. sed nota, quod est differentia inter subiugalem ex prima causa, et ex secunda: nam quæ est ex prima causa, consueuit apparere in fine morbi: quæ autem ex secunda, in principio. item subiugalis ex prima causa; cum apparet in principio cum debilitate uirtutis maximè animalis, cuius debilitas nostris sensibus magis subiacet, potest esse signum ipsius febris pestilentialis, & est secundum plurimum. & talis aliquando est cum apparente caliditate intesa, & aliquando non. & non est citrica, neq; apparens post signa digestionis quæ duo requiruntur ad uerificandum signum. quæ autem est talis ex secunda causa, cum apparet in principio, est cum fortitudine uirtutis, & cum magna intensione caliditatis percepta. unde Auicem. 2. primi de substantia urinae inquit. Urina spissa in acutis ægitudinibus mala. & hæc est urina subiugalis. & causa; quoniam, cum materia faciens febrem acutam sit subtilis; etiam urina deberet esse subtilis. si ergo est grossa; significat uehementem ebullitionem, & grossam materiã per uiam adustionis, ac debilitatis caliditatis naturalis nõ potestis subtiliare. liuida autem significat mortificationem, ac uehementem adustionem. & ideo, si in principio febris apparet cum debilitate uirtutis malitia accidentium; ipsa est satis efficax signum. & ideo alia cum ipsa urina considerentur, antequam iudiciũ deponatur. propter quod à multis ponitur hoc tanquam pro signo in ipsis febribus pestilentialibus; quod ipsa est febris delusoria. unde. 4. Almã. febres pestilenciales sunt deceptorie. & ideo dicebat Gulielmus. deterius, quod est in ea, est, quod post apparitionem digestionis, & crisis febris pestilentialis in ipsa crisi multoties interficit: quoniam omnis crisis plus attinet sanitati, quam morti, nisi morbus sit pestilentialis, ut. 2. aphorismorum com. 13. & reddens causam huius Gulielmus dixit; quoniam putredo ueniens ab aere est dispositio occulta ita in radice cordis, & spiritualibus cõfirmata, quod natura cum suis instrumētis, ac beneficio medicinae à se remouere nõ potest dato, quod in materia febrili putrefacta digestionem compleat, & perficiat. unde breuiter secundum plurimum malitia uenenosa à natura superari non potest.

C Ab egestionibus primò, quia foetida sunt significantes uehementem putrefactionem, ut. 1. prognosticorum commento ultimo. vñ Almã. li. 4. Quicquid ex corpore ipsorum egreditur, foetidum est. unde Aui. Egestio est lenis. i. liquida propter indigestionem, uel eliquationem, uel lenis. i. æqualis æqualitate malæ existentiæ, siue substantiæ, quæ significat dominium innaturalis calidi. & talis uituperatur à Gal. 2. prognosticorum cõ. 21. & secunda primi de egestionibus. & est foetida propter corruptionem cõicatam nutritiuis. & ideo dixit Raby decima particula apho. autoritate Gal. super. 3. epidemiarum. Febris illa dicitur pestilentialis, cum qua est affellatio de genere eorum, quæ putrefiunt, & liquefiunt, & hoc accidit febre pestilentiali aliquo tpe non dimittit. & est spumosa propter uentositates motas, quæ ob debilitatem caloris nõ resolunt. & quia calor cõclusus est, non potest liquefacere pinguedinem. vñ apparebit aliquid unctuositatis in egestionem. & quoniam est melancholica, quia nigra: quia. f. malitia febris facta sit adustio in humoribus, aut quia talis materia latitauit, & nunc primò exiit. & quandoque accidit fluxus cholericus, & aliorum humorum secundum prædominium illorum.

D A uomitu: nam in his febribus consueuit primò accidere uomitus, & est de signis primò euenientibus: cum primò corrumpatur, & putrescant humiditates cordis, & uehementer tunc propter propinquitatem cordis ad os stomachi, quod est ualde sensibile, immediatè ei communicatur nocuum, unde accidit uomitus, & cholericus, & melancholicus ab ordine: quoniam natura irritatur plus ab uno humore, quam ab alio secundum maiorem, aut minorem putrefactionem ipsius humoris: quoniam magis putridus plus stimulat, & prius exit: uerum semper plurimum est cholericus.

A sudore: quoniam sudore sudant foetido; quoniam quæ ab eo exeunt, sunt foetida, ut. 4. Alman. Et quandoq; frigidus; quia syncupali, cum iam scilicet resoluitur uirtus.

Ab

Egestio
nes qua-
les.Vomitus
qualis.Sudor
qualis.Facies
qualis.Urina qua
lis.

Anhelit⁹
qualis.

Ab anhelitu; quia .f. foetidus est propter putrefactionem positam in corde, & spiritualibus: & est signum mortis.

Pustula.

A pustulis; quia aliquando apparet bothor subalbida .i. cineritia, & quandoque subalbida, & rubea ex materia mixta, quæ apparent, & cito delitescunt propter defectum caloris naturæ. item apparent alcola, & ulcera; ut quandoque in aliis contingit febribus eleuatione uaporum malorum corruptorum.

Alcola.

Nausea.

Ab operatione læsa initium à nausea accidit plus in istis nausea propter magnam communicationem stomachi ad cor, ut dictum est. item quia in attractione aeris mali communicatur nocumentum ori stomachi, quod in aliis non contingit febribus. item præsentia humorum corruptorum in stomacho est ex causis coadiuuantibus, & ex his causis accidit debilitas appetitus plus in istis febribus. unde Rasis. Cum uideris nauseam frequentem cum febre tepida; tunc scias, quod est pestilentialis, & propriè si communicatur, & multiplicatur in multis.

A dolore capitis: nam communitate oris stomachi ad cerebrum per neruos reuersiuos dantes sensum ori stomachi communicatur nocumentum cerebro in eo causans dolorem: habent .n. os stomachi, & cor magnam colligatiam, & propinquitatem; ut in anatomia est uidere ita, quod non potest contingere grande nocumentum cordi, quin accidat stomacho. unde in summa hæc consueuerunt in pestilentia signa simul apparere: nausea, uomitus, dolor capitis, & urina liuida, uel subiugalis saltem in secunda, uel tertia die: & hoc in principio.

Ab anhelitu: quoniam est magnus propter flammam circa cor, & propter multitudinè uaporum, & exaltatur, quoniam membra pectoris in altum multum ad sensum mouentur. & multum constringitur anhelitus respectu eius dilatationis: quoniam maior est necessitas systolandi, quam diastolandi propter caliditatem non esse multum intensam in his febribus communitè. & hæc constrictio est maior in his, quam in aliis putridis. est & eorum anhelitus curtus propter defectum uirtutis, & frequens primò; quia non sufficit magnitudo, aut frequentatur hoc. .i. semper maior est systole, quam diastole.

Pulsus
qualis.

A pulsu. pulsus in hac febre secundum plurimum est frequens, & paruus propter necessitatem, cui non potest satisfacere uirtus cum magnitudine: & fit uehemens secundum plurimum in nocte. .f. in frequentia, & non in magnitudine; quia uirtus non est in illo tempore fortis: & in eodem tempore; quia noctis calor, & spiritus ad intra conculcantur, & materiæ consequenter eum sequentes. quare augetur necessitas, cui cum magnitudine propter debilitatem succurrere non potest. unde cum addita frequentia supplet. alii dicunt ipsum in nocte magnificari propter caloris ad intra conuersi uirtutem fortificantis. & tu considera.

A casu appetitus; quia plus in istis debilitatur, quam in aliis putridis, ut supra de nausea, propter communitatem oris stomachi ad cor: propter debilitatem uirtutis: tertio propter præsentiam humorum corruptorum in ore stomachi: quarto propter qualitatem malam ex aere attracto acquisitam &c. & subdit Aui. Et, si non resistit ei cum comestione; uiolenter interficit eum. & de hoc in de cura ad plenum.

A casu uirtutis; quia peruenitur ad syncopè propter nocumentum in corde ex corruptione spirituum, & resolutione eorum, & moritur.

A tussi; quia adest tussis absque mundificatione propter læsionem pulmonis ab aere, & à uaporibus.

A uigilijs. accidit in eis uigilia communicatione uaporum malorum, & propter eandem causam accidit commixtio rationis.

A dolore stomachi propter communitatem, ut supra.

Magnitudo splenis; quia defectu caloris melancholia splenis uentofatur, & emittit uapores grossos, qui ibi retinentur, & inflammant, & splenem in tumorem eleuant: etià quia in ipsa feb. multi aduruntur humores, qui in melancholiam conuertuntur: quorum receptaculum est splen.

A mollificatione apparente in ea, & non est uera mollificatio: sed quædam impotentia mouendi, & sustinendi me-

bra, ut accidit in uera.

A torpore, siue tepore; quia stat patiens non loquens, & secundum apparentiam non bene sentiens in aliquo sensu exteriori: & hoc contingit ex debilitate uirtutis animalis.

A dispositione corporis; quia aliquando apparet, ut dispositio hydropisis, siue quidam modus cachexiæ; quia est conclusio uaporum sub cute, & inflatio uentris; ut in tympanite defectu uirtutum naturalium: nam uentositas sic multiplicata, non resoluta, & retenta hypochondria extendit. unde .i. 4. tertii de doloribus partium hypochondriorum. Et tensio quidem hypochondriorum multiplicatur in febribus pestilentialibus.

Ab angustia: angustiantur .n. & inquieti fiunt ex nocumèto percepto in interioribus ab ipsis malis uaporibus &c. cor ledentibus, & spiritualia omnia.

A fluxu: quoniam, ut supra, accidit fluxus cholericus, aut fluxus secundum dominium humoris peccantis, & corrupti: nam secundum plurimum febris hæc est de sanguine putrefacto circa cor, ut supra, & infra.

Postremò scito, ne decipiatur faciliter medicus, quod hæc feb. aliquando in principio aduentus eius est fortis, & magna, ueniens cum fortitudine accidentium iam dictorum, & ad syncopam, frigus extremitatum, spasmus, & alucez, accidentia mortalia: & hoc est; quia ut plurimum est mortalis. unde Aui. Est secundum plurimum perdens. & ideo cum accidentibus uenit intensus, & prauis. & fiunt hæc accidentia ab humoribus grossis, & uentositatibus inclusis defectu caloris naturalis. non est negandum, quod certè non possit accidere spasmus de inanitione. aliquando uenit hæc febris in principio sui quieta, in qua non percipitur aliqua caliditas extranea, neque à patiente, neque ab astante. & pro tunc etiam urina, neque pulsus alterantur magna alteratione: & tamen ipsa postmodum infirmum uelociter, & quasi subito interficit. unde recitat Gentilis se uidisse in quodam nobili uiro nomine Cassalus, qui antequam detegeretur pestis in ea ciuitate; februit febre, quam ipse cum aliis medicis iudicauit esse ephemeram ex tristitia ex causa manifesta tanta fuit remissio caliditatis, & non naturalis dispositionis pulsus, & urinae. deinde post aliquot dies iudicata fuit putrida benigna; cum pulsus, & urina laudabilia forent. & nunquam accubuit nisi horis, quibus in sanitate consueuerat: nam color faciei erat bonus, & lingua bona. ueniente autè die septima sudauit sudore frigido in capite, & collo, & subito mortuus est. stabamus autem hæsitantes, & perscrutantes, unde hoc euenire potuerit. & secundo mense sequenti detecta fuit pestis, & inuasit multitudinem hominum. Item uidi in ciue nostro Bartholomeo de leone, qui mortuus est in septima, & æstimauerunt medici astantes, quod esset pleuriticus: & ego iudicauit eum fore pestilenticum, & tribus sequentibus mensibus detecta fuit pestis satis notabilis. & quia hæc dubitare fecerunt sapientes, de quibus uulgares admirantur; hinc conabor horum talium causas aperire ad studentium ampliolem doctrinam, & cautelam, ut nullus sit ita audax, & præsumptuosus, ut de febre ipsa facile deponat iudicium in esse eius. unde Aui. Et medici hæsitant in esse eius. propter quod, ut supra, dicitur febris delusoria. Almanf.

Tria itaque occurrunt circa hæc dubiuncula: primum; quoniam Aui. dicit hanc febrem esse cum forti inflammatione, & hic dicitur contrarium: quia .f. est absque caliditate intensione percepta. secundum; quia dicitur pulsus non alteratur magna alteratione: cum tamen fiat cum magna permutatione in corde. propter quod uelociter interficit. item ex putrefactione humiditatum circa cor accidit necessitas magna inducens in pulsu uarietatem notabilem. tertium; quia de urina idem dicitur, quod non mutatur à naturali. & est sententia Aui. etiam secunda quarti de iudicijs urine inquit. Et quandoque est urina in agritudinibus pestilentialibus bona naturalis in substantia sua, & colore, & sedimine, & ille, cuius est, tendit ad mortem.

Pro primo expediens dico, quod aliquando aliqua est cum forti inflammatione, & est secundum plurimum, cum quo stat, quod aliqua sit absque ulla inflammatione: & hoc continget

Solutio
ues.

continget; quando putredo humorum erit similis putredini aeris: ut quia aer erit remissus in caliditate, & intensitate uenenositatis; unde non ponit humiditatem cordis in notabili ebullitione, siue calefactione. propter quod non accidet mutatio in pulsu, ex parte magnitudinis, uelocitatis, & frequentie: sed bene ex parte fortitudinis, & debilitatis, & hoc maxime in principio: nam cum uenit ad statum; bene variantur tres differentie communes. unde, quia infectio est paulatina, & successiua; hinc non apparent in principio talia: sed bene in statu. & quia hæc infectio est paulatina, non subito eueniens hepatis, & uenis, in quibus ipsa fit urina, & digeritur; hinc & ipsa non notabiliter mutatur in principio. neque hoc est inconueniens, sicut apparet in phthisi urinae toto tempore bona, non communicato nocumento adhuc hepatis, & uenis. & ita apparuit in Bartholomeo, unde in .xi. inceperunt apparere urinae mala, & alia pestis signa postea fortiora. Conciliator noster differetia .97. dixit hoc euenire ideo, quoniam cum ex febre nocumentum fiat in principio cordi notabiliter; natura perterrita non audet morbum inuadere propter malitiam eius. unde uires suas colligit, & ad debite corpus gubernandum laborat. propter quod actiones similes eueniunt eis, quæ in sanitate. propter quod dicendum, quod, quando apparet urina talis, ac pulsus perseverans in febre, febris est praua, & mortalis; quia illa significant naturam non audere tentare materiam febris propter sui malitiam. Gentilis autem dixit, quod impossibile est aliquem mori ex febre aliqua stante dispositione illius cum apparet bona urina, & boni pulsus. quod, si contingat aliquem mori; hoc erit propter mutationem factam in febre de bonitate ad malitiam: ut uerbi gratia, pone, quod quis febricitante febre salubri tempore pestis: sed tamen in eo latet materia aliqua uenenoosa; ut anthracis, quæ ex malitia aeris generabatur in aliqua parte spiritualium: sed stabat quiescens, & occulta. in hora ergo crisis huius febris ista materia mouebitur, & attinget cor, & subito interficiet. & hoc plus enenit in tempore pestilentiali; quia eo tempore magis generantur tales materiae. & certe ego credo, quod iste casus pluries euenit in anno, & multos medicos absque causa condemnet. item ex continua aeris infecti attractione potest faciliter materia non uenenoosa putrescens, & febrem faciens, conuertere ad uenenoosam, & interficere: & sic de salubri efficitur mortalis. item, quoniam contingit aliquem pati febrem continuam ex sanguine, & adueniente crisi per fluxum sanguinis narium conualescet: & quia remansit cholera apta putrefieri; putrefiet deinde, & ab aere malo uenenoosabit. & tu gloriaberis in die conualescentia de ipso, & per duos dies post morietur. ergo caue. & breuitur uolens de signis demonstratiuis aliquod efficax indagare nullum tale usque modo inueni; quod in aliis acutis putridis apparere non possit. sed, cum uides febrem cum signo, anthrace, glandula, & huiusmodi; tunc illud est certissimum. secundò, cum uides statim à principio, ut in prima, & secunda die egrum deficere in animali sensitiua, ac motiua, præcipue cum tornatilitate faciei, pulsu inordinato, urina mala, anhelitu malo, & maxime, ut dictum est supra, & plus solito angustiari; poteris cum his paucis satis efficaciter concludere febrem esse pestilentialem. uerum, si quæ dicta sunt, bene considerabis, & omnia adinuicem glomerabis; certe raro decipieris. sed tamen memento, quod, ut ait Gordonius, etiam hæc febris ut plurimum deludit medicos: & maxime quando est cum signis bonis; ut urina, & pulsu. & ideo dixit Auicenna. Hæsitant medici de esse eius. & hæc de signis demonstratiuis.

PROGNOSTICA. Et secundum plurimum perdens hæc febris secundum plurimum est à sanguine: licet ab aliis tribus contingat humoribus, ut supra.

Et de melioribus signis est constantia appetitus, & mentis spes. unde quammaxime in ea uerificatur aphorismus Hippo. In omni ægritudine confortari mente, & bene se habere ad oblationes; bonum. contrarium uero malum, & maxime in his febribus.

Omnis crisis in ea facta secundum plurimum est ad mortem. 2. aphorismorum commento. 13. unde ut supra de acutis, non omnino certe sunt pronunciationes salutis, neque mortis, unde sæpe uidemus in pestilentialibus, quod uidentur

A liberi in quarta, uel quinta, & per domum incedunt, ac si sani essent: imo comedunt, bibunt, & dicunt se hæc facere cum appetitu: & tamen usque ad decem horas, uel sequenti die moriuntur: agunt enim ut lucerna extinctioni parata, natura se conante. & de prognosticis hic procedam correspondenter ad demonstratiua.

Quando febris non est multæ intensiois, & est pestilentialis cum seuitate accidentium; tunc scias, quod est magis uenenositati attinens, & ex consequenti pernicioosa.

Quando facies fit tornatilis, & eius color denigratur, siue obfuscatur, & apparent aliqua macula in ea nigra, ut uidi in Bartholomeo suprascripto ita, quod tendit ad uiriditatem; annunciatiua est festinae mortis. de aliis signis sumptis à qualitate mutata, require supra de acutis.

Urina grossa turbulenta, uel subiugalis, in qua non residet aliquid, neque clarificatur, in febre pestilentiali est signum non bonum: significat enim materiam retineri, & uirtutem deficere in expellendo. unde Gal. quarto aphorismorum commento septimo inquit. Quædam autem huiusmodi urinarum turbulenta existunt: quædam hypostasim grossam uelociter faciunt. quod, cum fiant; uelocitate cessantis morbi significant. quæ uero hypostasim non faciunt, & turbulenta existunt, si uirtus sit fortis; longum morbum significant: si debilis; mortem. aquosa perseverans, & foetida, & nigra, & grossa mortalis. liuida mala.

Egestio foetida diuersorum colorum, apparet ante signa digestionis mala: significat enim adustionem, & liquefactionem, & multitudinem humorum corruptorum. & quando egestio est cholericæ, & multa, & non alleuiatur ægritudo; mala.

Quando in principio apparent ægestiones unctuosæ, & foetidæ, super quas apparet ut uirus citrinum; mortale.

Sudor frigidus cum notabili intensioe febris factus circa caput, & collum mortalis. sudor foetidus in principio febris pestilentialis malus.

Vomitus foetidus malus, & uiridis, & sicut color porri, & proprie foetidus, & rubeus cum nigredine, & obscurus, & qui est sicut flos æris, deterior.

C Anhelitus foetidus malus, & mortalis: iam enim putredo confirmata est in corde, Auicenna. prima quarti.

Omne apostema, & omnis pustula, quæ apparet, & postea reddit, est malum, Auicenna. secunda quarti.

Quando dolor capitis perseverat in febre pestilentiali, & uirtus est debilis, & sunt illic alia signa mala; perniciosus aut in septimo fiet fluxus sanguinis narium.

Diuersitas in pulsu notabilis cum percepta debilitate mala. de alijs subticeo; quæ de ipsis supra de acutis. & tu ibi.

De cura febris pestilentialis. Rub. 5.

IAM, ET solatiose dicere consueueram huius rabidi morbi curam Iesu saluatoris nostri casum apud eum reseruatam esse: quemadmodum & horrendorum facinorum absolutionem summum pontificem in se reseruasse concedimus. qua de re eos uiuere, illos mori eius nutu arbitrabar. quæ omnia mihi persuadebant stupendi casus, quos in dies uidebam. quorum in assignandis causis, ut aliorum morborum humanum ingenium deficere sentiebam: etiam quoniam authores nostros comprehendebam de cura ipsa tam parua quam pauca conscribere: Auicenna. præcipue, ac si de eis paululum nota loquerentur. cum itaque in presentiarum ipsarum rem maturius sim perscrutatus; uideor uideri non multum à uia ueritatis deuiasse, & reliquorum morborum curam liberius Deum ipsum in humani arbitrii manibus reliquisse. Aiunt uulgares inter humana opera matrimonio ipsi propria speciale priuilegium à Deo optimo collatum esse. sic itaque, & dicant medici hunc deuorantem morbum inter ceteras ægritudines specialem, atque diuinam curam obtinere. quamobrem qui eam sanare intendit, & si in omnibus, in hoc specialius diuinam implorat misericordiam. item in primis animam ægri ad suscipiendam gratiam summa cum diligentia hortetur, astantesque, ut pro eius salute Deum flagitent. quibus sic præmissis ad eius curam ueniat eis canonibus, & antidotis, quibus potest

est humana mens ei efficaciter subuenire. sequendo itaque ordinem per me in reliquis obseruatum, ponam documenta, & canones in ea, cum quibus canones ipsi perficiuntur.

Primum autem attendas, ut omnem in principio habeas in cura eius diligentiam; quoniam non est egritudo dans inducias: etiam quia, cum confirmatur, non est ei spes, quod in paucis sit diebus, pluribus scilicet, & paucioribus secundum materiam uenenosam furiositatem maiorem, aut minorem, ut supra, de acutis dicebatur: nam quaedam in quarto, quaedam ante, quaedam post. sed nota, quod ephemera pestilentialis in triginta horis interimere consuevit.

CANONES Ordinatio dietæ, euacuatio, alteratio, digestio, reiterata euacuatio, cordis principaliter, & maxime sollicita confortatio, et stomachi similiter propter propinquitatem eius ad cor, caliditatis hepatis remissio, & aliorum membrorum supercalefactorum, si quæ sunt talia, ut renes, accidentium correctio.

Dietæ ordinetur in sex rebus non naturalibus, ut supra de præseruatione actum est: quam tamè raptim in præsentiarum particulariter sic discurrem.

Aer lecti, & camerae alteretur, rectificetur, ut de præseruatione semper cum odoriferis, cum igne, cum flatu uentorum septentrionalium, si id fieri potest: quoniam est de maximè corrigentibus. Almanfor. quarto. & hæc alteratio, siue correctio fiat calidis, aut frigidis secundum exigentiam ex parte constitutionis aeris, ac humoris. unde quidam curiosi madefaciunt linteamina in aqua, & aceto, & superaspurgunt deinde aquam rosaceam, & circuncirca lectum apponunt: & hoc tempore calido super lectum deinde sternendo flores, herbas frigidas, ut supra de præseruatione. debet aer camerae esse luminosus: in die, lumine solis: in nocte, cum candelis, & hoc ut plurimum: quoniam istis consuevit superuenire subeth. quod, si esset etiam; quoniam lumen mouet humores ad exteriora. quod, si patiens esset cum instantia uigiliarum; hoc obseruari non debet. secundò nota pro nobilibus, & potentibus, quod, quando quis peste infirmatus, ea die, si possibile est, remoueatur à loco, in quo infectus est: & ad alium ducatur locum, uel cameram; de quo reddita est causa supra ita tamen, quod hæc translatio non sit causa multo nocenti uirtutis, ut dicitur statim de motu. & similiter lectum mutet, & linteamina, & culcitram omni die. tertio, quod, ut dictum est, aeris alteratio diuersimodè fiat secundum exigentiam diuersarum constitutionum, & humorum ac complexionum, ætatum, consuetudinum, & huiusmodi: quodque in reliquis obseruare debebis; alioquin errores magnos committeres, similiter patiens teneat in manibus aliquod odoriferum, ut supra de præseruatione secundum exigentiam causæ, & aeris constitutionem factam.

De cibis in his autem principaliter considera qualitatem; quia nutritiuitatem, qualitatem etiam: quia alteratiuam: secundò quantitatem continuam scilicet, & discretam: tertio horam: quartò ordinem.

Qualitatem primò; quia nutritiuitatem: debet enim eorum cibus esse multum nutritiuus, ac uirtutis restauratiuus, facilis digestionis, alteratus ad frigidum, & siccum cum acetosis: ut inde prohibeatur eius putrefactio, & ex eo generetur humor aptus putrefactioni magis resistere: nam acetosa cum hoc etiam appetitum incitant, & calori resistunt febrili; nam, sicut dictum est supra, hic morbus inter alios plus uirtutem deiicit, & prostermit, & exterminat. & ideò maiori, ac uelociori indiget nutrimento. propter, quod credo, quod cum aqua carnis sublimata uelox præbeat nutrimentum, & spirituosum; in his casibus est cibus singularis. utrum, quia cito inflammabilis; existimo ipsam debere fieri cum alteratibus eam, & cordialibus confortantibus: ut uerbi gratia, abluatur gallina, uel fasianus, uel perdix, uel caro hœdi cum aqua ro. & aceto, & modico uini aromatici: deinde cum coriandro, sandalis gemmis, ac margaritis, ros. cichorea, florenularis, & huiusmodi cordialibus: de quibus supra, & specialiter gustu delectabilibus ad alembicum ponantur, item cum ea ducati. item aliter. terantur folia auri, & superponantur: & sic de aliis ingeniis. ex calidis etiam, si opus erit, quidam carnes frustatim incisas cum prædictis ponunt in phiala magna obturato foramine in cacabo pleno aqua ad bullien-

um per quinque horas, deinde totum extrahunt, & expriment per peciam, & usui reseruant. quidam addunt aquas cordiales cum eis quasi implendo uas uitreum usque ad medietatem. & hic aduerte, quod dato, quod acetum sit quammaximè usitatum, & commendatum, ut supra de præseruatione: tamen attende, ne uolens uitare carybdim cadas in scyllam quoniam sunt aliqui stomachi frigidi, in quibus ex usu acetum etiam in parua quantitate corrumpitur cibus, de quorum numero meus est. & ad hoc benè aduerte; quia ex chylo putrefacto generabitur humor putridus, uel aptus faciliter generari. consimiliter laudo contusum, brodium consummatum & huiusmodi ex carnibus temperatis laudatis supra. 3. cap. & tu ibi. alterata tamen cum acetosis succis, herbis, agrestibus, & huiusmodi, ut supra de præseruatione. unde, cum Auicenna dicit à carnibus abstineat supple non datis cum acetosis. unde de de præseruatione. & caro similiter decocta in acetosis. in lebetes itaque; ponatur ad bulliendum cum carnibus, aut herbis, aut acetosa, aut agresta, aut pomum factum ex pecia cum pulueribus cordialibus calidis, aut frigidis, ut exigit dispositio. & nota, quod data frigida, & humida ipsi febricitantibus conuenient: tamen, quia uenenositas, & aptitudo ad putredinem sunt magis suspecta; ideò damus frigida sicca iuxta illud Aui. quarta primi. tu quoque semper sollicitus sis ad id, quod magis suspectum est.

Qualitatem etiam alteratiuam, ut humore peccante existente calido sanguineo, uel cholericò, de dietæ ei proportionata, & phlegmatico, & melancholico sibi propria, de qua dictum ad plenum tertio capitulo supra: & de ipsis cibariis aliquid statim cum expediuerò alia tria. quorum primò est quantitas. primò debet dari bona quantitas continua cibi ipsa sic considerata, secundum plures tamen exhibitiones: nam Aui. prima quarti de cura eius. Plurimi eorum, qui uiriliter agunt super illud, & comedunt uiolenter, quamuis sint structi, siue disturbati appetitus; absoluuntur scilicet febre, & uiuunt. unde subdit. necessarium est restaurare super cibum, id est, cogere eos, ut frequenter cibum accipiant. unde Alman. x. de febre pestilentiali. Hac præterea laboratè passione ad comedendum aliquid sunt cogendi. unde in ista febre non est procedendum, ut in aliis acutis: quoniam hic propter qualitatem occultam uenenosam multò plus debilitatur uirtus, quam aliis acutis propter qualitatem manifestam. & ideò benè dicebat Gal. i. apho. com. 9. Acciditibus prostermentibus uirtutem illico dandus est cibus. quodque etiam de aliis intelligit acutis: nam uirtus primò considerata est, quarta primi. i. ca. quod uirtus occulta plus possit, quam manifesta, uide manifestum exemplum; quoniam modica quantitas ueneni hominem interficit. quod magna quantitas aliorum calidorum in summo, aut frigida in summo minime faceret. & quoniam uirtus est debilis non potens in unica uice magnam sustinere cibi quantitatem; oportet, ut plures partiatu uices, ut dando ter, aut quater in die naturali, etiam dando inter cibum, & cibum confectiones, electuaria huiusmodi cordialia confortantia. hæc autem partitio, & cibi exhibitio in quantitate maiori, & minori diuersificari debet secundum diuersitatem fortitudinis, & debilitatis uirtutis, ætatis, consuetudinis, & talium: ad quæ benè considera-

De hora. Dicatur, quod multò melior est consueta sibi in tempore sanitatis, si fieri potest. etiam consideretur, quod hora alia non sit sibi nimium tediosa, & displicibilis: ne ducat eum ad uomitum, ad quem egritudo hæc faciliter promouet.

De ordine. Ut non ponatur indigestum super indigestum, & ita ut patiens non sentiat se ex tali ordine in stomacho grauari. & antequam ad potum ueniam, aliquos cibos huiusmodi coniungam compositos, ut ex datis simplicibus supra tertio ca. scias & tu componere secundum diuersitatem partiarum. & memento eius, quod dictum est supra de præseruatione, quod, si tibi fiat possibile; sit ex his, quæ non sunt nata in eo anno pestifero: quoniam sunt mala, ut Auicenna. quod, si haberi non possunt; oportet, ut dictum est, corrigere cum aceto, & aliis. pulues hordei in hoc casu conueniunt cum brodio carniū alteratarum, ut dictum est. cum autem peruenerit, quod mallicare possit; tunc te transferas ad cibos delicatos gustu delectabiles, & in sanitate consuetos, non tamè nociuos faci-

& calidis alteratis, ut supra tertio capitulo, item assentur cum irroratione aquæ rosatæ, & sandalorum, & aliorum talium odoriferorum, & consimiliter dentur sapes acetosi agrestini ex fructibus acetosis, arancio, limone, granato, & huiusmodi: item ex succo myrti cum modico panis, & amygdalarum aqua rosa, & brodio. saporem delectabilem compone, cui infundas puluerem coriandrorum præparatorum, aut parum cinnamomi, ut dispositio exigit. consimiliter fiat ex succo aranciorum, uel prunorum, & uino granatorum, & huiusmodi, & si uideretur aliquid zucchari addere poteris tu enim debes esse sollicitus in excitando appetitum in his: quoniam in eis communiter cadit. item confice aromata ex rebus cordialibus commiscendo frigida cum calidis, ut dicebatur: de quibus iam actum est de præseruatione. consimiliter ex succo herbarum iam dictarum cordialium, & frigidarum non cordialium cum aceto, & modico passularum fac falsamentum, & si uideretur, addas modicum zucchari. sed hic nota, quod, ut tibi possibile est, in omnibus talibus commisce acetum, in quo tempore pestis magna est supra allegatum ex Auicem. tertia primi. item aliquando accipitur pullus elixus, uel caro elixa, & in patella deinde frigitur, si ne assatur, & super ipsam deinde spargitur sapor factus ex lacte amygdalarum cum succo aranciorum, uel agrestæ, uel uino granatorum modico panis ad dandum sibi aliquod corpus cum modico cinnamomi, & huiusmodi addito zuccharo. ultimò quædam pulchra grana granati superponuntur ad decorem: & ut ex uisu totum gustui gratius reddatur. potes & hos sapes in eodem uase diuersorum colorum facere, ut uisum magis delectent faciendo unam partem cum sandalis rubeis, & aliam cum riso, uel sandalis alb. faciendo diuisiones cum cartis, aut assere subtili in ipso uase prius: & tu considera. & similiter adde crocum, ubi uis colorem citrinum facere. si cœpe decoquatur sub cineribus, deinde sic calidum ponatur in aceto, & permittatur, sic stare in eo horis decem: deinde superspergatur modicum cinnamomi, & ad excitandum appetitum detur una modicula quantitas pro uice infirmo cum uno bolo carnis; credo utile. si ex colatura fursurum hordei cum lacte amygdala. zuccharo. & uino granatorum fiat puls in brodio carniū laudatarum; erit ferculum conueniens. item lens excorticata, bis prius abiecta aqua, & tertio in brodio decocta, & acetosata, & maximè tempore calido. tempore frigido dari poterit risum benè decoctum etiam cum lacte amygdalarum. cicera rubea fracta optimè decocta, ut sint sicut puls, cum zuccharo etiam concedi possunt quandoque: sint enim pectoralia, & magni nutrimenti. sed attende, quod non sint uetusta. ex herbis etiā cibaria confice grata: de quibus supra ad plenum de præseruatione, & supra. iii. cap. oua tremula ætate cum albumine: hyeme uerò absq; eo dentur. de fructibus actum est, & de aliis præseruatione: & tu ibi.

De potu. conuenit aqua hordei simplex, & magis quando in ea extincta est lamina aurea, aut ducati, aut in eius decoctione fuerunt positi in fundo uasis, de qua potest magnā quantitatem assumere: maximè si iuuenis fuerit cholericus & tempus æstiuum, & quia dictum est de quantitate aquæ; nota inquit Auicem. prima quarti de cura eius. Et aqua plurima frigida subito est iuuatiua ualde: pauca autem consequenter. ita fortasse excitat caliditatem, & est etiam dictū Ioannitij. i. 6. continentis capitulo de aere: quod dictū maximè uerificatur, quando febris est multum inflammatiua: ubi scilicet reperiuntur conditiones octo supra posite capitulo de canonibus generalibus febrium putridarum: & tu ibi: nam, si in ea dares paucam, & conuenienter; quia succesiue, & non in unica uice; fortasse excitaret caliditatem; quia in choleram conuerteretur, ut Hippoc. secundo regiminis acutorum. unde multus potus aquæ frigidæ quandoque excusat in febribus ab omni alia in frigidatione, etiam à phlebotomia, ut prima quarti de cura febris sanguinis. ite & plures tertianarij ex eius solo potu sanati sunt, ut infra suis dicitur capitulis. Rasis autem inquit. Da in potu aquā ueri frigoris ualde, id est, in bona quantitate. & propter dubium ab Auicem. positum pauca fortassis excitat caliditatem. quidam præcipiunt, cum datur iste potus etiam ex re-

A bus frigidis acetosis; quod detur in notabili quantitate pro uice, & sæpe. quod intelligi habet, quando uirtus est inflammatiua. uerum super omnia attende pectoris dispositionē. quod, si illic fuerit difficultas eius, aut naturalis, aut occidē talis; talia euentur, ut possibile est: quoniam primo ledūt; quia sunt constringēdo causa attractionis pluris aeris, quia anhelitus frequentatur: secundò quia uapores ad intra clauduntur, & ingrossantur, & prohibetur eorum debita expulsio propter augmentum constrictionis. unde periculum incurrit patiens suffocationis, ut ille amicus ex nimio potu aquæ frigidæ, cui inerat difficultas anhelitus à natura. conuenit & potus aquæ simplicis coctæ cum zuccharo cum succo aliquo ex acetosis dictis: item aqua cū aceto, & zuccharo, & absque: item uinum de granatis, de berberis cū aqua. & ab aqua calida tanquam ab inimico caueat: item ab omni potu calido. item conuenit potus aquarum cordialium, ut cichoreæ, acetosæ, cum succo granatorum, & huiusmodi cum zuccharo. quod, si uirtus fuerit debilis, aut consuetudo te cogat; da aut uinum album limphatum subtile odoriferum cum aqua ueri frigoris, ut Gulielmus dicit, uernacinum, aut maluatium, & sit quintuplum aquæ: & plus, & minus secundum exigentiam dispositionis: quoniam, si fuerit ex phlegmate, poterit dari, ut dictum est, & plus attenda remissione caloris, & consuetudine, & ætate, quia senex. quod, si ex cholera, aut sanguine; minus: & tu modera: nam ipsum multum uirtutem restaurat. quod, si alicubi ab authoribus blasphemetur uinum potens; intelligi habet de puro. unde in debilibus antiquis in talibus uti iudico conueniens. cōsimiliter detur aurelium pauciferum odoriferum limphatū: & si declinabit ad ponticitatem; melius: imo, & Cermisonus noster laudat acedulum. item agrestosum, & acerbum. Macrobius autem multum in peste commendat uinum album limphatum cū aqua, in qua extincta est lamina aurea. Cor, inquit, cerebrum, & hepar à qualibet putrefactione uenenosa præseruat. & hæc de potu cum his, quæ supra dicta sunt de præseruatione.

B Ultra potus hos ordinantur à medicis potus medicinalles, de quibus dari debet infirmo omni hora: imo confortare sæpe, ut de eis accipiat, & continuè notabilem quantitatem usque ad cyathum unum, uel circa. & fiunt ex syru cordialibus acetosis, ut syru. de acetositate citri, de ribes, de agresta, syr. acetoso simplici, de bizantijs, de nenufar. de fumoter. de limonibus cum aquis cordialibus, buglossa, endiua, cichorea, nenufare, rosata, acetosa, & his similibus ponendo tripulum aquæ ad syru. item ualet oxyzacchara. item cum his commisceri potest succus aliquis acetosus; ut arancij, uini granatorum. item in extinguendo addere semina communia frigida maiora, & minora, dragaganthum, gummi arabicum, ut faciant adhærere: item aromatizare cum sandalis, aut alijs cordialibus calidis, aut frigidis, ut exigit dispositio, & tu compone: nam ex sic positis facile compones alteratiua extinctiua fortia, & debilia, ut libebit. postremò attende, quod nullo modo sitim patiatur: & enim est causa magnificationis anhelitus. secundò, quod potus maximè medicinales tempore calido dentur frigidis: & frigido non multum calidi: maximè quando quæritur inflammationis extinctio. & hæc de cibo, & potu sufficient: ad alia uenio.

C De motu, & quiete. Dicebatur paulò antè, quod patiens debet se mouere de loco infecto; quia de camera, aut de domo, in qua recipit infectionem: & hoc intellige in prima die, quando scilicet uirtus constat, & sit locus alteratus rectificatus, ut dictum est: nam, ut in de præseruatione, aliqua domus, uel camera habet aspectum malum, quem non habet alia. sed consulo, ut deinde non multum moueatur; ne ex tali motu amplius debilitetur, & spiritus resoluantur ne etiam materia uenenosa, quæ stat quieta, ex tali agitatione moueatur subito ad cor, corpus deinde interimens, ut quandoque uidi, propter quæ, ut credo, Auicem. secunda quarti capitulo de causis mortis. inquit. quod quandoque motus infirmi ad assellam est causa mortis. fac itaque ipsum quiescere, & in lecto, si possibile est, habere sedem. qui canon maximè seruandus est in omnibus ægris debilibus.

De febribus

De somno, & uigilia. dicendum, q̄, cum ex somno reuo-
cetur materia ad intra, & oppositum querat medicus, quia
uult eas ab interioribus elōgare indicatione sumpta ab hoc
nullus competeret somnus. uerum, cum multum uirtus de-
bilitaretur ex uigilia tanta; debet dormire ita tñ, q̄ uigilia
sit somno prolixior: nam somnus multum uirtutē confortat
ut primo de somno Auer. & secūda primi de his, quæ ex so-
mno proueniūt. unde, cum uirtus est debilis; debet somnus
esse prolixior uigilia. unde in hoc debet prudentia tua labo-
rare. caue tamen, ne somnum profundetur: nam consueue-
runt pestilētiati somnum profundum incurrere, & maximē
ut existimo, quando materia est sanguinea, aut phlegmati-
ca, ut infra de signis sanguinis, & phlegmatis: & tu ibi.

De inanitione, & repletionē. Iam actum est de quantita-
te cibi. unde in summa debent cogi, ut supra, ad comeden-
dum ita tamen, q̄ nō repleantur repletionē, qua stomachus
grauetur. corpus eius omni die euacuetur clysteri, aut sup-
positorio. compositionem autem clysteriorum habuisti su-
pra de curatione febrium putridarum in generali: & tu ibi.

De accidentibus animæ dicatur; ut supra de p̄seruatio-
ne. & in his terminetur primus canon.

PRO COMPLEMENTO secūdi scito, quōd, cum occu-
ris pestilētiato, statim debes aduertere, ut euacuatio fiat, si ip-
sa est necessaria: quæ diuersificari habet s̄m diuersitatem ma-
teriz peccantis: quoniam, si est sanguis peccās, quod est s̄m
plurimum, aut humor alius sanguini admixtus, quod cōpre-
hendes ex signis, ut supra de cura putridarum in generali;
phlebotomiam facito, ut statim dicetur. quōd si fuerit alius
humor non mixtus sanguini peccans; euacua cum solutio.
& idē dicebat Aui. de cura eius prima quarti. Si autē ma-
teria uincens fuerit sanguinea; fiat phlebotomia: & si fue-
rint humores alij; euacuentur. & quia phlebotomia cōmu-
niter fit, & ut semper à multis; idē de ea specialem mētio-
nem faciam ponendo hunc canonem primō.

Quōd si in febre pesti. fit phlebotomia non conueniens;
maior committitur error, quā si in alijs fiet putridis, ubi
s̄. non cōueniat: nam in hac plus, quā in alijs in principio
uirtutis debilitatur: quæ amplius, & multū debilitabit eua-
cuatione sanguinis boni, & spirituum exhalatione in ea. vñ
sic magnum incurrit patiens periculum, & fortasse mortē:
& considera. imo propter hanc cām uoluit Guiel. ut cano-
nicus sic phlebotomiam partiri, quā exquisitam facere. &
considera. & ut clarior inde sequatur doctrina; huic intētio-
ni saltem in hac parte satisfacere decreui per breues cōclu-
siones respondendo. & ante earum positionem p̄mittō,
Quōd febris pestilētiatis ab alijs differt ex parte cause; quia
causam hēt determinatam, ut aerem uenenosum: & aliæ nō,
ut supra in declaratione definitionis febris pestilētiatis. se-
cundō, quia eius putredo est maximē, & principaliter circa
cor, non sic in alijs, ut prima quarti de febre pestilētiatis. i.
ca. ex quo infertur, q̄ cum in corde, quia in dextro eius uē-
triculo, reperiatur sanguis, non sic alius humor; secundum
plurimum putredo principaliter ei accidit, uel paruo stat
tempore, quin ei accidat. p̄terea uenenum maximē inimi-
catur spiritibus, qui sunt de natura sanguinis: nam spiritus
est uapor sanguinis temperatus. 7. de iuuamentis. ergo plus
sanguini, quā alteri humori contrariatur ipsum uenenum
& sic sanguis primō putrefiet, & hoc secundum plurimum
& dictum est s̄m plurimum: quoniam natura est magis solli-
cita de defensione sanguinis, quā aliorum. unde aliquādo
reperitur aptitudo maior in phlegmate, uel cholera ad pu-
tredinem, quā in sanguine, quo casu putrefiet & phleg-
ma, uel cholera, & non sanguis. etiam, ut supra, ex causa de-
terminata aeris aliquando putrefit phlegma, & non sanguis
aliquando sanguis, & non phlegma, ut dicebatur. uerum stā-
te contemperantia in humoribus ratione huius, quod est,
quia sanguini prius occurrit causa putrefaciens, & cui plus
inimicatur; accidit secundum plurimum in eo putredo. &
ex isto infertur, quōd, cum sanguis sic est putrefactus; non
stat longo tempore, quin in alijs humoribus accidat putre-
do propter nocumentum cordis alijs communicari. ex quo
infertur ulterius, quōd statim post principium putredo
est ex multis humoribus. ex quo infero, q̄ post principium
non debet fieri copiosa phlōmia, ut in principio iuxta illud

Nota cur
in febre
pestilenti
competat
phleboto-
mia.

E Aui. Et, cum postposueris phlebotomiam; non est amplius
ad eam mētio, ut supra de cura putridarum in generali. p̄-
mitto ultimō, q̄ phlebotomia est triplex: euacuatiua, diuer-
sua, & euentatiua. exempla patent.

Prima conclusio, q̄ in principio consentiente uirtute, &
tate, & ceteris, materia peccante existēte sanguinea, uel san-
guini mixta competit phlebotomia euacuatiua. conclusio
est Aui. de cura eius in principio capituli.

Secunda conclusio ponitur de mente authoris. xv. propo-
sitionum, q̄ in principio morbi epidimici semper fienda est
phlebotomia, & postea nunquā: sed pharmacia proceden-
dum. & dicit principium esse spacium. xxiii. horarum. hanc
conclusionem nescio uerificare pro prima parte eius, nisi di-
catur, ut de aphorismis multis; quia ueri sunt s̄m plurimū
secūda pars potest uerificari: quoniam, si tardatur, quando sci-
licet fieri debet; tanta accidit deinde corruptio, ut melius
pharmaco etiam confortante cor, ut rhabar. & hmōi, remo-
ueatur nocumētum, & cum minori uirtutis debilitate, quā
phlebotomia; & si securior sit euacuatio phlebotomia facta
quā pharmacia: & tu benē considera.

Tertia cōclusio, q̄ humore peccante alio à sanguine, ne-
que eidem commixto, ratione huius non competit phlebo-
tomia euacuatiua. hanc conclusionem uoluit Aui. cū dixit.
Et, si fuerint humores alij; euacuetur. & patet ex causa: quo-
niam sic euacuetur humor non euacuandus, & multum debi-
laretur uirtus. & dicitur ratione huius; quia fortassis ratio
ne plethoræ, aut huiusmodi posset competere.

Quarta conclusio. in principio urina existente subiugali
cum aliquali rubedine, consentiente uirtute, & alijs cōpe-
tit phlebotomia euacuatiua: nā talis urina significat ebul-
litionem humoris peccantis sanguini commisti. pro ista est
Aui. prima quarti de cura phlegmaticæ: inquit enim. Cum
uideris urinam grossiorem, & rubicundiorē; non erit ma-
lum, si phlebotomaueris. & de cura tertianæ non puræ. &
cum uideris urinas eorum grossas; tunc phlebotoma. & de
cura caufonidis. & fortassis iuuabis eos ex phlebotomia; si
fuerit illic turbiditas, & rubedo.

G Quinta conclusio, quōd in principio apparente subiuga-
li ad albedinem declinante non competit euacuatiua. patet
conclusio etiam per canonem generalem quarta primi. Ca-
ue, ne ægrum.

Sexta conclusio, quōd urina in principio apparente sub-
iugali propter fortem ebullitionem: quod comprehenditur
ex intensione feb. cum constantia uirtutis, competit euen-
tatiua. patet conclusio intelligenti: nam est simile, sicut cum
ebullire lebetē quis exufflat, & cessat ebullitio. & si argui-
tur: ergo in omni putrida cōsentiente uirtute &c. competit
sic sedando ebullitionem; dicendum negando consequentiā
& causa; quoniam ex ebullitione facta in humoribus in cor-
de toti aliud communicatur nocumentum, quā ex ebulli-
tione facta in humoribus in alijs membris existentibus. &
idē ex ea sic facta maius sequitur iuuamētum respectu sui
nocumenti, quā quando in alijs fit putridis. quōd, si iterū
arguitur: ergo in causone, uel quando quomodolibet fieret
ebullitio in humiditatibus circa cor; deberet fieri phlebo-
tomia. pro primo dicitur concedendo consequentiā: nam
in causone sic competit euentatiua. & cum Auicē. inquit de
cura caufonis. et, si nō phlebotometur; fortassis inflāmabis
eos. intelligitur de euacuatiua: & hoc, ubi non apparuit uri-
na grossa, siue turbida cum rubedine, quo casu cōpetit eua-
cuatione: de quibus infra suo loco: & tu ibi. secundō potest
dici, quōd medicus debet, ut oportet, regulariter operari.
& quia in morbis non dantibus inducias stimularur, & co-
gitur ad operandum irregulariter; idē quia aliæ putridæ
dant inducias, & hæc: & peracutæ non; hinc in alijs utitur
extinctiuus successiuē ebullitionem remittentibus. quōd,
cum in acutis peracutis, de quorum numero est pestilentia
lis, hoc facere nō possit æquē citō, sicut cum phlebotomia
quæ maximē refrigerat; hinc hac in ipsa utitur, non sic in a-
lijs. & forte hoc sensit Gal. i. aphor. commento. 23. inquit.
Cum uerō phlebotomatur in peracutis morbis, & febris ul-
que ad defectionem; refrigeratur statim corpus, & extingui-
tur febris. quidā interpretatur hoc dictū in febribus de san-
guine quali, aut quāto peccate in corpore iuuenē robusto.

Phlebotomia triplex.

& forti. considera. sed uide supra de acutis, peracutis, & cetera.

Septima conclusio, quod in principio apparente subiugali propter mortificationem caloris, quod comprehenditur ex remissione feb. cum debilitate uirtutis, & alijs malis signis, ut supra, non est facienda phlebotomia: quoniam statim sic interimitur patiens, ut patet.

Octaua conclusio, quod urina in principio apparente liuida indicatione sumpta à liuiditate non competit phlebotomia euacuatiua. patet; quoniam mortificationem significat, aut uehementem adustionem, quibus casibus ab ea est abstinendum. & dicitur indicatione; quoniam, si adesset plethora; non inconueniret ipsam ratione ipsius in principio facere.

Nona conclusio; semper apparete apostemate in aliquo emunctoriorum, uirtute ente forti &c. in feb. pestilen. semper competit phlebotomia saltem diuersua. patet conclusio: quoniam non fit apostema in eis locis, nisi quia natura illam materiam ad ea loca transmittit diuertendo, & elongando à corde materiam uenenosam. cum autem medicus debeat ipsam materiam imitari, ut potest; cum sit eius adiuutor, ut prima quarti de cura putridarum; sequitur, quod, cū per phlebotomiam diuersuam hoc ad plenum compleat, ipsa maximè competit in principio. ex qua conclusione infertur primò, quod apparente apostemate in emunctorio brachij dextri debet fieri phlebotomia saluatellæ dextræ. patet correlarium. & scito, quod minus debilitatur uirtus ex phlebotomia manus, quam brachij: & cū hoc est magis diuersua. sed hic aduerte, quod licet apostemate apparente sub assella sinistra competeret diuertendo phlebotomia manus sinistra: tamen, quia timetur tractus materię uenenosæ ad cor; conuenientior erit, si fiet ex saphena sinistri pedis. infertur secundò, quod apparente apostemate in inguine dextro debet fieri phlebotomia ex saphena dextri, & in sinistro in sinistra. consimiliter dicatur, si accidat apostema per aures.

Decima conclusio. apparente carbunculo, seu anthrace consentiente uirtute, & alijs non resistentibus, in principio competit phlebotomia etiam euacuatiua. probatur conclusio; quoniam quodlibet tale est ex sanguine adusto, & permixto cholera, aut melancholia: & tale per phlebotomiã facilius, ac conuenientius educitur, siue euacuatur. igitur, unde Auic. 3. quarti de cura carbunculi. Necessaria est phlebotomia, ut euacuetur sanguis cholericus. & subdit. Et quãdo ægritudo est timorosa; tunc necessarium est ipsam phlebotomiam approximare syncopim. & tu considera hic; quoniam multi uoluerunt phlebotomiam in pestilentiato consentiente uirtute semper debere fieri usq; ad syncopim. & de cura anthracis inquit Aui. euacuatio cum plebotomia, & cum eo, quod tolerat hora. i. principium.

Vndecima conclusio, quod apparente sputo sanguinis, quod est signum pessimum, competit plebotomia ex basilica dextra: & hoc apparente repletione.

Vltimò hic nota pro dictis canones sex. Primus, quod, ubi phlebotomia fieri non possit aut propter ætatem, aut propter uirtutem, aut propter aliud; loco eius ponantur uentrosæ cum scarificatione. unde posita super nates tenent locum phlebotomiæ, ut quarta primi capitulo de uentosis. secundus, quod audacius fiat phlebotomia in consueto, quam in non consueto; quoniam eã facilius tolerat. tertius, quod si quis ex phlebotomia consuetus est, aut aptus in syncopim cadere; eo casu est cum diligentia fienda; nam ex syncopi multum debilitatur, & cor multum læditur: quod prius est etiam multum nocitum. & ideo tales phlebotomentur stantes supini, ut Auic. quarta primi de phlebotomia. quartus, quod, si æger se indifferenter senserit aggrauatum per totum; fiat phlebotomia de melacholica: si magis in inferioribus; de basilica: si de superioribus; de cephalica. quintus, quod materia existente sanguinea copiosa fiat phlebotomia: si cholera; minor: & si phlegma; similiter. ita quod diligenter humorè considera. sextus, quod, ubi febris talis fuerit ephemera, si plethora non aderit; fac phlebotomiam de basilica sinistra: quoniam per hanc uapores cordis, & arteriarum calidi potenter educuntur, ut. 10. tertij de cura asthmatis. §. il

A 10. In asthmate autem, & constrictione anhelitus,

Sic expeditus de euacuatione per phlebotomiam uenio ad euacuationem per medicinas, & ut supra de inanitione, studeat medicus, ut omni die patiens habeat beneficium uentris etiam cum clysteri appropriato materiebus peccantibus, de quibus habes supra de cura putridarum in generalis; & infra in capitulis propriis de cholericis, phlegmaticis &c. item studeat ad euacuationem per pharmacum factam, & hoc secundum plurimum; quoniam secundum plurimum febris pestilentialis non est magnæ intensiois, siue inflammationis: sed bene est ex mala materia putrida, quæ euacuatione indiget. & ideo ab euacuatione prius incipiendum, quam ab alteratione: cuius contrarium est in febribus multæ inflammationis. & propterea dixit Auic. Summa curationis est exiccatio idest euacuatio. si itaque pestilentialis esset multæ inflammationis; simul incipiemus cum alteratiuis, & euacuatiuis. sed euacuatiua præcedant saltem alteratiua per exterius: alteratiua autem per interius. quæ sunt ut digestiua, dari possunt non tardata euacuatione propter illa.

B Alius canon, & est tertius in ordine, quod medicus debet esse sollicitus, quod euacuatio per pharmacum fiat celerius, quam fieri potest. & ratio canonis; quia materia est putrida uenenosa, cuius expulsio statim fieri debet: cum sit naturæ maximè rebellis, & inimica. amplius, quia non speratur eius reductio, sed continuè maior putrefactio, & uenenositas pp præsentiam mali, & corrupti aeris; & sit medicina respiciens humorem peccantem. & ideo prius bene considera, quis est talis, & da appropriatam, & non aliam. unde pro isto infra de euacuatione reiterata.

C Sed hic cadit difficultas, nunquid tale pharmacum debeat esse laboriosè soluens, an benedictum; propterea quia benedictum est tardè operationis, non ita eradicans, & materiam subito educens, ut laboriosè soluens. item, cum in materiabus furiosis præceptum sit ante digestionem eradicare, si possibile est, ut quia uirtus consentiat, &c. & fit, & communiter obseruatur; quanto magis in ista febre, quæ alijs est furiosior; communiter practicantes medicinas laboriosè exsoluentes timent propter fortem agitationem, quam faciunt: etiam quia uenenositate participant. & pro istis est Zoar. 3. theyfir. Caue, ne tentes exhibere species difficiles i. medicinas fortes; quia non laudatur ipsarum finis. unde Placentinus, & Cermisonus noster super fortes medicinas non audent; sed solum super mannam, cassiam, aloem, rhabbarum, agaricum, myrobalanos citrinos, & chebulos, super tamarindos, pruna, diaprunis, & huiusmodi euitates indifferenter medicinas scamoneatas propter causam assignatam. recitat tamen Gentilis tempore prauæ pestis plures ualentes uiros usos fuisse medicinis laboriosè soluentibus, & scamoneatis, & plus profecisse his, qui solum usi sunt benedictis, fundantes se super rationes adductas ante oppositum communiter practicantium.

D Et breuiter respondendo pono aliquas conclusiones, quæ sint tibi loco canonum. Prima, quod statim, & in principio des pharmacum materiam minorans minoratione notabili. istam conclusionem intellexit Auic. cum dixit. Summa curationis est exiccatio idest fortis, & notabilis minoratio, siue fiat phlebotomia, siue medicina. unde per hæc uerba excludit lenificationem, & leuem minorationem. & causa dicti eius est; quia materia hæc est furiosa uenenosa, cuius euacuationem, si uirtus consentiret; eradicatiuam facere deberet medicus. ergo ipsam minorationem maiorem, quam potest, iuxta tenorem uirtutis facere debet.

Ex quibus infertur primò, quod malè operantur, qui prope rant ad faciendam in eadem die phlebotomiam, & dare solutium: nam, cum in hac præ cæteris febribus multum debilitetur æger; ex his duabus quàm maximè debilitabitur: & primò per euacuationes ipsas, quæ duæ tenebunt locum eradicatiui: secundò quia fiunt in eodem die duo motus contrarij, quorum quilibet debilitat, & potèter absq; ipsa euacuatione: pharmacum namq; mouet humores de circumferètia ad centrum; phlebotomia uerò contra: & tu bene cõsidera Aui. 4. primi. 5. cap. præterea duas medicinas uètrè soluè

Euacuatio est ac celeranda in pestilenti febre.

An pharmacum in pestilenti febre. debeat esse laboriosè soluens an benedictum.

Apostema te apparete i aliquo emunctorio in feb. pestilentiali competit phlebotomia diuersua.

Sputu sanguinis signum pessimum in feb. pestilentiali.

tes in die una coniungere est timorofum, & extra rectitudinem: quam auctoritatem etiam satis ad propositum adaptare poteris. infertur secundò, quòd non sunt laudandi, qui solum cassiam, aut mannā exhibent in principio minorare, aut lenire intendentes. sit ergo medicina talis ex rhabarbaro, aut de agarico etiam, ut uerbi gratia. Recip. mannæ electæ unc. i. rhabar. electi drach. ij. s. spicæ, uel squinanthi grā. iiii. ponatur rhabar. in infusione aquæ acetosæ, & cichoreæ & uini aromatici ana unc. s. stet per horas sex ad minus: fiat deinde expressio fortis: manna autem dissoluatur cū aqua buglossæ, & exprimatur. & omnia simul misce, ut uidelicet hæc medicina maximè causa ente cholericæ. aliter dare potes cum dicta manna drach. i. s. usque ad ij. rhabar. in substantia. sed hic nota de spica, quæ est mali saporis: euitet, ut possibile est, & similia: quoniam in istis appetitus prosternitur, ut supra. similiter poteris cum cassia dare rhabar. ut cū manna operatus es. item materia existente phlegmatica loco rhabarbari pone agaricum cum suo correctiuo, & melius in eo tempore, ut corrigatur cum oxymelle. item in causa cholericæ utere diaprunis Nicolai unc. i. rhabar. drach. ij. s. in infusione, aut drach. i. s. usque ad ij. in substantia. similiter myrobal. citrinis. in phlegmatica pone agaricum, & chebu. usque ad turbith præparatum, & da cum aquis cordialibus, ut dictum est. & consimiliter semper præpara tua pharmaca cum cordialibus. & quia infra plures ponentur descriptiones solutiuum in causa cholericæ, phlegmaticæ, aut melancholica ualentium; ideò supersedeo à recitatione eorum, tu ergo quære ea capitulo de cholericis, aut phlegma. infra.

Secunda conclusio, quam probabiliter pono contra cōmuniem modum practicandi. medicina scamoneata potest conuenienter in febre pestilentiali exhiberi. & ad hanc de clarandam præmitto, quòd medicina dicitur benedicta duobus modis: primò quia nobilis operationis euacuationem absque molestia corporis faciens, quomodo medicinas solutiuas primi, & secundi gradus benedictas dicimus. & hoc modo diamanna Gal. descripta à Mesue dicta est ab eis benedicta. secundò quia non est uenenositate participans, & non ponit in corpus per operationem eius nocumentum. hoc modo dixit Mesue medicinam esse benedictam in suo de consolatione parte. 2. cap. 1. ex quo præmissis patet conclusio. unde credo electuarium de succo rosa. descriptione Mesuæ hoc modo benedictam, quòd in febre pestilentiali conuenienter poterit dari, ut concedit Marsilius Patavinus in suis receptis, & multi antiquorum usi sunt similibus non dubitantes propter scamoneam esse uehementer refractam. & pro dicto Mes. dic ipsum de simplicibus loqui, & non de compositis: quoniam, & si in compositis talia à sui uenenositate expoliari non possint; tamen ita refranguntur in compositis, ut ex eorum usu maius sequatur iuuamentum nocumento.

Tertia conclusio probabilis, quòd conuenientior est in febre pestilentiali medicina benedicta scamoneata, quam non scamoneata semper aliis paribus. probatur conclusio; quoniam euacuatio humoris euacuandi melius fit cum tali scamoneata. igitur argumentum patet: quia ratione scamoneæ medicina tota ad cor citius deducitur, ubi est minera omnis putredinis, & uenenositatis, à quo principaliter euacuatio quæritur, & ipsa medicina sic cito occurrens cito est humores amplius disproportionat. unde statim uirtus resurgit expulsiua. quare citus à se expellit, & ad loca expulsiouis citius, quam si non foret scamoneata, quam citam euacuationem debet quærere medicus, ut supra: & ratione, quæ benedicta facilè, & sine molestia euacuat, ut supra. & corporis nocumentum perceptibile non infert; cum sit in ea scamonea multū refracta, sicut caro uiperæ in theriaca. ergo. unde imagineris, quòd, si nocumentum facit ex parte scamoneæ, quòd multum remittitur propter alia secum comixta; magnum facit iuuamentum ex celeri euacuatione. unde iuuamentum est maius nocumento: & tu considera. ex quo infertur, quòd dando cassiam, aut mannā cum electuario succi ro. descri. Nico. non est reprehensibile. dico descript. Nic. quoniam scamonea est magis refracta in descri. Mes. & pro istis conclusionibus est opinio illorum uirorum ualentium, de quibus Gentil. supra. & tu ad hoc considera. hanc

E materiam nullibi determinatam inueni. ego autem ad ea hæc posui conclusiones, & probabiles, ne uidear præsumptuosè patribus antiquis contradicere. quòd, si tibi placebunt, cū ad opus uenies; considera tempus anni, & complexionem, & ætatem &c. quoniam tempore frigido, complexionem frigidam, in causa frigida securius dari poterit. considera. & uelis arbitrari, quòd scamonea in talibus sit sicut dux in exercitu, qui sua manu hostem non uincit, neque percutit; sed sua prudentia, quia benè conduxit, facit suos uincere.

Ultima conclusio, quòd semper in medicina laudabilius est expertos sequi, & à uia cōi non deuiare. uia autem cōis est magis experta non cōi. unde s. canone. 1. cap. Et melior est experta non experta. & tu elige.

Pro complemento tertii sciendum, quòd in hac febre non inconuenit in eodem die dare solutiuum, & alteratiuum, imò cum alteratiuis intus, & extra debes continuè procedere etiam in principio ad prohibendum. s. ne ulterius procedat corruptio, & uenenositas, & prohibeatur spirituum resolutio, & ut calor febrilis extinguatur feruor: quæ alteratiua debent esse frigida, & sicca cordialia. unde in eorū frequentia exhibitione studeas die, ac nocte. & talia cum materia peccans erit, aut sanguinea, aut cholericæ tenebunt locum et digestiui. quòd, si fuerit melancholica; adhuc conuenienter propter causas dictas. sed nota, quòd in sanguinea, & cholericæ debent esse frigidiora, quam in phlegmatica, aut melancholica. & ex his, quæ ad intra dantur, quia de his hoc loco sunt potiones, confectiones, trochisci, siue ex eis pilulæ factæ, & ita de similibus secundum uaria ingenia, quæ fiunt electuaria, & huiusmodi.

Exemplum de potionibus; ut syr. de acetosi. citri, & huiusmodi, de quibus supra statim habuisti, & copiosè.

De potu: & tu ibi. etiam hoc loco cōfert, si non sit, quòd prohibeat ex parte pectoris, & huiusmodi. potus factus, ut de præseruatione cum bolo armeno, & aqua ros. & modico uini aromatici. Recipe aquæ ro. unc. vi. uini aromatici unc. ii. boli armeni drach. ii. misce: deinde Recipe syrup. de acetositate citri unc. i. & de liquore boli unc. iij. & da ter in die: mane scilicet meridie, & sero. unde Auice. ca. proprio. Et plures quidem sanati sunt ex epidemia magna propter consuetudinem bibendi ipsum in uino subtile, & si bibitur in febre pestilentiali, necessarium est, ut uinum perducatur ad cor, & misceatur uinum cum aqua ro. Aui. & Serap. de eo. Et iam uidi multos euadere in tempore pestilentiali per ipsum. & quidam de eo multum confidentes infundunt spongiam in liquore eius sic iam descripto, & sæpissimè anhelat super ipsum, & eam continuè in manibus tenent, & tempora, frontem, & pulsus sæpe balneat: quæ omnia oportet, ut tua moderet prudentia, ne nimia lædatur frigiditate. & Rasis ponebat super tempora, & frontem in febre pestilentiali peciam infusam in aqua ro. camphorizata cum sandalis: & hoc post primam euacuationem iam factam.

Exemplum de trochis. uel pilulis. trochisci de camphora. & hic nota, quòd camphora appetitum deiicit; & ideò non sum uagus uti ea in his, quæ per os assumuntur: quoniam in talibus communiter deiicitur appetitum. item recipe ex pilulis supra ordinatis non solutiuis in de præseruatione, & da. secundò nota, quòd si in principio talia euomerentur non desistas ab eorum reiteratione. & quando non euomit patiens in principio hæc medicamina; est signum bonum: contrarium malum: quoniam significat corruptionem iam impressisse in cor notabilitatem. considera.

De confectionibus ualet confectio de triasandalis Nic. extinguit inflammationem cordis, & hepatis, & ipsa membra confortat. uel recipe specierum triasanda. 3. ii. ovis de corde cerui. 3. s. margaritarū. 3. s. saphyri, hyacinthi ana 3. i. zucchari albisimi. 3. viii. cum aqua acetosæ fiat confectio solida. ad idem manuschristi perlatum sandalizatum, & tu compone ex frigidis cordialibus suprapositis ponendo. vi. 3. pro libra zucchari. & ex consimilibus potes conficere electuaria, & huiusmodi, & facias omnes confectiones de aurare, & electuaria.

Electuarium satis conueniens. Recipe zucchari rosat. u. nius anni, buglossati, uiola. ana. 3. s. manuschristi perlata sandalizati. 3. i. s. puluerum margaritarum, electuarii de gemmis

gemmis. 3. i. 5. dissoluatur manus christi, & omnia simul in corpora. quod si opus est liquore; addas syru. de acetositate citri, & de auro, ut dictum est. item potest fieri decoctio syr. de acetositate citri usque ad spissitudinem, & cum eo commisceri species cordiales frigidas dictas de præseruatione, aut calidas, ut exigit dispositio.

Item nobile alteratiuum, ex aqua ros. lib. ij. uini odorife. 3. iij. sandal. rub. 3. iij. ro. ru. syluestrium recentium: & si nõ habes recentes; infunde siccas in aqua ros. per. xxiiij. horas. M. iij. florum nenufa. M. ij. ponantur ad alembicum. deinde accipe camphoræ. 3. 5. musci gra. i. & ponantur in peciola, quæ dimittantur stare in una integra phiala per duos dies. deinde administretur, & bibendo, & odorando cum spongia addito modico aceti. & ita ea utere, ut libebit. aqua frigida in multa quantitate exhibitæ est forte alteratiuum, de quo dictum ad plenum de potu. sicq; ex dictis speciebus cordialibus supra, de quibus statim, componere poteris trochiscos, pilulas, electuaria, & huiusmodi. uenio ad ea, quæ extrã administrantur quandoq; in forma sacculi.

Epithema cordiale frigidum. Recip. ros. rub. M. i. 5. coriandrorum præparatorum. 3. i. spodij, coral. rub. alb. sandalorum rub. ana scrop. ij. margaritarum scrop. i. ossis de cor. de cerui drach. 5. corticum citri drach. i. camphoræ gra. iij. fiat sacculus uaporetur super tegulam ignitam, & extincta cum aqua buglossæ, 3. iij. aceti. 3. i. & pro pauperibus cum aqua, & aceto, & modico uini odoriferi ana. Aliter & maxime tempore calido. Recipe aquarum ros. acetosæ, buglossæ, melissæ, & huiusmodi ex cordialibus, ossis de corde cerui, sandalorum, boli armeni, terræ sigillatæ, hyacinthorum, smaragdorum, margaritarum, & huiusmodi cordialium frigidorum, corticum citri, ligni aloes, been albi, & rubei, & huiusmodi commiscendo cum frigidis propter complexionem plus, aut minus, aut nihil ponendo secundum inflammationem cordis, fortitudinem uirtutis, quæ medicus contemperare debet, sicut scribendo non potest, ut comprehendis. & idè doses non posui: dosabis autem, ut occurrens requirit dispositio. & in his etiam, si uidebitur, poteris ponere aliquid camphoræ: etiam poteris epithemare non solum cor, sed totum pectus, ut Rasis, & maxime quando comprehenderis materiam non esse comprehensam in pectore, & quod in anhelitu non est difficultas. quod, si ipsa aderit, non facias: imo cum timore epithemabis cor. de calido epithemate nihil ad præsens; quia eo in febre non egemus. tu itaque facile ex iam habitis compones. & sicut confortandum est cor; ita & hepâr refrigerandum. sed tamen cordi applicabis statim epithema: hepâti autem non sic, nisi facta primò euacuatione ex parte phlebotomiæ, aut pharmacie, & gradare de debili ad forte. Vnde primò facias tale: ut uerbi gratia. Recipe aquæ endiuicæ 3. iij. aceti. 3. i. sandalorum rubeorum drach. i. 5. applica cum pecia linea duplicata calefactum aliquantulum tempore frigido: calido autè nõ. & si uis fortius; addas spodium, uinum granatorum, species ceroti sandalizati Mesuæ, aut diarhodon Abbatis Nicolai, uel semina frigida, &c. item attende confortationi stomachi: quoniam ut plurimum in istis deiicitur appetitus. quæ autem stomachum confortant, suo loco quære.

Item quoniam, ut in de signis demonstratiuis supra, aliquando dolet dorsum; fiat unctio dorso ex frigidis oleis, rosato, nenufarino, uiolato, & huiusmodi cum sandal. seminibus frigidis, rasura eboris, succo semperui, aut solatri, cum aceto, & modico camphoræ: & ita de aliis: quoniam hæc posui, ut uerbi gratia ad excitandum te ad componendum, ita de. item cum aquis frigidis, & aceto, seminibus frigidis fiat epithema humidum dorso, si placet. & quia de maxime refrigerantibus totum ultra phlebotomiam est epithematio testiculorum propter reflexionem caloris, quam faciunt super totum: idè itude, cum opus est, eorum epithemationi cum aqua rosata, aceto modico uini odoriferi, & cum his, quæ refrigerant dorsum, & reiterabis. posset fieri pro alterando cor unguentum ex datis: sed non laudo, neq; è in usu. hepâti autem quandoque fit, ut infra in pluribus capitulis: sed in casu nostro magis laudo epithemata, etiam ut dictum est, capiti; quia fronti, & temporibus applicentur hæc humida frigida odorifera, si non sit, quod obstat, ex

A capitalibus frigidis, ut est aqua rosata, nenufaris, uiol. cum sandalis, aceto, camphora, succus solatri, lactucæ, ut præcipit Rasis.

PRO COMPLEMENTO quarti sciendum, quod digestiua inter se uarietatem recipere debent, ut materix ipsæ digerendæ: nam, ut dictum est, febris pestilentialis non ex uno solo prouenit humore; sed à diuersis, & pluribus simul secundum plurimum: quoniam raro peccat humor solus, primo regiminis acutorum commento. 20. tu itaque primò ipsam digerendam materiam benè comprehendas: deinde ad digestiua posita supra in quarto capitulo te transferas: ubi & simplicia, & composita tuo inuenies proposito: ita tamen, quod in ipsis, si cordialia non sunt, addas ex cordialibus calidis, & frigidis, ut ipsa exigit dispositio, de quibus plenè supra de præseruatione, & de ipsis etiam cordialibus hic antè, dum de potu agebatur.

Secundò, ut supra talia digestiua dari debent post primam, & festinam factam euacuationem: & hoc, ubi materia esset calida sanguinea, aut cholericæ, aut ex his mixta: quo casu alteratiua dicta etiam, & de potu essent digestiua: & tunc in eorum die conuenienter dabuntur cum primo euacuatione, imo ex eis utendum est continuè, ut de potu dicebatur. quod si materia fuerit phlegmatica, aut melancholica; tardetur talium digestiuorum exhibitio post primam euacuationem. Tertiò not. quod digestiua talia non debent esse ab acetositate expoliata propter ipsius acetositatis, siue aceti excellentiam in hoc casu non parum ab authoribus commendatis. Quartò, quod talia dentur bis in die: mane in aurora per horas tres ante cibum, & sero ante coenam per tot, aut saltem per duas: ita tamen, quod detur post prandium per horas sex. Quintò, quod te transferas ad capitulum quartum supra, ubi habes digestiua diuersa secundum diuersitatem specierum humorum, etiam secundum diuersitatem uniuscuiusq; eorum in latitudine sua. unde uolo hic hæc pauca de ipsis digestiuis sic dixisse: quoniam scio plusquam sufficere intelligenti.

PRO COMPLEMENTO quinti, licet quæ dicta sunt in complemento secundi, sufficerent; tamen, ne in totum uacuis hic canon à nobis discedat; aliqua scribam ualentia etiam pro ipso secundo. unde de phlebotomia dicatur, quod, si uideatur, non est malum eam reiterare; sed minorem facere, quam in principio. uerum hoc raro accidit: quoniam, ut dictum est, est morbus uorax, & inducias non dans. de euacuatione uerò per secessum dicatur memorando, quod in die non desistere debes à clysteribus lenitiuis supra positis capitulo de canonibus putridarum in generali.

De euacuatione per pharmacum dicendum, quod exhibitis digestiuis duobus diebus, uel tribus ad plus da euacuationem: & considera duo: primò, quod dies exhibitio nis eius non sit criticus indicatiuus scilicet, aut eradicatiuus: ne uirtutis, & coelestis influxus operationem impedias. secundò, quod, ut dictum est de digestiuis, benè prius attendas humorem, uel humores peccantes, & quod secundum eorum diuersitatem diuersa administres euacuationem: ut uerbi gratia, peccante cholera facies decoctionem ex tamarindis, prunis, uiolis, myrobalanis citrinis, & huiusmodi. & cum hac dabis mannâ, cassiam, aut rhabarbarum, aut electuarium de succo rosarum, ut supra de eo, aut diamma secundum conclusionem, quam probabilè posui, & uidi aliquos eam sequi, aut diaprunis non scamoneatum cum rhabarbaro, & sic de aliis frigidis, ut iulep uiolatum aquæ cichoreæ, acetosæ, ro. & huiusmodi. quod si fuerit adusta; commisce decoctionem, aut syrup. ualentes in digestionem talis humoris, ut supra quarto capitulo ad plenum: & tu ibi, & consimiliter discurre per alias species cholera. quod si ex phlegmate; discurre per species eius, ut supra allegato capitulo. & tunc procede cum decoctione facta cum rebus digestiuis illius phlegmatis: & da cum illa cassiam, mannâ, agaric. aut turbith, aut pilul. appropriatas, de quibus ad plenum quarto capitulo: uerbi gratia, Recipe cassiæ, aut mannæ unc. i. 5. turbith præparati drach. i. trochisci de agari. drach. 5. zinziber. scrop. 5. falgemma gra. ii. detur cum decoctione buglossæ, & zedoariz. consimiliter operare

Epithema hepaticum.

Unctio pro dorso

Epithema testiculorum est de maxime refrigerantibus.

quando est humor melancholicus: in quo casu quidam præsumunt, ut dictum est supra, electuarium hamech: sed diaphana securius. pilulas, & huiusmodi ad propositum tuum in omnibus habes supra. 4. capi. & tu ibi; ne aliquis me mordeat de paucitate receptarum, quoniam superfluum duxi eas de scribere non prius posito casu in terminis. unde secundum eius uarietatem oportet uariare receptas. & tu ex positis in capitulis allegatis modum habes copiosum. & idem ad ea loca te transferas.

PRO SEXTO sufficiant, quæ dicta sunt in complendo tertium. & pro septimo, quæ posita sunt in cura accidentium febrium acutarum, peracutarum &c. quia in præcedenti ca. & in sputo sanguinis in ea apparente non obliuiscaris bolo armeno, & succo portul. aut puluere eius cum sy. de acet. citri. smaragdo, ac camphora.

POSTREMÒ his addo aliqua ex emperic. inuenta, aliqua rationabiliter posita. sunt ex eis quidam dâtes succum calendulæ statim à principio usq; ad. 5. iij. calidum deinde ægrum cooperiunt, & sudare faciunt deinde post completam sudationem, & mundificationem rescium ægrum, dicuntq; solo isto medicamine curari. quidam eodem modo dant succum berbenæ, & in ea maximam spem ponunt. quidam succum scabiosæ, ut dicunt post eius exhibitionem per horas. xii. pestem extinguit. quidam rationabilius operâtes post primam euacuationem audent super electuaria calida etiam super theriacam, & mithridatum, maximè quâdo est febris non multæ inflammationis; ut dando. 3. i. uel circa tempore frigido: calido uerò cum syru. de acetositate citri, aut rob de berbe. & huiusmodi, aut cum zuccharo ros. est enim quid cordiale ueneno resistens, & ea utuntur sic ter in hebdomada. apud italos maximè inoleuit usus pulueris radicis tormentillæ, quæ est species pentaphylli exiccata in umbra detur cum syrupo de acetositate citri omni die. 3. i. & cum aqua acetosæ. item detur de puluere diptamni. eius dosis est scrop. i. cum aceto, & aqua rosata. Aqua ex compositione noua. 3. radicum tormentillæ. M. ij. radicis diptamni. M. i. berbenæ M. i. 5. scabiosæ. M. ij. calendulæ. M. i. 5. baccarum lauri M. i. terræ sigillatæ, boli ar. ana. M. ij. ros. M. i. 5. macis. M. i. omnia hæc aceto aspergantur, & dimittantur sic stare per noctem. deinde ponantur ad alembicum. detur de ea omni mane. 3. iij. cum. 3. i. 5. sy. acet. citri, uel de ribes in aurora. hæc enim uidetur multis satisfacere, & ueneno pestifero ualere tu autem benè considera: multa enim per se ex authoribus hominem liberant, & in præseruatione etiam conferre uidentur. multa à multis ponuntur, & dicuntur. ego autem tria his subiungere uolo, in quibus nonnulli magnam spem ponunt non solum in curatione, sed etiam in præseruatione. Primum Recipe boli armeni. 3. ij. cinnamomi. 3. 5. radicum tormentillæ, diptamni, sandalo. rubeorum ana. 3. ij. 5. rasuræ eboris. 3. i. 5. spodii, antheræ ana scrop. ii. corticum citri, margaritarum ana. 3. i. smaragdi, hyacinthi, rubini, saphyri ana scrop. i. karab. unicornu. ana. scrop. 5. ofsis de corde cerui. 3. i. auri, & argenti subtiliter limatorum ana. scrop. i. accipe ex hoc puluere. 3. i. & da cum syrupo. de acetositate citri omni mane cum aqua acetosæ, uel ex eo. fac cum zuccharo buglossato electuarium, uel cum zuccharo confectioem ponendo pro libra zucchari. 3. vi. pulueris. Secundum est syrupo alteratiuus mundificans corpus à superfluitatibus, cor, cerebrum, & hepar confortat, & omnia membra principalia. & de ipso aiunt uisam fuisse experientiam magnam Recipe corticum citri, corticum radicum capparorum, berberis, sandal. rub. spodii ana. 3. ii. garyophyllatæ, melissæ, buglossæ, boraginis, cichoreæ ana. 3. 5. acetosæ, hepaticæ, cypresiflana. 3. iii. scariolæ. 3. ii. seminum citri. seminum communium frigidorum, uiolarum ana. 3. i. thymi, epithymi, myrob. citrinorum, chebulorum, sennæ, polypodii ana. 3. i. agari ci, rhabar. ana. 3. 5. seminis absinthii, succi fumiterræ, succi plantaginis ana. 3. vi. cytoniorum. 3. 5. diagridii. 3. ii. zucchari albisimi. libræ. ii. fiat syrupo secundum artem, & acetosetur cum succo cytoniorum. dosis est à. 3. i. usque ad. iii. cum duplo aquæ buglossæ mane in aurora. nedum curat, sed præseruat eius usus interpolatus à peste. Tertium est quid curiosum alchimizatum. Recipe radicum tormentillæ uiridiu si haberi possunt, libr. i. radic. diptamni li. 5. rad. enulæ cam

E pa. 3. iiii. acetos. lib. i. 5. viii. seminum eius unc. iiii. bugloss. bo raga. cum suis floribus, ros. rub. ana. lib. i. pimpi. scabiosæ ana. lib. 5. succi limonum lib. i. theriacæ optimæ lib. 5. aquæ ardētis ex uino optimo vnc. x. terræ sigillatæ, boli armeni ana. vnc. ii. sandal. alb. rub. spodii, been albi, & rubei, margaritarum splendarum ana. vnc. i. 5. ofsis de corde cerui. vnc. i. rasuræ eboris vnc. i. croci drach. iii. camphoræ. 3. ii. foliorum auri vnc. 5. sic operari incipias, folia auri super porphyro cum melle tere, ut poteris: deinde in ampulla aquæ ardentis pone, & benè obturetur. & sic per dies tres dimitte deinde tere margaritas. pone in ampulla succi limonum benè obturata, & dimittatur per tantundem. deinde cum uino optimo radices optimè lauentur, & in umbra exiccantur. deinde in mortario conquassentur optimè, & herbæ, & femina aliquantulum: deinde omnia simul pone in uase uitreato ita quòd ultimò theriacam, aquam ardentem, & succum, & pulueres. & ita obturetur cum luto, ut respirare non possit. postea fac foueam in loco humido profunditatis trium pedum, & in fundo foueæ fac solarium de calce uiua altitudinis mediæ pedis: deinde pone uas in medio cum fimo equino, uel uinaceis circundando, & benè cooperiendo. quo factò infundas super ipsum duas situlas aquæ, & sic permittite stare. xii. diebus naturalibus, & omni tertia die renoua fimum, siue uinaceas. deinde transactis. xii. diebus extrahe totam compositionem, & pone in uesica uitrea, & desuper alembicum, & sigilla, ne respiret, & ponatur ad ignem, & sit lentus absque fumo factus. ligeturq; ampulla ad caudam alembici, ne aqua exiens respiret, & ipsa extracta iterum super fœces proiciatur, & sic fiat tribus uicibus. aqua uerò, quæ ex tertia ueniet alëbicatione, ponatur in uesica uitrea cum alembico benè obturato, & alembicetur quartò ad balneum, deinde usui reseruetur. dosis est cochlear unum benè paruum, uel. 3. 5. usq; ad. i. 5. hæc autem spiritus multiplicat, & clarificat, membra confortat principalia ita, ut non permittat ea lædi à peste: imò & læsum liberat. & aliqui pro re multum secreta tenent dicentes, quòd, sic accipiatur pars duæ huius aquæ, auri potabilis pars una, mirabiliter hominè uiuificat: maximè quâdo fit aurum potabile sine aliquo corrosiuo. habeo penes me modum faciendi eum; sed nondum sum expertus. idem nò hic apposui. ultimò pono uerba Auic. in quinto summa prima. 1. cap. quæ memoriæ commendes. inquit de theriaca. Et illi, qui ea utitur in tempore sanitatis, non nocent uenena, & non impediunt in eo nocumenta, & fit sanus ab ægritudine pestilentis. hoc dico; quoniam quæ dicta sunt, multum curiosa sunt: sed doctos, & expertos, & experta sequere. & hæc de febre pestilentiali gratia saluatoris sufficiant.

De glandulis, & carbunculis pestiferis. Rub. 6.

ET, QUIA cum his febribus coniunguntur non raro glandula, & carbunculus, quæ, ut dictum est, sunt ex signis demonstratiuis efficacibus; hinc, & si habitum inferioris inducere uidear; statui succinctè de eis aliquid dicere ad aliqualem phisici intelligentiam: quoniam res hæc tam timorosa, tamque perniciofa necessaria scitu sibi à me iudicata est.

Apparente autem glandula, siue porraca, à Porrario, qui eam primò Iesu gratia curauit sic dicta, præmissis uniuersalibus ex parte euacuationum tam per pharmacum, quam per phlebotomiam factarum; ad localia ueniendum est. Primò itaque superponatur uentosa magna: deinde perfectè scarificetur. & subito facta scarificatione superponatur uentosa iterum, ut egrediatur uenenum cum sanguine illo. & hæc est uisa in superficie uerborum sententia Auic. tertia quartè de cura apostematu accidentium in glandulis. Quidam statim à principio superponunt cantharides, & similiter ponunt in parte inferiori à glandula distante cantharides. quidam loco cantharidum ponunt flammulam, siue pedem coruinum diuertendo, & trahendo: ut uerbi gratia, si est in coxa; ponunt super crus in tribus, uel quatuor locis: si sub assellis; super brachia: & si post aures; super spatulas, & uescicas incidunt magna incisione. item renouant loca sic in diuersis partibus uescicando. quidam ponunt cauteria actualia similiter, & potentialia. quidam applicant sanguifugas

guisugas unguatas. quidam (& est suauius, & delictius, & optimum) deplumant anum galli, & superponunt, & dimittunt sic stare per spacium quarti horæ, uel circa. deinde remouent, & alium superponunt usque ad numerum. xii. uel. xx. quòd, si morientur; erit bonum signum: si non; malum: quoniam signum, quòd attraxerunt uenenum, si morientur scilicet. ad idem maximè conferunt emplastra: & hoc in principio ex rebus attrahentibus, & resoluentibus; ut sunt species gummarum, ut galbanum, euphorbium, gummi arabicum, ammoniacum, serapinũ, & huiusmodi faciendo dissolui, & super corium extendi. similiter fit emplastrum ex fermento, saponem nigro, sinapi, calce uiua, caricis, uitriolo, nuce rancida. item ex radice narcisci, & melle anacardino, & puluere stercoris columbini. Ad idem emplastrum ex nucibus, ficibus siccis, ruta, betonica, scabiosa, galbano, fermento, & melle. & est optimum, & suauius, nam certè existimo dolorem multum uirtutem prosternentem, & attractionem nimiam expauesco: ita quòd cum mitioribus transire est securius. & fit tibi canon, quòd semper cum huiusmodi emplastris ponantur calida ueneno resistentia; ut sunt betonica, berbena, calendula, scabiosa, gentiana, diptamnus, zedoaria, aristolochia, calamentum, cœpe, abrotanum, & huiusmodi, de quibus supra de præseruatione. secundus cano, quòd à repercussiuis omnino abstineas. tertius, quòd procedatur post principium cum solutiuis, & maturatiuis. quartus, quòd quamprimum incipiet apparere uestigiũ saniei; tam cito aperias ipsum apostema: nam ex istimo iuuamentũ ex apertione eius maius. considera. & hæc cursim de glãdula, siue porraca.

De carbunculo dicatur, quòd in cura eius debent præcedere uniuersalia; ut de glandula. & ueniendo ad localia confert appositio gallorum. item quidam confidunt super uentosas, ut in de glandula. quidam sanguisugas applicant, & est suauius, & mitius. quidam, ut Anglici, aggrediuntur cũ cauterio actuali: quidam cum potenciali: sed actuale præstantius. Cauterium potentiale laudatum. Recip. uitellum unũ oui recentis: cum eo commisce de sale, quanto plus fieri poterit, & mutetur de hora in horam. item applicetur panis calidus de furno extractus, & reiteretur; item ficus trita cum ireos, & modico salis, & aloes rumpit ipsum à principio ad idem radix consolidæ minoris trita inter duos lapides dolorem mitigat. item fermentum cum oleo, & sale: itẽ pix nigra mixta cum passulis: item oppopanax cum fermento, & passulis: item bucella panis cocta in oleo feruentissimo superposita, & replicata: item cataplasma ex scabiosa factum. escara uerò facta non remoueatur uolenter; sed ungatur butyro loto, & oleo, donec cadat. uel fac emplastrum ex butyro, & radice althææ, & axungia porci non salita. deinde attendatur ad mundificationem ulceris, & carnis generationem cum sarcocolla, & melle añ. & est mirabile. item commendatur diachylon absque gummis. item folium basilicon generat carnem in anthrace. item consolidamãior, radix asphodellorum: item radix peucedani puluerizata, & huiusmodi. & nota, quòd circuncirca locum debet applicare, quæ membra confortant ex frigidis stypticis non multum; ut sunt succus arnoglossæ, uel folia eius, mica panis infusi in aceto non multum forti: & sæpe reiteretur: item ex farina hordei cum succo lanceolæ, & melle. & hæc uolo tibi de his sufficere pro physici intelligentia. stude. & de his Deo gratias semper.

C A S U S. Pampinianus noster, ut supra cap. de canonicibus uniuersalibus. attendendum in cura putridarum: & tibi. post febrem, à qua curatus fuit per Siculum nostrum incepit ægrotare primo Augusti febre pestifera hora tertiarum cognita per signa ipsius demonstratiua. & nocte sequenti circa medium noctis apparuit apostema, siue glandula in inguine sinistro cum his accidentibus. primum dolor capitis: secundum subeth leue: tertium uomitus: quartum dolor dorsi: quintum sitis intensa: sextum prostratio appetitus. cui Siculus occurrens ut eodem loco, & de ætate complexionem, uirtute, & cæteris informatus hoc ordine processit, uocatus secunda die mensis ante tertiã per duas horas uoluit uidere primò urinam, quam iudicauit subiugalem ex ebullitione in massa humoralis factam, ut supra de

A urina subiugali dictum est in de signis demonstratiuis: & tunc præcepit, ut immediatè fieret clystere lenitiuũ. & post eius impositionem per duas horas præcepit fieri phlebotomiam ex saphena sinistri pedis iuxta canones supra de phlebotomia positos: & eo maximè, quoniam Pampinianus complexione est sanguineus cum participatione cholere ad extractionem. vi. 3. & non plurium: nam phlebotomia pedum plus multò debilitat, quàm brachiorum, quarta primi de phlebotomia: nam ex signis cognouit choleram mixtam sãguini peccare: & sic eam fecit euacuatiuam, & diuersuam. deinde diætã ordinauit declinantem ad frigidum, & siccũ & cum acetosis, ut supra de ea dictum est. tertio ordinauit; quia phlebotomia somnum inducit, etiam ratione subeth, quòd teneretur per astantes in uigilia cum nouis fabulis, uociferationibus, & huiusmodi, ut supra de subeth. quarto ordinauit epithema cordiale frigidum, quod ei applicari sepe præcepit, ut supra de eo. quinto alteratiuum cordiale potabile, ut supra de potu dictum est. quo uti debet continuè ante, & post cibum ita, ut ab eius potu non desistat. sexto confectionem cordialem, frigidam, de qua sæpe daretur ei. septimò quòd in mane sequenti; quia. f. tertia die daretur diaprunis cum rhabbaro, & cum decoctione tamarindorũ, prunorum, & huiusmodi. octauò ordinauit, ut uiolentaretur ad assumendum cibum administrans aquam carnis alem bicatam, & cætera, brodium consummatum, & huiusmodi, ut dictum est. nonò, quòd circa. xxii. horam detur de aqua ex compositione noua, aut modicum theriacæ cum zuccharo ro. & pauco boli armeni. & semper ordinauit lenitionem uentris, & continuationem epithematũ mane, & sero. dein de eadem hora ordinauit fieri epithema hepatis refrigerans & confortans, & unctionem dorsi refrigeratiuam. decimũ ordinauit, ut adueniente quarta sollicitaretur ad acceptiõnem cibi, & ad assumptionem alteratiui, quousque quarta transiisset: deinde instans cum lenitione uentris ordinauit digestiuum ex syrup. de acetositate citri, syrupo uiolato, & acetoso simplici cum aqua acetosæ, endiuicæ, & modico ros. quod uoluit dari in aurora pur frigidum usque ad septimũ inclusiuè. quinta uerò die ante coenam per duas horas dedit pilulas quinque Ruffi descriptas supra, & non plures; quia uenter satis lubricus erat. nona autem die de mane dedit 3. i. ex eisdem. & sic permisit transire usque ad xii. inclusi uè non desistens in dando de alteratiuo, & aliquando de aqua ex compositione noua. tertiadecima uerò rediuit ad digestiuum dando syrup. de bizantiis acetosum cum iulep uiolato; eo quòd materia subtilis iam euacuata erat pro magna sui parte. unde remansit materia grossior. & xvi. dedit manna cũ rhabbaro, & agarico: & sic ultra canonicè processit usque ad complementum curæ. interim non desistebat à regimine accidentium cum his, de quibus dictum est supra de regimine acutarum. uerum, quia comprehendit in principio febrem non esse magnæ inflammationis, quia licet naturaliter foret sanguineus cum participatione cholere; tamen cholera peccans pro nunc ex inordinato regimine grossa erat. quòd, si fuisset subtilior, & acutior, fecissetque febrem magis inflammatam; ausus fuisset super exhibitionem potus aquæ frigidæ in magna quantitate. quòd, si post phlebotomiam per. xx. horas dedisset; existimo non peccasset: sed regularius sic operando processit. quòd si comprehendisset urinam esse subiugalem ex debilitate uirtutis; non fecisset phlebotomiam: similiter si fuisset liuida. & ideò benè considera, antequam eam facias, & non properes ad eã ut multi faciunt. hocque in tempore sollicitauit dominum chirurgicum, ut glandulæ foret omnino intentus: ut in prima die, qua ipse occurrebat, super glandulam poneretur uentosa cum scarificatione, ut supra deinde super crus inferius apud cauculam, & modicum supra, in quatuor locis posuit uesicatorium reiterando de tertio in tertium. deinde superponere fecit emplastrum factum ex nucibus, caricis, betonica, ruta, scabiosa, galbano, & fermento confectum. & cum eo processit usque ad quintum. deinde superposuit aliud ex radice maluauisci cum caricibus, & adipe porci, & cœpe liliorum alborum, scabiosa, & melle confectum. processit usque ad diem. xii. in quo apparuit manifestè apostema sanjari: & tunc non expectans magnam sania-

tionem, ut supra dictum est, iussit id aperiri. & sic procedendo, mundificando &c. euasit. præcepit deinde, ut permitteret benè materiam expirare, nec esset uagus in cito claudendo, seu consolidando eo. si autem in his diebus, quibus processum est canonicè, uelles dare aut aquam, aut puluerem, aut succum, aut aliud tale bezoar; potes, nec ordo regularis impedit. unde cochlear aquæ, de qua supra tanto factè artificio dari poterit: & sic de aliis. considera.

De tropicis, siue conuersiuis. Cap. 10.

FEBRIS tropica, siue conuersiua est febris acuta non absolute, inordinati motus, tam ex parte scuitatis accidentium, quam periculositatis eius inter acutam, & chronicam media, quandoque satis cito, quandoque tardè ad statum ueniens. cuius causa secundum plurimū est materia cholericæ phlegmati admixta ad intra uenas putrescens. huius descriptionis declaratio pro magna sui parte pendet ex habitis supra de acutis in principio. & idè tibi. & dicitur quandoque satis &c. & hoc accidit secundum maiorem, aut minorem mixtionem humoris frigidi cum calido. & dicitur, cuius causa est &c. quia secundum plurimū, & raro in paucioribus acutæ sunt de numero continuarū. de terminatione autem huius, & de reliquis particulis uide allegato loco. & sicut ipsa est media; ita & signa, & cura erunt media. unde habita notitia signorum, & curæ acutarum, quæ posita sunt: nam accidentia sunt signa earum, ut supra. & signorum, & curæ, quæ de aliis putridis infra ponentur; habebuntur & signa, & cura earum. & idè ea uide, & de his ne in longum procedam; satis tibi scriptum sit: ne & idem bis replicando fastidiem.

De febris sanguineis, continens rubricas quatuor. Cap. 11.

De diffinitione feb. sanguineæ, & eius declaratione. Rub.

FEBRIS sanguinea est febris acuta, & uerè continua, humoralis, uel putrida. cuius causa est sanguis ipse inflammatus, non putridus, aut putridus factus. ex qua declaratione patet, quòd contingit ex sanguine putrefacto febrem sanguineam causari posse. cuius oppositum ascripsit Princeps noster Gal. ut prima quarti. §. opinatus est Gal. nam dixit, quòd cum sanguis ad putredinem uenit, in cholericam conuertitur, saltè eius subtile, & facit causam, aut tertianam, & non sanguineam, & grossum conuertitur ad melancholiam. & est ratio eius sumpta secundo de crisi, & secundo de differentiis feb. 2. cap. hanc disceptationem in præsentiarum prosequi non intendo; sed de ea tantum dicere, quòd Gal. expressè uoluit febrem sanguineam posse causari ex sanguine putrefacto, ut 9. therap. uerum; 2. de differentiis feb. 3. cap. demonstrauit duo: primū, quòd de sanguine putrido fit febris: secundum, quòd hæc reponitur in periodo, & natura cholericarum; quia sanguis, cum putrefit; fit cholera. & febris consistit in specie humorum, in quos transmutatur sanguis. & exemplificat de conuersione sanguinis in cholericam, cum putrefit in apostematibus, & uenis. & idè, si benè consideras; eius sermo uidetur uariis, ut dicit Auer. 7. colliget proprio cap. honestè de Gal. loquens. unde saluando Gal. in hac sic apparenti uarietate dicunt quidam ipsum aliquando fuisse locutum secundum opinionem propriam, aliquando secundum communem. Conciliator uerò differentia. 89. uolens sedare hanc apparentem discordiam dixit, quòd sanguis aut in uenis continetur, aut extra effunditur. si in uenis; tunc non habet nisi unam causam putrefactionis, & est prohibita transpiratio. & tunc hic sanguis aliquandiu poterit modicè putrefieri ita, quòd non multum intendetur in caliditate, & putrefactione. & tunc erit febris sanguinea ipso sanguine sic remanente sub forma eius. quòd si multum intendetur in caliditate, & putrefactione; conuertetur in cholericam, & febrem generabit cholericam. & licet non habeat exacerbatione de tertio in tertium manifestam; hoc non erit, quia non fit cholericæ: sed quia sub tanta quantitate, & quia in loco pro-

pinquo cordi facit febrem continuam absque manifesta exacerbatione. & hæc est sententia Gale. 9. therap. si eius uerba debite considerentur. quòd si sanguis fuerit extra uenas effusus, duas habens causas putredinis: quarum una est indebita transpiratio: secunda quia à debito regimine naturæ derelictus; tunc statim, ac faciliter in cholericam conuertetur febrem deinde generans cholericam. & hunc duplicem modum sanationis sanguinis dicit tetigisse Gal. 2. de differentiis febrium, & 9. de ingenio. & subdit Conciliator, quòd in principio principiante, dum sanguis hic est extra uenas; ipse febrem causat sanguineam: deinde quia non diu potest sub forma sanguinis remanere propter magnam putredinem, & inflammationem, & quia à regimine naturæ derelictus; febrem causat cholericam periodicam, ut tertiana: nam non uidetur ipsum posse motum suum continuare, ut ille, qui in uasis continetur. & in summa sententia Conciliatoris est, quòd Gal. uoluerit ex sanguine putrefacto quomodocunque situato febrem posse sanguineam causari. & hanc sententiam expressit ipse Gal. 2. de differentiis febrium. §. ultimo. Verum addit conciliator, quòd talis febris non diu sanguinea permanet: imo ad cholericam permutat: nam in tanta ebullitione pars subtilis aerea sanguinis in partem igneam conuertitur, quia in cholericam: & grossum resolutum subtile sic infrigidatum in melancholiam, & melancholicum hoc esse minus absolute, quam cholericum propter sanguinem plus distare à melancholia, quam à cholera. & subdit, quòd signa putredinis eius aliquando apparent in prima, aliquando in secunda die, aliquando in tertia, nonnunquam in quarta ita, quòd stat febris sanguinea aliquando absque hoc, quòd sanguis putrefiat pluribus diebus: sed raro transcendit quartam, ut infra. & hoc expressit Gal. 9. therap. ex quibus habetur, quòd in phlegmone sanguinea in principio superueniens febris est sanguinea. secundo cum ad putredinem materia uenit; cholericam causat: & sic uariatur febris, sicut & ipsa peccans materia. ex quo inferitur, quòd in phlebotomia eo tempore diligens debet esse consideratio. & tu considera, tenèdo itaque ueram opinionem tenendum est febrem ipsam sanguineam à sanguine non putrefacto, & putrefacto causari posse; ut omnes ferè medicorum antiqui senserunt. Haliabbas. 8. practicae. Isaac, Serapio, & Auicem. ipse in suo proprio cap. & Auer. medicorum stimulus quarto sui colliget. idem de Gal. reuerenter locutus est. & quidam conciliantes dixerunt exponentes. §. illum. opinatus &c. i. uisum est apud quosdam Gal. opinari. & de his satis. supposito itaque hoc tanquam uerissimo sciendum, quòd febris sanguinis est duplex: una quidem est ex inflammatione, & ebullitione ipsius sanguinis consurgens non putrefacti, quæ synocha appellatur inflatiua sanguine peccante in quanto, & quali: sed magis in quanto, & minus in quali. altera est ex putredine sanguinis consurgens in quanto, & quali peccante ab authoribus dicta synochus. & de his duabus prosequens primò ponam descriptionem primæ cum suis pertinentibus canonibus, & antidotis: secundò secundæ cura similibus: nā de his prius quia sunt mediæ inter ephemeram, & putridam.

FEBRIS sanguinea permanet: imo ad cholericam permutat: nam in tanta ebullitione pars subtilis aerea sanguinis in partem igneam conuertitur, quia in cholericam: & grossum resolutum subtile sic infrigidatum in melancholiam, & melancholicum hoc esse minus absolute, quam cholericum propter sanguinem plus distare à melancholia, quam à cholera. & subdit, quòd signa putredinis eius aliquando apparent in prima, aliquando in secunda die, aliquando in tertia, nonnunquam in quarta ita, quòd stat febris sanguinea aliquando absque hoc, quòd sanguis putrefiat pluribus diebus: sed raro transcendit quartam, ut infra. & hoc expressit Gal. 9. therap. ex quibus habetur, quòd in phlegmone sanguinea in principio superueniens febris est sanguinea. secundo cum ad putredinem materia uenit; cholericam causat: & sic uariatur febris, sicut & ipsa peccans materia. ex quo inferitur, quòd in phlebotomia eo tempore diligens debet esse consideratio. & tu considera, tenèdo itaque ueram opinionem tenendum est febrem ipsam sanguineam à sanguine non putrefacto, & putrefacto causari posse; ut omnes ferè medicorum antiqui senserunt. Haliabbas. 8. practicae. Isaac, Serapio, & Auicem. ipse in suo proprio cap. & Auer. medicorum stimulus quarto sui colliget. idem de Gal. reuerenter locutus est. & quidam conciliantes dixerunt exponentes. §. illum. opinatus &c. i. uisum est apud quosdam Gal. opinari. & de his satis. supposito itaque hoc tanquam uerissimo sciendum, quòd febris sanguinis est duplex: una quidem est ex inflammatione, & ebullitione ipsius sanguinis consurgens non putrefacti, quæ synocha appellatur inflatiua sanguine peccante in quanto, & quali: sed magis in quanto, & minus in quali. altera est ex putredine sanguinis consurgens in quanto, & quali peccante ab authoribus dicta synochus. & de his duabus prosequens primò ponam descriptionem primæ cum suis pertinentibus canonibus, & antidotis: secundò secundæ cura similibus: nā de his prius quia sunt mediæ inter ephemeram, & putridam.

De synocha, & causis eius. Rub. 12.

SYNOCHEA est febris continua conclusa acuta ex sanguine ad intra non putrefacto multum in quanto peccante causata ab authoribus inflatiua dicta. cuius causa secundum plurimum est oppilatio eius suffocans caliditatem. dicitur synocha, ut synon. febris de sanguine non putrefacto: uel, ut Gilbertus, à syn. quòd est con, & otos, quòd est labor, quasi cum continuo labore, & nulla quiete. & idè dicit Auic. est continua, quæ non tepescit quia est continua usque ad crism, uel usque ad mortem. dicitur continua &c. supra. 7. cap. de putridis: & tu. si. unde Aui. de signis eius. Adhærentia eius est primum signum. est acuta de descriptione acutarum supra. & in hoc differt ab ephemeræ: etiam differt ab ea, quia calefactum esse est in humore, & non in spiritibus tantum. & si benè consideratur, est mediæ inter ephemeram, & putridam: nam est ab humore, ut putrida, & est per simplicem caliditatem faciens febrem, ut ephemeram.

Synocha inflatiua media est inter ephemeram & putridam.

mera. propter quod causa factiua ephemeræ esse possunt causa synocha: & maximè quando multum augmentantur respectu ipsarum facientium ephemeram. quod si queratur nūquid alij humores possint sic febrem causare cum sua simplici qualitate, & maximè cholera: locus est hic considerationis: dico tamen, quod non, ut tenet tota schola medicorum. & causa, ut pro nūc arbitror, est defectus ex parte quantitatis, & situs ipsorum humorum: item quia cæteri humores sunt à temperamento iustitiali multo remotiores sanguine, & naturæ non ita proportionales. neq; de ipsis tãtam habet sollicitudinem; cum sanguis sit thesaurus uitæ. & ideò, cum distemperantur; multum remouentur à naturali dispositione respectu temperati, & multò plus, quàm sanguis. unde sic rebelliores fiunt naturæ. unde de eis natura sic curam non habet. quare eos non regulat: unde putrescunt: quod de sanguine non contingit. hæc ratio rhetorica est. & tu considera: de hoc tamen suprà de putridis aliquid: & tu ibi. & dicitur ex sanguine ad differentiã synochi, de quo infrà statim: est enim febris de sanguine putrescente, ut sonat uersus.

Synocha de calido: sed synochus de putrefacto. Dicitur multum &c. quoniam nisi foret eius multa quantitas, febrem nõ causaret. dicitur ab authoribus, quod ipsa sua quantitate uenas, & arterias replet: nam sanguis ipse primò sub certa quãtitate, & substantiã in uenis, & arteriis stas non inflat. cum autem superuenit causa calefaciens, & rarefaciens ipsum ex parte motus, & huiusmodi; maiorem acquirit quantitatem; cū rarefiat. unde tunc amplificat loca eius. & ideò inflat. est & alia causa, ut de causis eius statim. & subdit quidam, quod in hac ebullitione, ut apparet in aliis, que ebulliunt, uentositas generatur cum sanguine inflans, & extendens, ad quod concurrit uapor retentus, & continuè generatus, qui liberum non habet exitum. dicitur cuius causa propter quod nota, quod sanguis, quando in quãto augetur tunc causat oppilationem in extremitatibus uenarum, & arteriarum, & in poris cutis, ex qua prohibetur debita sanguinis euentatio, & transpiratio. unde accidit, quod uapor eleuatus ab eo distemperatur in caliditate, & siccitate propter talem cõculcationem. & sic ad cor ueniens febrem causat per simplicem alterationem, ut ephemerã, ut paulò antè dictum est. & est simile, sicut accidit ex conculcatione frumẽti non benè exiccati in horreis. ex quibus omnibus apparet eius notitia, & motus generationis eius.

Et ex causis eius sunt primò repletio ex rebus bonũ multiplicatibus sanguinem; ut sunt cibi multum nutritiui, & potus ex uino nigro potenti. unde multus, & bonus inde generatur sanguis: aut repletio ex rebus generantibus multum & malum sanguinem; ut est sanguis ex fructibus, ut cucumeribus. & citrullis, porris, herbis, & huiusmodi genitus: ex quibus generatur sanguis aquosus malus. unde, cum accidit ab extrinseco calefactio ex forti exercitio propter oppilationem, ut statim dicitur; generatur ex prima synocha, & ex secunda synochus: nam quis est multum repletus sanguine, & fortiter exercitatur ita, ut ad sudorem, uel quasi perueniat, deinde ab aere extrinseco in frigidatur; tunc pororum cutis oppilationem incurrit. unde & sanguis ab exercitio calefactus, & uapores capinosos emittens, ab ipsis uaporibus retro super ipsum sanguinem cõuersis, cum propter oppilationem exire non potuerint; amplius sanguinem super calefaciunt, & extraneat. unde sic febris deinde generatur, ut dictum est. ex quibus habetur, quid intelligat uulgus, quò dicit de aliquo, quod ipse est recalefactus. & similiter inquit mangones de equis, & statim faciunt phlebotomiam. & ideò canonicè ordinant, ne supercalefiat equus modo, qui dictus est. post forte exercitium faciunt ipsum hinc inde duci etiam extra locum uentosum, ne ex oppilatione cõtingat, quod dictum est. sed hic est locus speculationis, quomodo hi uapores à sanguine eleuati possint amplius ipsum calefacere, & caliditatem cordis intendere; cum caliditas cordis naturalis sit maior, quàm ea, quæ in sanguine, & uaporibus. ista quæstio philosophica est, de qua tantum dicat, quod hoc prouenit ex aptitudine passiuæ, & uirtute potentia-agentis: nam, sicut radius solis, qui est in potetia ignis obuians speculo concauo bombacem, aut stupam accendit: ita & cor, quod in potentia aptum est producere maiorem ca-

lilitatem, quàm sit actu in eo, cum occurrit ei uapor putridus, aut capinosus, qui est subiectum aptum recipere inflammationem; sic ab eo inflammatur, & deinde ille alium, & sic de singulis: & tunc inflammati sic uapores cor inflamment, & febrem causant. sicq; spiritus inflammatur ex aptitudine sua in ephemera &c. & tu benè considera. habes itaq; quod prima causa est multitudo sanguinis solo quanto peccantis ut. 3. colliget. cui aduenit ebullitio, & supercalefactio aut propter oppilationem, siue obstructionem uenarum, & arteriarum, ut dictum est. alia causa uel esse potest una ex causis ephemeræ, cum uehementes fiunt: nam resistit magis sanguis, quàm spiritus. & ex causis multiplicatibus sanguinè ultra cibum, & potum est dimissio exercitij cõsueti, per quã resolui consueuerat: item dimissio euacuationis consuetæ, ut sanguinis narium, hæmorrhoidum, menstruorum, & huiusmodi: item & mutilatio membri. unde sanguis, qui ad ipsum membrum mittebatur, per omnia alia se diffundit. unde uidemus tales pingues fieri: itè specialius loquendo multitudo exercitij, & uehemẽtia eius, & laboriositas maximè post dimissionem euacuationis consuetæ, qua sanguis est augmentatus. & sicut cum sanguis est multum aquosus, & ad putredinem præparat; ita & humor crudus cum eo commixtus. item & ad supercalefactionem talem inducunt animi accidentia fortia; ut fortis furor, ira, rixa, inordinate, & uehementer sanguinem mouentia, ex cuius motu supercalefit. postremò aduerte, quod reperiuntur quidam, qui primò pauperes sunt, & consueti parcè, & non delicate uiuere, imò ruditer multo se in dies exponentes exercitio, qui deinde efficiuntur diuites, aut prælati stãtes in ocio, & delicatis cibis, quos diu appetiuerunt se replentes: & hi in hac febrem facillimè, & ut plurimum cadunt. ad hanc autem febrem parati sunt adoloscens, ut Alman. & corpora bonã, & carnosam habitudinẽ habentia, & quæ multa carne, multis confectionibus, & præcipuè mellitis uti consueuerunt, multoq; uino nigro, grosso, ac dulci, ut nonnulli prælatorum. & attende hic, quod dictum est mihi, quẽdam fuisse curatum à lepra cum uino dulci cocto: nam sanguinem in quãto, & quali laudabilè generauit. considera. & Gal. 9. therap.

Nulla synocharum in corpore macro, & frigido amat existere, neq; in frigidis ætatibus, neq; complexionibus, sed in nullo addit: sed plurimum amat existere in multum sanguinem, & multas carnes habentibus, & in ætatibus calidis, & in iratis, & in habentibus carnes densas, & qui superfluitatibus calidis pleni sunt. & subdit. & breuiter est propria robustorum corporum, & calidæ ætatis.

De febre sanguinis tres communiter species inueniuntur: epacmastica, paracmastica, & homotena. uerum hæc species magis reperiuntur in synocha: nam secũdum plurimũ synocha semper diminuendo procedit ita, quod ut plurimũ est paracmastica. unde raro est epacmastica, nisi error cõtingat in eius cura, & de his in de synocha.

De signis synochæ, & de eius cura. Rub. 3.

QVIA RATIONABILIS est processus signorum hoc ordine positorum, ut in primo ordine ponantur, quæ ab exeuntibus sumpta sunt: secundo à substantialiter inhærentibus: tertio à qualitate mutata: quarto ab actione læsa; hinc eũ in sequentibus obseruabo, tibiq; suadens, ut in præmissis obserues; & si uisus sim ab eo aliquãter deuiare: nã cū medicus primò exeuntia uidit; causam habet legitimam loquẽdi cum astantibus: & sic honestè se informabit de multis alijs, quæ ad eius honorem maximè accendunt: considera.

Ab exeuntibus. Urina rubea, subrubea, rubicunda, uel subrubicunda, spissa, uel clara per totum sine liuiditate, & fetore existente synochã inflatiuã significat. & in hac urina in princ. apparet hypostasis bona, & laudabilis; quia nondũ est peccatũ in quali: uerũ, cū ulterius procedit maximè, quò terminat ad salutẽ, meliorat: & hæc nisi permutet ad putridã, & de hoc signo nihil Anu. relinquẽs notũ ex habitis secũda primi de urinis. egestiones non sunt multum mutata ab eis quæ sũt naturam: imò nec urina quãq; maximè in principio principiante. & forte hoc uoluit Gal. 9. therap. dum dixit.

Inueni

Inueni urinas in consistentia, & colore ab his, quæ secundum naturam non ualde deficientes. transactis uero duobus, aut tribus diebus, sanguine iam ad putrefactionem perueniente, quo casu eius subtile in choleram conuertitur, rationale uidetur, ut & exeuntia in colore mutari debeant. effusio lachrymarum multiplicatis uaporibus, ac sanguine ad oculos: sputum cum sanguine exiens: sudor foetidus, ut hircorum in die critica: & aliquando ante, licet non periodicet, ut in febribus cholericis. & cum dicit Aui, non est illic sudor. sicut in paroxysmalibus febribus. sanguis è naribus fluens aliquando à gingiuis: pustulae, uel carbunculi, uel maculae rubrae aliquando in toto apparentes.

A substantialiter inhaerentibus. uisa urina, & aliis cum occurris aegrotanti, tange brachium cum tota tua manu, ut comprehendas modum qualitatis caliditatis febrilis, & in hac senties caliditatem non multum mordacem. unde. 9. megatechni. In nobis eorum est caliditas non mordacitua: imo est caliditas plurima. cum quadam humiditate, siue leuitate uaporosa: nam Rasis in diuisionibus. Est tactus eius sicut tactus balneati: & non est eius caliditas in termino caliditatis caufonidis, & tertianæ. Auicem.

A qualitate mutata; quia facies, oculi, & omnia membra rubent: nares, lingua, & huiusmodi: inflatio uenarum temporum, & totius, dulcedo in ore percepta; est. n. sanguis sapore dulcis: obtenebratio oculorum cum apparentia lampadum ardentium ante oculos multiplicatione uaporum, & sanguinis ad eos, pruritus in naso, & in loco colli, in quo ponuntur uentosa: maximè in eo, in quo consuevit exire sanguis ex naso, aut sibi superponi uentosa sanguine petenti exitum per locum consuetum.

Ab actione laesa pulsus magnus; quia uirtus est fortis, ad huc leuis, propter humiditatem plenus, quia materia plurima uaporosa non mordax, non multum diuersus, ut in caufonide. & dato, quod multitudine sua sanguis plus grauet, quam cholera: unde maior diuersitas contingere deberet, quam in caufonide: tamen propter caliditatem caufonidis plus debilitantem uirtutem, quam debilitetur ex grauedine: maior inde diuersitas consequitur. est & uelox, & frequens propter necessitatem adactam, constrictio anhelitus ex multa repletione uenarum, & maximè subeticarum, ex quarum oppilatione contingit apoplexia, ut prima tertij, & quarto regimini acutorum. & ideo apparente hoc signo suspicandum est de ea. & quandoque accidit asthma, & dyspnoea multitudine sanguinis, & uaporu pectori, & pulmonum coniunctorum, difficultas sermonis, apostema gutturis, & duarum amygdalarum, & uueæ. quæ quatuor accidunt repletionem materiae in uenis circa epiglottim, & circa meningis existentes. & est malum; quia periculosum, profunditas somni. propter quod à multis dicta est febris profundus somni, multitudine uaporum oppilantium, transitus spiritus animalis super membra sensibilia, dolor capitis, ac temporum pulsatiuus propter repletionem arteriarum eius, dolor grauius inter spatulas, & extensus in dorso, & in eo inflammatio. & non est ei rigor; quia continetur materia intra uenas. adde, quod calida, & humida, & non mordax est. Et nota, quod aliquando materia ad intra uenas est tanta, aut ita acuta, & mala, quod saltem facit frigus in motu suo suffocando calorem, ut supra de frigore, & rigore dictum est. & quidam existimant, quod continuè materia remanente ad intra uenas potest causare rigorem. considera regimen, quod praecessit: quia sanguinis multum, grauedo totius, & lassitudo quadam, somnus profundior solito, somniasseque res uidere rubeas, & huiusmodi declarant, cum praecesserint cum aliis signis dictis; febrem synocham esse. de quibus, & aliis medicus debet esse curiosus. et dixit Alex. Si haemorrhoides, uel alterius sanguinis fluxus clausi sunt; tunc maximè certum est synochas pati febres.

PROGNOSTICA. Synocha ex toto genere salubris est, nisi in eius cura error accidat: nam, & si ei cito, & debite non succurratur; in putridam transire. et exponitur ly cito à quibusdam usque ad quartum, uel quintum diem: post. n. illos in putridam transire. & quidam post tertium, item dubium est postea, ne putrefactus sanguis ad pectus, uel pulmonem transmittatur: & sic causet aut peripneumoniam,

aut pleuresim. quod si cito succurratur, & bene; quandoque in una die terminatur. & propter hoc, quia est apta in una die terminari; multi eam collocauerunt inter ephemerass. unde, ut. 9. therapeu. Gal. fecit phlebotomiam usque ad synocim. & astantes dixerunt, o homo interfecisti uirum. respondit imo febrem: & sic eadem die liberatus est.

Urina in synocha quanto intensior, tanto breuiorem significat aegritudinem. & quanto remissior, tanto longiore statum denunciat. Si in synocha erit urina multum intensa, & alba, & continuam habuerit hypostasim; breuem, & salubrem febrem significat: si uero rubeam, & leuem, & continuam; longam, & eucratam febrem significat.

Facilis respiratio, bonus anhelitus, facilitas anhelitus sunt in synocha bonum signum.

Urina intensa nullam habens hypostasim: sed in sua cruditate persistens timorem ad longe significat. Hic nota, quod quantum est à principio febris usque ad primam apparitionem digestionis; tantum est ab illa apparitione usque ad crissim: ut uerbi gratia, si apparent signa digestionis in quarto; in septimo erit crissis: & si primò apparuerint in septimo; crissis erit in decimoquarto: & secundum citiore, & tardiorum apparitionem signorum digestionis, uel contrariis, erit citius, uel tardius status, siue crissis ad salutem, uel ad mortem relatione semper facta ad uirtutem Auice.

Sanguinea secundum plurimum terminatur in septimo, uel usque ad septimum: quandoque in quarto. & earum consumptio est cum euacuatione sensata quasi semper; licet rarissime fiat cum non sensata. Passionarius uero uult, quod aliquando ad ultimum: tamen terminatur in. xx. & infra secundum humoris acuitatem maiorem, aut minorem.

Emissio lachrymarum inuoluntarie, debilitas pulsus, & deficiens, urina pauca liuida, uel subcitrina, uel nigra mortis, & maximè in synocha significat, & in synocha periculum.

Quando febris hæc non est cum multa intensione accidentium; tunc signum, quod cum sanguine est mixtio humoris frigidi: & talis ut plurimum est phlegma: & sic prognosticabis grossitatem eius. quod, si cum sauitate accidit; quod est ei admixta cholera, & est subtilis: & hoc accidit magis in uere, & hyeme. Accidit autem, ut hæc quandoque ad putridam permutetur, ut dictum est: & hoc post primam; aliquando secundam; aliquando tertiam diem eius, & ad plus post quartam. cuius signum est; quoniam caliditas, & accidentia uehementiora fiunt propter caliditatem putredinalem naturæ magis rebellem. item est caliditas mordacior, ut infra statim de signis synochi. quandoque permutatur ad apostema gutturis duarum amygdalarum, & huiusmodi. unde inducit praefocationem, squinantiam, & huiusmodi. quæ quandoque ad uariolas per uiam crissis: quandoque ad sisen, dolorem capitis, & huiusmodi: quæ omnia suis comprehenduntur capitulis. quandoque permutatur ad hecticam errore medici, qui corpus aut phlebotomia, aut usu non refrigerantium ita infrigidat, ut inde calor naturalis extinguatur. quare deinde membra nutrimentum regere non possunt: sed inflammantur, & accenditur in eis caliditas præter naturam, quæ est hectica. & ita fortasse contingit cuidam fratri ordinis minorum multum carnosum, & sanguineum ex phlebotomia sibi ter iterata in pauco spacio, & in magna quantitate. considera.

CANONES octo attendendi sunt in cura synochæ inflatiuæ, qui sumuntur à materia, & dispositione ipsius febris. primus est ordinatio dietæ: secundus euacuatio, qui replentem materiam respicit. tertius est oppilationum apertura. quartus est sanguinis rectificatio, qui eius substantiam adæquat, ut grossum subtiliando, & subtilem ingrossando. quintus est sanguinis infrigidatio eius caliditatem respiciens. sextus est mundificatio, qui respicit materias corruptas sanguini admixtas. septimus est resolutio, quæ respicit multitudinem uaporum propter oppilationem retentorum. ex quibus apparet, quomodo hic differt resolutio ab euacuatione. non autem hic apposui digestionem; quoniam ipsa propria debetur humori putrido: æquatio uero non putrido. octauus est accidentium correctio. & ante horum complementum scito, quod, cum febris hæc sit de numero acutorum, & apta statim in putridam transire; medicus debet esse

esse multum studiosus ad eius velocissimam curam, cum inducias non det, ut primo prognosticorum dominus Hippoc. nos admonet.

Dieta ordinetur ad contrarium causæ: ut quod sibi caueat ab aere calido, igne, & huiusmodi, quæ actu sunt calida, uel potentia apta ipsum inflammare, & supercalefacere, & ab omni eo, quod est aptum sanguinem multiplicare in quanto. propter quod dixit Almané. Dieta extenuet, & non impinguet: humectet, & non calefaciat. & breuiter declinet dieta ad frigidum, & siccum. quod, si times ex ea constrictio- nem; adde stracost, ut Auicem. quia dulce. item ad frigidum, & humidum. & de his plenè es informatus supra tertio ca- pitulo. & tu ibi. addam tamen aliqua particularia, quæ non ita sunt expressa allegato loco. sed prius nota, quod, si in his status est propinquus; debes uti tenui dieta: & de ipsa tenui, & tenuissima supra allegato loco. & debes considerare statem, consuetudinem, habitudinem, & uirtutem præci- puè: & tu te modera in dando ante, & post statum, ut dece- bit in statu, & hora eius subtrahere consentiente uirtute, & re- curras ad ea, quæ supra de acutis. quidam opinati sunt, quod, cum hæc febris non accidat nisi ut plurimum robustis, & for- tibus, & in quarto timetur, quod parua est habenda sollici- tudo de ipsa uirtute; unde dant extinctiua, & parcitant dia- ta. considera. & Rasis in diuisionibus. Rege patientem regi- mine patientium causonidem; licet sit cum extinctione mi- nori. unde in hac febre, si non sit, quod prohibeat; ex bonis potibus est aqua frigida, ut. 9. therap. & conueniunt potus descripti de febre pestilentiali, & sunt optimi. Serapio ta- men concessit uinum album aquosum subtile: quod intelli- ge aut in declinatione, aut deficiente uirtute, & maximè in desiderante. & breuiter regimen ex parte sex rerum non na- turalium positum de febre pestilentiali est hic maximè con- ueniens excepto, quod aer in his nunquam debet calefieri; sed frigidari, ut ibi. & tenendus est patiens benè cooper- tus, ne frigiditate extrinseca accidat oppilatio, quæ causa fuit, & est ipsius febris. & te transferas ad loca dicta: de om- nibus sex rebus non naturalibus copiosus fies. & hæc pro complemento primi.

In complendo secundum scito, quod nono therap. inquit Gale. Synocharum sanatio phlebotomia est, & aquæ frigi- dæ datio. unde Rabi Moyses decima particula aphorismo- rum suorum, & autoritate Gale. inquit. Curationis syno- chæ tramites omnes cessant per omissionem phlebotomiæ. & probat id Gale. allegato loco. & ideò te nunquam intro- mittas, nisi prius phlebotomiã feceris. quod, si primò omitti- tur, deinde uirtus non consentiat eam; periculosa facta est. omnes autoritates concordat de ipsa fienda in principio. unde nono therap. Qui non fuerint phlebotomati, in ulti- mum deuenere periculum: si non erexerit eos ab eo uirtu- tis robur, aut hæmorrhagia, aut sudor multus. & iterum, si non sit phlebotomia; hos suffocari, uel syncopim pati demum oportet, uel debilitabitur natura uasorum propter febris calorem. est itaq; primò à phlebotomia incipiendū inquit Auic. principio de cura eius. Intèrio in curatione febris sanguinis est euacuatio plurimi sanguinis usque ad syncopim. sed de hac tali euacuatione ad syncopim iuenis autho- res discordes. eam laudat Gale. nono therap. & Auenzo- ar, & Azaruius: Auerro. autem septimo colliget eam uitu- perat adducens contra Gale. rationes quinque satis appa- rentes decimosextimo continentis inquit. Magnæ sagacita- tis est non subtrahere sanguinem subito usque ad syncopim; sed secundare trahendo prima uice medietatem, & alia ui- ce aliam medietatem. cui sententiæ consentit Gordonius laudans eam magis partiri: ut partè facere de mane, & par- tem de sero. & potest se fundare super dominum Auicem. hic, cum inquit. Et partitio quidem in ea melior est, si non fuerit, quod necessariam faciat festinationem. & quia hæc phlebotomia est solemnissima euacuatio, cuius utilitas, & nocu- mentum est uulgò manifesta, estq; eidè abhominabilis ma- ximè, quando magna quantitas sanguinis euacuatur ultra- communem mensuram, & præcipuè quando uenit ad syncopim; ideò non mireris, si de ea tantum locutus sum. dicã ita- que cum Auicem. duce meo, ac medicorum Principe, quod in febre synocha inflatiua in principio competit phlebo-

A tomia, & usque ad syncopim inclusiuè, quando medico con- stat, quod ipsa est necessaria: ut quia propter multitudinem sanguinis timetur mors per uiam suffocationis: ut quando uidet medicus ægrum in anhelitu uehementer difficultari, anxari: & quod ipse est repletissimus: & ita de aliis signis repletionis. item & secundò, quando timetur ex omissione eius futurum apostema in membro aliquo principali. & per- suadentur hæc ratione; quia sic faciendò maius euitamus pe- riculum, & minus incurrimus: melius nanque est in syncopim cadere, etiã per uiam resolutionis, à qua releuatur pa- tiens cum cibo subtili, & quiete, fricationibus, aspersione aquæ frigidæ in faciem, quàm mortem incurrere. & hæc in- tellige fieri debere, quando corpus est robustum forte, & quando cætera tali phlebotomiæ consentiant. secunda con- clusio, quod si non sit, quod te festinet ad eam sic faciendam, etiam, quia corpus non est tale, ut dictum est; melius est eã partiri, quàm ad syncopim ducere. & hanc credo senten- tiam intellexit Auicem. cum dixit. Et partitio quidem in ea melior est, ut hic antè. unde hic attende pro tui doctrina,

B quod Gal. fuit audacior super phlebotomiam, quàm Auicem. quoniam corpora græcorum aliis paribus sunt robustiora, & magis plethorica orientalibus. unde oriundus est Auicem. nam græci plurimo utuntur uino, & eo multum se replent: orientales autem eo omnino priuantur. & ideò copiosior in græcis fieri potest. considera. consimiliter est aduertend- dum in corporibus ultramontanis Boemis, Polonis, & hu- iusmodi, quæ sunt multum robusta carnosa, multòq; cibo, ac potu se replentia, ueneri, & baccho in totum deseruientia, in quibus non inconueniret usque ad syncopim eam fa- cere, consentiente uirtute, & aliis. in Italia autem, quia ut- plurimum non reperiuntur talia: ideò forte medici non sic ausi fuerunt super ipsam ad syncopim faciendã. & ideò par- tiuntur eam, ut Gordonius inquit. Mihi uidetur tutius fa- cere phlebotomiam in multis uicibus, donec deficiat ma- teria, & non patiens: & magis diligo, quod ægritudo ali- quantulum plus prolongetur, quàm si mors mihi imputare- tur; quoniam aliquando fallimur credentes, quod æger sit fortis uirtutis. ergo fiat phlebotomia mane, & sero, & mul- tis uicibus. & per hanc phlebotomiam complentur duæ in- tentiones: prima, quia euacuatur materia replens sua quan- titate peccans: secunda, quia per ipsam remouetur inflam- matio; quoniam phlebotomia est de maximè refrigeranti- bus. & ideò dixit Auicem. Et scias, quod phlebotomia, & su- mme in potu aquam frigidam quandoq; excusat ab infrigi- datione alia. unde supra. 9. therap. Ex sola phlebotomia usque ad syncopim liberatus est æger ex synocha. tertia con- clusio, quod ubi esset necessaria, & fieri non potest ratione ætatis, uel propter infirmi delitiam, & quia non uult eam pati, & similiter astantes, & huiusmodi; loco phlebotomiæ applica uentosas spatulis, aut naticis & melius: aut prouo- ca sanguinem per fluxum sanguinis nariu, per hæmorrhoi- das, per menstrua, & huiusmodi. quod si contingeret sangui- nem exire ex se; nullo modo constringas, nisi ad debilitatè magnam ægrum perduceret. quarta conclusio. conuenien- te phlebotomia fiat de manu. i. de brachio. Auicem. sed interro- gabis, de qua uena ait Rabi autoritate Gale. In omnibus speciebus synochæ festina minuere ex uena cordis. i. ex ni- gra. & causa redditur à quibusdam; quia in hac uena maxi- mè continetur multitudo sanguinis, à quo febris ipsa depē- det. unde Isaac. Si pectus doluerit; aperiathepatica: si non; mediana. quidam uolunt quod, quando sanguis peccat solum ratione multitudinis; debet fieri de uena brachii dex- tri: sed quando cum multitudine est acuitas; debet fieri de sinistro propter feruorem cordis. quinta conclusio, quod quacūque hora medicus occurrat ægro; debet ipsam quàm citius potest facere, nisi sit, quod obstet. hanc conclusionem uoluit Auicem. dum inquit. Euacuatio autem non est aliqua, sicut phlebotomia ex manu, in quacūq; hora accidat: & non expectetur crisis, neque digestio, nisi sic repletio nau- seatiua, quam remouet Gordonius cum fricationibus ex- tremorum, abstinentia, & impositione clysteriorum. & hic habes pro canone generali, ut supra de canonibus genera- libus putridarum, quod ante phlebotomiam facias euacua- tionem lenitiuam. & Gale. 9. therap. iubet non expectare

Ante Phle-
botomiã
fiat euacu-
atio leniti-
ua.

horam

De febribus

horam electam: sed & de nocte facere, ut ipse fecit in iuvene quodam patiente synocham inflatiam, antequam in putridam transuerit. & Gordonius. Nec in phlebotomando in hac febre dictum numerum attendere debemus. in oppositum cuius scribit Platearius dicēs, quod sanguis detrahendus est usq; ad quartū diem: quartus uerò dies sit exclusus. sexta conclusio. secundum aliquos cauendum est, ne in statu fiat phlebotomia: quoniam uirtus est debilis, & amplius ab accidentibus debilitatur, & iterum ex phlebotomia debilitabitur. quare periculum est extinctionis ægri. considera. & est Gilberti. septima conclusio, quod post phlebotomiā per duas horas, nel circa da cibum ex mica lota in aqua frigida uino granatorum. comedat lactucas, lentes acetosas, succos acetosos, & huiusmodi infrigidantes, ut supra de peste. octaua conclusio, quod ubi uirtus uideatur satis notabiliter defecta ex tali phlebotomia; ordina, ut dormiat post eā, ut Gal. allegato loco inquit. Et in quinta hora diei inueni cum graui somno detineri adeo, quod nō sentiebat ministros, dum sordorem eius abstergerent, neque excitauit eum usq; ad primam horam noctis: sed iussi ministris, ut sudorē abstergerent. & hic nota contra illos, qui semper post phlebotomiam somnum prohibent. nona conclusio, quod, si talis extinctio non potest phlebotomia fieri aut propter metum infirmi, aut propter aliquam talem causam, ut supra ad aquæ frigidæ exhibitionem ueniendum est nullo, aut paruo ex eius potu proueniente nocumento. magno uerò eius potu proueniente nocumento ab eius datione abstinendum, & aliis oportet uti auxilijs, quæ obstructionem aperiant, multitudinem euacuant, & febris feruorem humiliant & dosis est lib. iij. quidam usq; ad mutationem coloris ita, ut uiridis fiat. decima conclusio, quod, ubi non possit phlebotomia, neq; scarificatio, neq; aliquod tale fieri, quo sanguis euacuetur; tunc fac uentris solutionem cum pharmaco respiciente cholera; ut est rhabarbarum, scamonea, & huiusmodi, sicut in causone. & ratio canonis est; quoniam in his febribus, cum sanguis putrescit; ad naturam cholerae conuertitur, ut supra. in qua euacuatione expectabis, aut non expectabis digestionem secundum canones positos de hoc: & pro complemento canonis scito, ut supra, & potest esse canon. yndecima, quod, ubi in stomacho, intestinis, aut uenis meseraicis reperiantur materiae corruptæ; debet phlebotomiam præcedere lenitio uentris cum cassia, manna, aut clysterijs, collyrijs, & huiusmodi, ut supra de his in canonibus generalibus de cura putridarum. & tu ibi. duodecima, quod hæc lenitio fiat ad terminum. i. ad terminatum tempus; quia scilicet sit ita breue, ut non impediatur, siue differatur phlebotomia maximè necessaria, & cita. & aliquando possit esse ita necessaria propter periculum suffocationis in mora, quod postponeretur. & tu considera. & quia post phlebotomiam copiosam fortificata uirtute aliquando accidit fluxus uentris cholericus, & sudor copiosus; tu non debes stringere fluxum, nisi acciderit debilitas magna, neq; sudorem: imo debes continuè abstergere: quoniam sic fortasse sanabitur, ut Gal. 9. therape. postremò nota, quod, si acciderit fluxus sanguinis, ut uerbi gratia narium, & ex ipso infirmus ad syncopim appropinquare inciperet; debes statim eum restringere. & causa; quoniam talis euacuatio non fit à natura nisi cum magna euacuatione, cum ipsa sic eligat euacuare. unde euacuatio naturalis non ita debilitat uirtutem, sicut artificialis: quoniam eam elegit. & ideò cum maiori euacuatione ad terminum syncopis uenit, quam quando fit euacuatio ex arte, considera.

Pro complemento tertij canonis, qui fuit oppilationum apertio, aperitiua da, incisua, & caliditatis sedatiua; ut est syrup. acetosus simplex, sy. de endi. cum aquis suis, ut supra. 4. c. cū seminibus communibus maioribus frigidis, & infra in sine rubricæ. & aliquando adde, si uidetur, aliquid de radice foeniculi, aut petroselini, maximè quando fortis est oppilatio. & tu compone cum his frigidis aperitiuis simplicibus & compositis, de quibus supra ad plenum. 4. cap. de digestiuis in dyscrasia sanguinea, & cholericis ualentibus. & tu ibi. & hic canon compleri habet facta phlebotomia, & non aliter. itē conueniunt ad eius complementū post ipsam phlebotomiam fricationes leues factæ ante cibi exhibitionem: ue-

rum authores præcipiunt ipsas fieri debere cum oleis rarefactiuis; ut cum oleo chamæmillino, & uino albo: sed non est in usu.

Pro complemento quarti, qui est sanguis rectificatio: si grossus; subtilietur, & in subtiliando ipsum non est ueritus Isaac calida administrare, quamuis obsint dispositioni calida. Gale. uerò nono therapeu. Elige attenuatiua, aperitiua, & mundificanti sine calefactione, ut non augeant febrem. & in hoc casu conuenit oxymel simplex. quod est temperatum, syrupus acetosus simplex cum aqua capillorum ueneris, & foeniculi ana. & ita compone calida cum frigidis uicentibus frigidis. & quidam administrat oxyzaccharum cū aqua foeniculi, lupulorum &c. tu etiam compone ex simplicibus positis allegato loco. quod, si fuerit subtilis; ingrossa cū regimine ex parte cibi, & potus dando lentem acetosam excorticatam, & cibos ualentes in distemperantia sanguinea, & cholericis, ut supra tertio ca. & similiter da digestiua in eisdem dyscrasiis ualentia. & tu ibi.

Pro quinto, qui est sanguinis infrigidatio, nota, quod omnes authores in exhibitione aquæ frigidæ conueniunt: & hoc ubi dari potest. unde Aui. Sumere in potu aquam frigidam, si non est, quod prohibeat; sanat, & fortasse excusat ab infrigidatione altera. sed nota, quod subdit. Et scias, quod esse contentum in infrigidatione, & dimittere phlebotomiam, & solutionem uentris est addere in oppilationem & coarctationem: aut supple eam de nouo facere. quare ad dicitur putredo, & caliditas, ut uelit, quod non detur nisi præcedente euacuatione. et ideò dicebat Aui. ueruntamen nō attendas ad uerba eorum, qui dimitunt euacuationem in hac febre, & solum alterantibus utuntur. & hic benè aduerte, quod, si contingat per phlebotomiam factam sanguine non esse sufficienter infrigidatū; fac istū canonem esse tertium in ordine positū. quod, si erit sufficienter infrigidatus; sufficiet tibi alteratio, quæ proueniet ex cōplemento tertij canonis supra immediatè positi: & tu considera. & scito, quod huius aquæ potus maximè conuenit sanguine etiam cū cholera inflammato: nam sic subtilem factam ingrossat, prohibetq; fluxum eius ad aliud principale, & statim febrilem inflammationem extinguit, & tantæ uirtutis existit, ut dicit Gal. ut si etiam aliqua tactarum causarum phlebotomia celebrata non fuit; ipsa sola sit sufficiēs ad curam, maximè ubi signa digestionis humorum obstructiui, si alii sint à sanguine, uisa fuerint. item scito, quod facta phlebotomia conueniunt infrigidantia extinctiua ex succo granatorum, iulep uiolato, aqua hordei, aqua decoctionis prunorum, sy. acetosus simplex cum aqua endiuia, oxyzacchara, & huiusmodi. & tua est mensurare gradum caliditatis, & secundum illa in tēpora etiam remissiora frigida administrare ex frigidis positis supra. 4. c. & de cura febris pesti. quibus locis habes copiosè. & tu ibi. & semper tenorē uirtus cōsidera; ne ex multa infrigidatione extingueret calor. ad hanc aut intentionē complendā conueniunt, & fieri debent epithemata, & alia infrigidantia maximè: & primò circa cor: hepar secundò: tertio circa tempora, & frontem. coactè tamen aliquando cogitur medicus incipere ab alteratiuis, & postponit phlebotomiam, sicut conuenit in casu, in quo febris esset arsiua intensæ. i. caliditatis, & insupportabilis ab infirmo. & in isto casu loquebat Ras. in diuisionibus, dum ait. si omittitur, supple, phlebotomia; stude ad dandum ei in potu aquā frigidā plurimam. & da ei in potu tm̄, quod satiet, aut infrigidetur aut tremat. si ergo deseret eū febris; iā sufficit tibi: & si redit & tu reitera, usquequo declinet febris leuis adhærens: & tunc rege ipsum regimine febris phlegmaticæ. & subdit, quod expertus fuit, & sanatus est. hortat autē, ut medicus non sit piger in eius exhibitione: quā stat ei de ipsius exhibitionis necessitate: & hoc, si cætera consentiunt eius exhibitioni, quæ posita sunt c. 7. supra in canonibus uniuersalibus febriū putridarum. dixit Auer. quinto colliget. Quā oīa particularia concordant in febre arsiua, & æger multum desiderat aquā frigidam; non est in hoc expectanda digestio: quia æger ante digestionē consumeret. & si feceris eum pati usq; ad digestionis apparitionem; tunc erit ipsa digestio mala, sicut hypostasis nigra, aut nebula nigra propter nimietatem combustionis: & tunc exhibitio aquæ frigidæ nō ualebit. & pro

pterea melius est in principio sine etiam digestionis signorum apparitione exhibere eam, & non curare de dictis aliquorum contra hoc; quia hæc est res uerissimè approbata: nam materia, quæ talem facit febrem, qualis ista est; cum sit in ultimo caliditatis, non est priuata digestionem nisi propter malam qualitatem acutam, non propter grossitiem, neque propter uiscositatem. & quando hunc infrigidabis; tunc statim erit materia digesta. & subdit. Melius est, ut conuertas talem febrem ad febrem lentam, & longam, quæ curari possit, quam æger subito moriatur: nam error, qui fit in alteratione complexionis febris, facilius est, quam mors. & ego credo, quod illi, in quibus digestio debet expectari, si detur aqua frigida; citius curantur, si uirtus extiterit fortis; quam uis ægritudo prolongetur. & Rasis recitat, quod duo iuuenes iter agebant in diebus canicularibus: quorum unus erat dominus, alter seruus, & ambo hanc ægritudinem inciderunt. & medicus domino aquam præbuit frigidam, & seruo non propinquit: & dominus euasit, & seruus mortuus est. & ex dictis horum uirorum, & aliorum authorum comprehendere poteris, quod, nisi sit, quod prohibeat eius exhibitionem; magis cõfisi sunt in eius datione, quam aliorum infrigidationis. & de hora exhibitionis iam dictum est. non itaq; mireris, si de eius exhibitione tam longum feci sermonem: quoniam multi ex antiquis, & ex modernis sunt in hoc contrarij. uerum Cermisonus noster audacior est, & securior super aquam hordei actu frigidam: nam aquæ frigidae potus in febribus communiter blasphematur apud nos: nõ sic apud orientales, quibus est potus continuus. & ideo oportet, ut, cum medicus uenit ad exhibitionem; illud faciat cum prudentia, & cautela. considera.

Postremò scito, quod audacior debes esse in exhibitione aquæ hordei in magna quantitate, & maiori, quam sit aqua frigida, & detur absq; zucchero propter oppilationem, & est modus securior. unde, cum uides patientem synocham multum inflammatum, & angustiantem ex bullitione cum inflammatione spiritualium, frequetia magna pulsus, & cordis, & non sit, quod prohibeat; potes dare de ipsa actu frigida usq; ad lib. vi. aduerte autem diligenter ad hos canones, & te secundum eos rege, cum occurrerit habito semper respectu ad tenorem uirtutis, & alia, de quibus supra.

Pro sexto. quia, cum sanguine ut plurimum in casu isto peccat cholera; hinc dentur cholerae euacuatiua ex lenitiuis, & fortibus mixta; ut cum rhabarbaro, & manna, aut cassia, aut electuario succi ro. & manna, aut cum pilulis aureis, & huiusmodi, de quibus ad plenum. 4. cap. de euacuantibus cholera: & similiter, si fuerit phlegma cum ipsum respicientibus ex debilibus, & fortibus, ut ibi. scito tamen, quod tamarindi sunt maximè remittentes feruorem sanguinis.

Pro septimo dicendum, quod perficitur cum aperitiuis dictis in complemento tertij. unde natura per ea redditur potentior ad ipsam materiam resoluendam. ad quem etiam complendum adiuuant fricationes, ut supra. stude, & recurre ad allegata loca, ubi eris remediorum copiosus. & licet hic canon compleatur per tertium, & in eo includatur: tamen ad maiorem tuæ doctrinæ claritatem sic eum posui.

Pro octauo recurre ad ea, quæ dicta sunt supra de cura accidentium acutarum. & ut ibi particularius satisfaciam quo ad complementum aliquorum canonum; hic adda simplicia, & composita illis deseruiencia magistralia, & experta: quodque in alijs seruabo rubricis, & maximè in eorum fine.

Simplicia in febre sanguinis conferentia: rosa, uiola, cucurbita, semina frigida maiora, & minora, solatrum, endiuiæ, lactuca, acetosa, nenufar, lupulus, & est propriè portulaca, plantago, limon, capillus ue. hepatica, anguria, & harum herbarum aquæ sublimatae sunt usuales, hordeum, & aqua eius, spodium, uinum granatorum, siue succus eorum acetosorum, & medij saporis, berber, dragaganthi, gummi arabici, liquiritia, cytonium, coriandrum: quia puluis eius super fercula, papauer tritus, & in ferculo positus, ribes, succus eius, ac sy. sandali, tamarindi, & hmõ: ut supra de peste.

Ex compositis sunt iulep, & syr. supra. 4. cap. & ea, quæ in cholericis conueniunt materia: oleum uiola. ro. & huiusmodi ex herbis iam dictis, troch. de sandalis, de camphora, de

A spodio, & maximè in declinatione febris: & ualent in confortatione hepatis: item troc. Aui. descri. 2. de cura eius: cerotum sandal. Mes. cerotum Gal. cerotum infrigidatiuum Serap. & tu accipe eorum species, & fac unguenta, & alia, ut placebit. unguentum infrigidans Gale. unguentum rosatum Mesuq.

Ex compositis magistralibus. Recip. aquarum ro. 3. iiii. acetosa, endiuiæ ana. 3. ij. uiolarum, & si magis nis infrigidare nenufa. ana. 3. iiii. lupulorum. 3. ij. acetosi simplicis, uel oxyzacch. 3. vi. uel loco syr. pone uini granatorum. 3. vi. zuchari tabarzet. 3. ii. & iulepiza.

Ex confectiõibus cõuenit manuschristi perlatum cum modico sandalorum confectum in qualibet hora exhibendum, dando de eo cum potu aquæ hordei, ut supra. item tria sandali. item electuarium. Recipe zuchari uiola. buglossati ana. 3. ii. manuschristi perlatae dissoluti in aqua ro. 3. i. margaritarum, electua. de gemmis. 3. i. misce. & pro nobilibus cooperiatur foliis auri: de quo detur ad libitum ante, & post cœnam. Et ex habitis compone similiter, ut tuo conueniet proposito: nam, si sanguis fuerit grossus indigens subtiliatione, ut in synocha facta phlebotomia; da subtiliantia aperientia, frigida tamen in uigore: ut Recip. ex syr. frig. & cal. & similiter ex aquis conuenientibus talibus, ut uerbi gratia, Recip. syr. acetosi simpli. oxymel. simpli. ana. 3. i. aquæ capil. uen. hyssopi ana. 3. i. s. aquæ endiuiæ. 3. i. misce, & aromatiza cum modico cinnamomi. & hic scito, quod, ut supra, est quasi semper grossus commixtione eius cum phlegmate: & ideo in commiscendo talia debes illa calida commiscere cum frigidis, quæ ipsum phlegma respiciunt. & proportione ualenter operare in conficiendo confectiõnes, & electuaria: nam calida habebis in de phlegmatica, & frigida habuisti, & habebis de pestilentia. & sic per te de nouo fabrica. & ut dictum est, maximè conferunt, quæ in cholericis conueniunt. & si opus est euacuatio; da cassiæ pinguis. 3. i. s. cum decoctione tamarindorum, lupulorum, & capi. ue. extractæ de nouo, & turbith præparati. 3. i. uel agarici præparati tantundem. quod si sanguis fuerit grossus mixtione melancholia; da cum decoctione epithymi, & thymi, diasennæ. 3. iiii. usq; ad. vi. & considera ætatem: uel cassiam cum decoctione fennæ, epithymi, uel thymi, & hmõ melancholia respicientium. & nota, quod ex speciebus trochiscorum componere potes sy. electuarium, confectiõnem, pilulas, & hmõ. & tu ingeniare ad magis utilia, & commoda.

B Et ex habitis compone similiter, ut tuo conueniet proposito: nam, si sanguis fuerit grossus indigens subtiliatione, ut in synocha facta phlebotomia; da subtiliantia aperientia, frigida tamen in uigore: ut Recip. ex syr. frig. & cal. & similiter ex aquis conuenientibus talibus, ut uerbi gratia, Recip. syr. acetosi simpli. oxymel. simpli. ana. 3. i. aquæ capil. uen. hyssopi ana. 3. i. s. aquæ endiuiæ. 3. i. misce, & aromatiza cum modico cinnamomi. & hic scito, quod, ut supra, est quasi semper grossus commixtione eius cum phlegmate: & ideo in commiscendo talia debes illa calida commiscere cum frigidis, quæ ipsum phlegma respiciunt. & proportione ualenter operare in conficiendo confectiõnes, & electuaria: nam calida habebis in de phlegmatica, & frigida habuisti, & habebis de pestilentia. & sic per te de nouo fabrica. & ut dictum est, maximè conferunt, quæ in cholericis conueniunt. & si opus est euacuatio; da cassiæ pinguis. 3. i. s. cum decoctione tamarindorum, lupulorum, & capi. ue. extractæ de nouo, & turbith præparati. 3. i. uel agarici præparati tantundem. quod si sanguis fuerit grossus mixtione melancholia; da cum decoctione epithymi, & thymi, diasennæ. 3. iiii. usq; ad. vi. & considera ætatem: uel cassiam cum decoctione fennæ, epithymi, uel thymi, & hmõ melancholia respicientium. & nota, quod ex speciebus trochiscorum componere potes sy. electuarium, confectiõnem, pilulas, & hmõ. & tu ingeniare ad magis utilia, & commoda.

De synocho.

Rub. 4.

Hic sic de synocha uis uenio ad ea, quæ synocho pertinent: cuius in præsentis talis ponatur descriptio.

Synochus est febris acuta continua ex sanguine ad intra uenas putrescente fm plurimum cãta. cuius cã est oppilatio in poris uenarum, & arteriarum cõtingens. & dr putrescente; quia per hoc differt à synocha, ut supra in descriptione eius. dicitur fm plurimum; qm nõ incõuenit, q sanguis extra uenas fusus in loco cordi ppinquo putrefactus faciat continuã, & synochũ. ite consilr non inconuenit, q sanguis putrefactus faciat interpolatã: ut pone, quod sit sanguis putrefactus, à corde ita distans, ut non possit continuare fumos putridos continuè usq; ad cor. ut pone, q hodie putrefiat unc. cũ qua põt continuare, & non cum minori, qua resoluta stet per spacium. xx. horarum, antequã unc. de nouo putrefiat. deinde putrefiat, & sic continue hęc putrefactio, patet. reperiuntur tñ opiniones ad contrarium: hoc. n. imaginabile est rarissimè, uel nunquã uenies. reliquæ particularæ, ut in descriptione synochæ. Nota, q licet sanguis ad intra uenas putreat; non tñ tota massa putret; quia oēs alij humores: qm natura tãtam, quia ultimã eorũ malitiam corrigere non posset. quare mēbra nutrimento priuarent: & sic omnis talis ex necessitate esset mortalis. dico secũdò, q licet alij humores in principio, qn sanguis incipit putrefieri non putrefiant; tñ, cum procedit febris de ipso solo putrefacto, sibi associatur cholera putrida, in quam sanguis cõuertitur: & sic componitur, & non est febris absolute simplex. propter quod dicebatur ab Aui. Et magis similis cum caustionide: & de hoc infra de compositione febrium.

Synochus quid.

Cano. Sauo.

H

DE

Simplicia conferentia in febre sanguinis.

Composita.

De febribus

DE CAUSIS eius dicatur, quod, quia causa synochæ sunt, uel esse possunt factiua synochi: & quia cura unius à cura alterius non uariatur, nisi secundum intensum, & remissum; nunc Aui. & alij authores unum tantum de eis calidum fecere. uerum ad putrefactionem sanguinis quoadque potest tanquam causa extrinseca concurrere ipsa cholera putrida, aut ipsum phlegma putridum ita, ut cholera putrida mixta sanguini ipsum putrefacit, & subtiliat, & phlegma ingrossat &c. propter quod Auicenna dicebat. Et hæc diuersitas cognoscitur inspectione.

DE DIFFERENTIA eius ad synocham dicatur primo antequam ponantur signa distinctiua; quod hæc differt ab illa in primo; quia hæc habet tres species, quas illa non habet scilicet epacmasticam, homotenam, & paracmasticam. epacmastica est febris de sanguine putrefacto, quæ continuè augmentando procedit. & causa; quia illud uaporosum putridum quod eleuatur, maius est, quam illud, quod resoluitur: quoniam est contra. & sic habetur secunda, quæ dicitur paracmastica, quæ est febris sanguinis, quæ continuè declinando procedit. quandoque uaporosum putridum, quod eleuatur, & illud, quod resoluitur, sunt æqualia. & sic habetur tertia species, quæ est febris sanguinea, quæ à principio usque ad finem in uno permanet statu. sed dices, si aliquando illud, quod resoluitur est plus, quam illud, quod eleuatur; quare non cessabit febris? dicendum, quod uapor faciens febrilem habet latitudinem ita, quod maior, & minor quantitas potest facere febrem. comparatur autem in hoc sermone quantitas uaporis facientis febrem. cordi occurrens ad quantitatem totam, quæ eleuatur: quæ secundum se totam cordi non occurrat, neque resoluitur. quod, si poneretur, quod febris inciperet à certa quantitate, & quod à minori causari non posset; tunc dicendum, quod statim cessaret febris, si succedens uapor esset minoris quantitatis. & hoc credo euenire in practica; quoniam aliquando incipiet quis febre, & paulo post cessabit febris. ex quibus apparet, quod in hac febre tempora distinguere non possunt penes accidentia: quia epacmastica est tota augmentum, paracmastica declinatio, homotena status. sed penes digestionem materie accipiuntur. & si queratur, quare non datur quarta species, quæ sit tota principium; dicendum, quod euenit propter amicitiam nature ad sanguinem. unde, cum sanguis alteratur, quamuis modo (nam de ipso nimium sollicita) statim insurgit rectificando, aut digerendo: unde statim apparent signa digestionis, aut contraria ex ista subita inuasionem. & ideo statim uenit ad alterum temporum: quod de alijs non contingit humoribus. si quis uellet; potest eam ponere: tamen illa à medico artifice sensuali non comprehenditur, neque usque modo comprehensa fuit. & si queritur, quare huic, & non alijs febribus tales tres assignantur species; dicendum, quod inter sanguinem, & naturam est quadam amicitia, quæ non est cum alijs humoribus: secundum quod sanguis ratione suarum qualitatum est cæteris magis aptus putrescere. cum itaque sanguis putrescit; statim (ut dictum est) natura mouetur forti conatu ad ipsum rectificandum, & bonificandum. & ideo in tali motu aut plus resoluit, quam putrescit. & sic habetur peracmastica. aut non potens uincere stat in medio; quia tantum resoluit, quantum putrescit. & sic habetur secunda homotena dicta. quod de alijs non contingit humoribus; quia ipsi ab eius regimine facilius relinquuntur, & deficiente materia, uel aliunde adiuta cessat febris. considera. secundum differunt: quoniam synocha est maioris inflationis, quam synochus, & plus per flammam infestat, quam illa per putredinem: est tamen citioris euacuationis, & securior synocha, quam synochus. tertio; quia in synocha est peccatum in quanto: in synocho uero in quali, & in quanto. propter quod, ut infra huic proprie debetur digestio. quarto materia synochi magis per totum expanditur, quam synochæ; quoniam quod à putrido tangitur, putrescit. quinto, quoniam synochus pluries facit crisis cum euacuatione manifesta, quæ semper plurimum est fluxus sanguinis narium: & quoniam cum eruptione hæmorrhoidum, menstruorum, uel alio modo per exitum ipsius sanguinis: quandoque per fluxum cholericum uentris, ut Aui. quandoque per sudorem, quandoque ad uariolas terminatur, quandoque per apostemata inguinum, & huiusmodi. & hæc est crisis bona, & laudabilis, quando signa præcedunt digestionis.

DIFFERUNT secundum ex parte signorum: primo ex parte exeutiui; quoniam urina in hac est rubicunda, uel subrubicunda spissa cum liuidate, & foetore: in synocha uero absque liuiditate, & foetore: liuescit. n. in synocho urina; quia per actionem caloris ignei, & fortis partibus igneis, & aereis consumptis resoluntur in aquosas remanentes sine luciditate. ite egestionis sunt foetida in synocho, & à suo colore naturali magis mutata. item sputum ad aliqualem amaritudinem declinat. & hæc omnia accidunt; propterea quod synocho continuè disponitur sanguis ad conuersionem eius in cholera semper parte eius subtili, ut supra.

A substantialiter inherentes iam dictum est in secunda differentia. item eius calor ad tactum est mordacior: & cum dicit Aui. est æqualis respectu aliarum putridarum: synocha uero mitis. item in synocho est oris amaritudo.

Ab actione læsa, pulsus est in synocha ordinatus: in synocho inordinatus propter uirtutem non esse ita forte, & systole maior, quam diastole propter necessitatem expulsiōis uaporum putridorum: contra in synocha. & pulsus est maior in synocha; quia in ea est maior inflammatio. sed hic considera; quia aliqui tenent oppositum: fundat. n. se super Aui. cum inquit. Et illius ex ea, quæ est à putredine caliditas, & accidentia sunt uehementiora, & ita in rei ueritate sunt uehementiora, & uirtutem magis terrentia. unde dolor capitis intensior, eius grauedo maior, uigilia, mentis alienatio, inquietudo, tristitia hæc multo plus, quam in synocha. & consequenter dicat quod magnitudo in synocho maior accidit propter uirtutis debilitatem maiorem, quam in inflatiua. considera. sicque habes quod signa demonstratiua synochæ sunt, & synochi denunciatiua. & hæc tibi de signis demonstratiuis synochi sufficiant.

De signis autem demonstratiuis specierum eius dicendum, quod ista signa in eis apparent: uerum in epacmastica in principio. apparet remissa: deinde continuè intenduntur usque ad quartum, uel quintum: deinde fit crisis. est. n. communiter dies quarta status eius: quamuis quoadque perueniat ad. 20. ut supra Passionarius de synocha. in paracmastica uero est contra: continuè remittuntur. in homotena uero continuè æqualiter procedunt usque ad statum.

PROGNOSTICA. Sicut in synocha dictum est, ita in synocho tenendum, quod quantum est à principio morbi usque ad apparitionem digestionis; tunc est à prima apparitione digestionis usque ad statum. & tu ibi. & consilium prognostica ex parte urine in synocha dicta hoc afferant loco. Synochus consuevit uenire tempore pestis: quem aliquando sequuntur mala accidentia ut difficultas anhelitus, morbilli, uariolæ, erysypelas, carbunculi, fluxus sanguinis narium.

Signa mala in synocho, difficultas sermonis cum profunditate somni, apæ gutturis, uexæ, aut amygdalarum, syncopis, aut alienatio, cursus lachrymarum, uariolæ liuidæ uiolaceæ acutæ, & cutim maximè pungentes: ite projectio ægri de loco ad locum, inflatio uentris resonantis, ut tympanum cum percussione; & maximè quoniam ex solutione uentris inflatio non quiescit, tunc scias, quod morietur, & proprie si exiuerint uariolæ uirides.

Si exhibito clysteri non assellauerit patiens; pessimum est, & mortis signum: nam uirtutem defectam significat.

Si apparent pustulæ nigrae, aut liuidæ; significant mortem. Apparitio signorum digestionis cita, aut tarda longum, aut breuem significat morbum.

H In epacmastica est timor mortis propter debilitatem uirtutis, & multitudinem materie, quæ paulatim inualefcit contra naturam, & raro in hac est crisis ad bonum. & ideo est alijs deterior.

In paracmastica est spes salutis propter contrarias causas. Homotena uero medio modo se habet inter has.

De permutatiōe uero dicat, quod aliquando permutat ad lethargum per plurimam in frigidationem factam in partibus capitis: quoniam ad sirsen propter multum incendium, & conuersionem eius ad cholera, quæ si apostemet, faciet sirsen: quoadque ad caufonidem, & ultra, ut de synocha dictum est.

CANONES. Et licet hæc difficilius curæ sit, quam synocha tamen quasi iude sunt semper seruandi canones; ut in synocha, ut statim apparebit. unde Gilbertus. In utroque aut eadem est cura, uariata. scilicet semper magis, & minus. & incipiendo à primo, qui est ordinatio dixit dicendum, quod eadem est, uel similis ei, quæ in inflatiua. unde debes, ut ibi, considerare propinquitatem status, & longinquitatem, & secundum hoc regere infirmum incipiendo à subtili.

subtili, ut est mica panis, & huiusmodi, ut supra tertio ca. & tu ibi: nam ægritudo est acuta, & peracuta, & ultima. unde ad ultimas ægritudines ultimæ curationes ad perfectionem sunt ualentes: & quibus continuus est status, continuo tenuiter reficere, ut supra de acutis. & tu ibi. & declinet tota ad frigidum, & humidum, ut allegato loco copiosè.

Pro secundo qui est euacuatio fiat phlebotomia immediatè, utrum usque ad syncopim, ut de inflatiua dicebatur; dicendum primò, quòd minor quantitas sanguinis putridi ducit corpus ad syncopim, quàm non putridi: quoniam cū synocho est uirtus debilior. & ideò non est extrahenda tanta quantitas, ut in synocha, ut. 1. 1. therapeu. 5. capi. ad quod concurrat, quòd sanguis in synocho non est ita aptus exitui & euacuationi. item etiam minoranda est phlebotomia in synocho; quia per ipsam, & si fieret usq; ad syncopim; nò ita cito, & subito posset cessare febris: quia putredo per ipsam ita cito non remoueretur, neq; sanguis æquaretur: in synocha autem per ipsam phlebotomiam subito aliquando cessat febris; quia tollitur inflammatio, ut supra de synocha. Gal. 9. therap. non fit putredo, considera. & ideò, ut dictum est in differentiis, in synocho expectamus plures crises. nunquid, si postponitur à principio fieri deinde debeat, cum dicat Aui. de cura putridarum. De phlebotomia cum postponitur; non est amplius ad eam intentio. i. tanta, quanta fuit à principio. quòd, si comprehenditur sanguinem esse aquosum per admixtionem phlegmatis aquosi; tunc fiat phlebotomia minor. de hora autem dicatur proportionabiliter, ut in inflatiua. & tu ibi.

Fiant euacuationes lenitiuæ, & minoratiuæ, ut de synocha dicebatur, & maximè corpore ente styptico.

Digestio, quia prohibitio fiat, ne sanguis ulterius putrefiat: & hoc cum extinctiuis frigidis, & siccis, ut supra. 4. ca. de digestiuis in causa sanguinea, & cholericis ualentibus, si materia fuerit subtilis, mixtione cholera. quòd, si illic fuerit phlegma cum sanguine peccans, quæ res comprehenditur inspectione ipsius sanguinis; da digestiua phlegmatis moderata propter caliditatem sanguinis: de quibus allegato loco: & tu ibi.

Euacuatione iterata post digestionem exhibe euacuationem mouens cholera, aut phlegma sicut præcessionem digestiui. & breuiter regatur patiens regimine magis exiccatiuo, quàm in synocha. vñ humida nò sunt hic ita còueniètia, ut patet.

Reliqui canones adducantur hoc loco secundum ordinem suum, ut supra in inflatiua. & seruando ordinem supra positum ad clariorem doctrinam casum hic de eis in suis positionibus terminis.

Casus. Vulpianus Pampiniani socius ætate annorum xxx. uel circa, uirtute fortis quo. f. ad uiralem, animale, & naturalem, cordis parumper calidi, & non excelsiue, renu fatis calidorum, intestina in complexione, & compositione inter mediocritatem habens, habitudine carnosus, & in spermaticis robustus, complexione sanguineus, colore brunus, cum amplitudine uenarum, & earum plenitudine, arte caupo, & bibulationibus deditus, maximè uini rubei puri, ociosam ducens uitam, multum repletus, uentre satis lubricus, medicaminibus non consuetus: sed bene phlebotomiæ, quam omni anno consuevit facere de mense Maij, quam nò fecit in præsentis anno. ob iter, quòd fecit pedes de ciuitate Pifarum usq; Romam de mense Iunij, die octaua eiusdem mensis calore aeris satis estuante incurrit circa. xxij. horam diei quandam lassitatem cum grauedine totius corporis, & cum quadam somni profunditate, in quo somniauit res rubeas uidere: & tunc iuit dormitum, & satis profundè dormiuit usq; ad medium noctis. deinde expergefactus est cū magno caumate, & petijt potum, & fecit sibi dari uinum modicum lymphatum; quia non consuevit eum lymphare. unde in crastinū mane uocatus Siculus noster, quia nona mensis, comprehenso ex informatione astantium, & signorum supra positum, ex parte pulsus, urinæ, & horum, quòd febreret febre synocha; tunc immediatè ordinauit clystere lenitiuum ex bliti, malua, matre uiolarum, & huiusmodi, ut supra de canonibus uniuersalibus febrium putridarum: deinde quòd fieret phlebotomia de uena nigra; quia non comprehendit sanguinem esse multum inflammatum, & acutum

A incipiendo curam ab ea, ut præcepit dominus Aui. & dato, quòd comprehenderet multitudinem sanguinis peccantis, tamen, quia non timuit de suffocatione, propter moram nò fecit eam usq; ad syncopam: sed ordinauit, ut extraheretur libra una; quia si timuisset, eam ad syncopim fecisset pp fortitudinem, & robusticitatem, & alia, quæ in eo erant eà tolerantia. & fundauit se super dictū Aui. de cura eius. & partitio melior est in ea, si non fuerit, quòd necessariam faciat festinationem: ut & Gordonius, & multi alij ualentes uiri docuerunt. deinde comprehendens, qd sanguis, ac totū corpus nò erant sufficienter infrigidata, ordinauit, qd post phlebotomiā daretur aqua hordei in quantitate unius libræ cū 5. iij. iulep uiolati, fecitq; eum sic stare per duas horas, post quas ordinauit dietam. & quia ex aspectione sanguinis uidit non esse cum eo multam aquam; imo qd erat citrinus, & in tenax rubedinis. & cum ipsum in uase plano cū uirgula forti in frustra diuideret; cognouit ipsum non esse uiscosum, & solidæ substantiæ. propter quòd iudicauit ipsum esse inflammatum ex cholera admixtione. unde ordinauit ad frigidū,

B & humidum declinantem tam ex parte cibi, quàm potus, ut. 3. ca. de ipso in calida, & sicca complexione ualente, etiā quòd pro tunc subtilis esset: qm æstimauit statum propinquum. item præcepit, ut non dormiret. quòd, si comprehensisset, quòd ex ipsa phlebotomia fuisset multum debilitatus; ipse impaudè ordinasset, ut dormiret, ut supra Gal. 9. therap. in. xxij. hora ad eum rediens inuenit etiam indicante urina, ac pulsu, quòd ipse adhuc erat inflamatus, & quòd non erat conuenienter sanguis extinctus. unde ordinauit, quòd iterum absq; percussione uena aperiretur, & quòd extraheretur. 3. vi. sanguinis de nouo: & ita actum est. deinde, quòd daretur lib. 5. extinctiui dicti: deinde dieta, ut supra. ordinauit deinde, quòd si firet; daretur aqua cocta simplex cū uino granatorum, aut aqua hordei cum iulep rosa. & hmōi. sequenti autem die, quia decima, cum ad eum ueniret: inuenit eum adhuc calentem, & ipsum aliquantulum dormiuisse: & tunc præcepit, ut fieret ei clystere infrigidatiuum, lenitiuum ex malua, matre uiolarum, bliti, nenufare, oleo uiola. & sale, cum modico hordei. & cibauit eū dieta grossiori ex spinachiis, & lactucis in brodio pulli macri. & ordinauit, quia bibulus, & nunquam aquæ consuetus, ut daretur uinum album pauca uinositatis, etiam cum aqua ueri frigoris lymphatum: & sic per aliquantulum temporis post prandium quieuit, ac dormiuit. sero autem ad eum rediens percepit adhuc aliquid caliditatis; & tunc ordinauit epithema cordi infrigidatiuum, & ipsum continuare per totam illam noctem, & ea nocte cum firet, quòd daretur iulep rosa. cum aqua aceto. & endiuia, aut rosa. cum aqua hordei. item ordinauit in còplendo tertiu, & quartū canonē ut die. xj. mane in aurora daret syr. aceto. simplex cum aqua capil. ue. & endi. & modico aquæ foeniculi, & frigidū, & quòd còtinuaret usq; ad tres dies, quia usq; ad decimum quartum. deinde pro còplendo sextum ordinauit solutiuum ex manna, & rhabbaro in die decima quinta assumēdo cum canonibus suis cum decoctione tamarindorum, prunorum, & hmōi in aqua endiuia. in decima sexta autem sudauit copiosè, & liberatus fuit in totū. uerū post quartū diē ordinauit fricationes oī die bis. s. fieri mane, & sero ante cibum. dabatq; deinde dietā conuenientem, ut supra de acutis. & hoc ordine procedendum est, ubi esset synochus cum canonibus suis, quos per te reuide: & hæc in præsentiarum sufficiant.

C Pro accidentibus uerò recurre ad ea, quæ de acutis &c. **De febribus cholericis continens quatuor rubricas. Cap. 12.**

De diuisione, causis, & signis feb. cholericarum in generali. Rub. 1.

V testatur Aui. prima primi de humoribus, & ut pposito nostro satisfacit, cholera diuiditur in naturalem, quæ est humor utilis non extraneatus, & in nò naturalē, q talis dr aut pp cam extraneam, q ei admisceat, aut pp cam i le; quia eius substantia e nò nalis, sed extraneata & hæc appellatur pura nò naturalis. alia, q est talis p admixtionem,

Cholera
rum diuisio.

De febris

tionem, est non pura, & non naturalis: & dicitur cholera non pura nota, seu famosa. quando quod est ei admixtum, est phlegma. quod si fuerit melancholia; dicitur non pura minoris famæ. ab his itaq; cholera diuersa causant febres; quia diuersarum denominationum: nã quæ causatur à cholera pura nõ naturali, dicitur tertiana pura: quæ uerò à cholera non naturali non pura, dicitur tertiana non pura, siue nota, siue famosa, aut minoris famæ, ut dictum est. quod si cõtingat duas tales materias esse in diuersis locis, ita, quod quælibet moueantur ad causandam febrem ita, quod paties omni die febriat; appellatur tertiana duplex.

Et ut habeas modum loquendi medicorũ, ac melius circa materiã moderari scias; scito, quod, quando cholera nota est per admixtionem phlegmatis aquosi: quod in eius exitu comprehenditur, & per alia signa infra; tunc febris dicitur tertiana de cholera citrina. quod si phlegma erit grossum; dicitur tertiana de cholera uitellina, quæ colori uitellorum similis existit. quod si fuerit febris de cholera minoris famæ, quæ est talis per adustionem; tunc dicitur tertiana non pura de cholera adusta: & hic ingrossatur per ipsam adustionem, & ad naturam tendit melancholiæ, & sic durat ultra spatium. xij. horarum, & multum: sed hic est locus speculationis, de quo in sequenti rubrica. quod, si fuerit talis per admixtionem melancholiæ: quod comprehenditur, quia calor tendit ad rubrum, non clarum, nec floridum; tunc dicitur tertiana non pura per admixtionem melancholiæ. reperiuntur autem præter has species alia duæ. scilicet prassina, siue uiridis, & æruginosa: nam prassina per adustionem uitellina, & æruginosa, siue zinaria per adustionem prassinæ generatur, quæ est omnibus calidior: & dicitur de substantia uenenorum Auic. allegato cap. & ideo omnibus peior, & magis pernitiõsa. iuxta quæ est uidentum primò, si ex his duabus speciebus febris tertiana generari possit: secundò ne aliquid intactum relinquatur, nunquid ex naturali cholera non putrescente, ut de sanguine dicebatur, ipsa etiam tertiana causari possit.

Ad quæ in paucis respondens pro primo adduco Conciliatorem nostrum, qui differentia. 91. inquit. dicendo, quod ex cholera proprie æruginosa, febris, neq; aliqua ægritudine potest causari: sed potius uomitu emittitur, aut mortẽ repentinam inducit. & adducit textum Isaac quinto febrũ si inquentis. Prassinam impossibile est in hepate generari; neq; transit à stomacho, neq; generat febrem; quia non tanto tempore in corpore permanet, ut putrescat, & febrẽ generet; natura enim semper se coadiuuat, ut eam à corpore expellat propter eius malignitatem. quod, si natura defecerit eam expellere nequens; inteditur cor, & homo moritur. subdit itaq; si talia de prassina accidunt, quanto maiora, & certiora ex æruginosa euenient. unde. 3. Alimentorũ. Omnes alia cholera uidentur euacuari etiam ægrotante corpore uiridi excepta. post autem hæc authorum uerba Conciliator inquit. De cholera uerò prassina non simpliciter enunciandum, quod febris ex ea omnino possit gigni: maximè cum non sit condensata, ut æruginosa generetur et non solum in stomacho: uerum; ut dictum est in uenis, ut aliis coniuncta humoribus: non fit etiam, ut æruginosa natura odiosa: ut statim percepto eam expellat nocumento, neque putrefactioni resistens. quod fortasse uidetur concedere Aui. prima quarti inquit ipsam fieri ex chymis subtilibus plurimum, quorum est cholericum uehementis subtilitatis, & profundatio malæ substantiæ uenensæ, cui iam accidit putredo in corporibus calidæ complexionis, & sicca ualde. ista uerò mala substantia uenensæ, qua profundatur cholera secundum plurimum, uidetur prassina: cum ipsa dicta sit de genere uenensarum. & ego quidem febrem istã uidi in quodam iuene complexionis siccissimæ, & calido etiam ualde, cum accidentibus etiam huiusmodi, ut calore uehementi interiùs, siti, frigiditate extremorũ, syncopibus aliquando, & affligebatur per tertium maximè: qui fluxũ largissimo uentris superueniente cholera prassinæ aquosæ febris cessauit. in cuius etiam fluxu ob uirtutem laboratum fuit in restrictione. & iste quidem deinceps inappetibilis factus, & uix deglutiens, nihil sumens circa septimam abinde tabefactus expirauit. nocte autẽ illa praua cholera cor,

E & ipsius spiritus uenenauerat innatos, & quoniã quæ sunt huiusmodi cholera, raro emergunt; authores uidentur sibi inuicem discordare: cunq; huius artis plurima experimento magis; quàm ratione capiantur. unde de his, quæ raro contingunt, certificari non possunt, interiorum quinto. hæc ille. hic autem adducere authoritates authorum, quæ uidentur inter se aduersari, esset ipsam quæstionem decidere, quod hic non intendo: sed solum testimonio Conciliatoris nostri stare. de his etiam aliquid infra suo loco. cõsidera. de secundo autem dicitur rubrica de tertiana continua. & tu ibi. iuxta autem has diuisiones sequitur hæc ultima. febrũ cholericarum alia interpolata, alia continua: interpolatarũ autem alia pura, alia non pura, ut supra. & cõtinuarum alia non proportionalis, quia conclusa, ut causon: alia continua proportionalis, quæ scilicet de tertio in tertium excreseciam habet scilicet manifestam fortificationem, & manifestam quietem scilicet remissionem, & de his omnibus ad plenum suis dicitur rubricis. sed tamen pro nunc tantum dicatur, quod ex his cholericis scilicet non puris potest, & tertiana periodica, & causon, siue continua generari. & his febris maximè parati sunt, qui sunt cholericæ complexionis, & in statu, siue in iuuentute, quæ est omnium ætatũ cholera generatiua magis, & qui regiones habitant calidas, & siccas, & qui regimine utuntur cholericis, & uigilias, & ieiunium multum sustinent, & multum exercitantur. & multiplicantur in æstate, ut Hipp. infra. Aestate uerò causon, & febres tertianæ plurimæ, & intellige, ut secundo de differentiis feb. quando æstas suam seruauerit naturam, & post æstatem magis accidunt in principio autumnii.

Ex his patet, quæ sint causæ primitiua cholericarum februm, & sunt aer calidus, & siccus, regio talis, usus ciborũ, & potuum calidorum, labores superflui, sollicitudo magna uigilia multa, tolerantia multa, & sitis, & famis, siue ieiunij ira, furor, & huiusmodi, quæ humores habent inflammare, aut inflammabiles generare.

G Causa antecedentes est ipsa cholera, quæ putrescit propter conculcationem eius, & indebitam euetationem. unde cordi fumum putridum mandans febrem causat, qui putridus fumus est eius causa coniuncta, ut supra. 2. c. de causa febris dictum est: putrescit enim cholera ipsa quãdoq; extra uenas, ut in carne partibus cutis, & in faucibus uenarum magnarum, ut infra de tertiana continua: & sic facit interpolatam ut infra: quandoq; in uenis, aut arterijs per corpus diffusis: remotis tamen à corde, & sic causat continuam proportionalem; quã in uenis, aut arterijs partium uicinantium cordi: ut in uenis pulmonis, capsula cordis, in ore stomachi, aut in uenis hepatis: & sic est cã continua non proportionalis, ut causonidis: de quibus omnibus plenius infra.

H SIGNA demonstratiua. De signis dicatur, quod quædam sunt antecedentia, & quædam concomitantia. antecedentia sunt sensatio puncturarum in corpore, & dorso, maximè somni diminutio, deiectio appetitus, ardor, & morsio in ore stomachi, acuitas percepta in emissionem urinæ, & egestionum, & aliquando dextri temporis dolor, & ad illam partem magis mouetur cholera. Concomitantia autem febres cholericas in genere sunt sitis uehementia pro oris stomachi exiccationem, angustia, inquietudo, impatientia pro acuitatem, & inflammationem cholera, uirtutem uehementer stimulantem, alienatio propter motum cholera sursum & propter eandem causam dolor capitis maximè in dextra parte, ut dictum est, nausea, uomitus, amaritudo propter motum eius ad os stomachi, siccitas linguæ, labiorum, & aliarum partium oris, scissio labiorum, eorum uescitio, siue ulceratio ab ipsa cholera ascendente in labijs recepta, quæ sunt carnosa, & sui acuitate scindit illa. & quicquid accidit in eis ulceratio, & scissio uia crisis. & ideo dicunt uulgares hoc esse bonum signum. siccitas, siue uentris stypticitas, cholera habente raptum ad alia loca, quod cum contingit, exeuntia non sunt multum tincta.

Septem sunt ab Aui. posita signa febris cholericæ periodica tam puræ, quàm non puræ cõia. primum rigor, qui in principio paroxysmi incipit cum horripilatione, & punctura acus propter expansionem materia acutæ super mēbra sensibilis: deinde sequitur frigus. & dato, quod cum horripilatione

latione esset frigus; tamen postea magis, & fortius percipi-
tur eo, quod fuit in horripilatione reuocato magis calore
ad interiora. post hæc autem subsequitur rigor difficilis ual-
de, & difficilior rigoribus aliarum putridarum; & hoc quã-
tum ad motum concussiuum; quia, ut dixit Zoar, fortem ha-
bet rigore; quia humor cholericus mordacitius uadit ad
membra puri sensus; aliarum autem febrium materia non
sunt ita mordacitius, & naturam tantum infestantes, & cū
tali rigore percipitur caliditas ad intra propter caliditã
materiei, & frigiditas ad extra priuatiua reuocato calore,
& cæt. & idè est cum paucio frigore, scilicet positiuo, ut est
in phlegmatica, aut melancholica ratione suã materiei, &
sequitur eum puncturã acumen, & in processu suo acuitate
materie, & dato, quod sit uehemens; tamen cito recedit;
quia non est fortis extensiuè propter uelocem motum cho-
leræ ad extra eius subtilitatem, quæ cito resoluitur. & hic
quidem rigor in principio uniuersali est intensior, quàm in
augmento, & statu; quia materia cholericã in principio est
subtilior, & sic mobilior, & sic fortiolem causat rigorem.
in processu uerò per digestionem ingrossatur. unde in statu
est adhuc minus fortis. in phlegmatica autem, & similiter
in tertiana non pura, & in quartana est è conuerso; quia ma-
teria à principio est grossior, & cruda, & tardè mota, & de-
biles rigores faciens. cum autem in processu, & maxime cir-
ca statum subtiliatur; fortiores facit rigores. & idè Com-
mentator Alexandrinus super primo epidemiarum dixit, quod
artista cognoscens per hoc statum lætabatur, & idiota tri-
statur; quia credebat morbum augmētari, & debere pro-
longari. ex quibus benè consideratis medicus facillè com-
prehendet ipsarum febrium cholericarum tempora uniuers-
alia. & tu considera.

Secundum est, quia tam pura, quàm non pura recedit cū
sudore propter subtilitatem materiei, quæ est apta conuer-
ti in uaporem, & aptitudinem motus eius ad cutim, & ma-
ximè contingit, quando per alias uias materia non euacua-
tur; ut uomitu, secessu, & huiusmodi. & ut Isaac, hic sudor
consueuit esse in principio paucus; quia materia nondum
est benè digesta: item quia calor febrilis desiccatur eam.

Tertium urina eius rubea tendens ad igneam, in qua nõ
est multa grossitudo; & hoc, quãdo est ex cholera pura eius
mixtione. quod, si fuerit grossa non pura; erit urina cruda,
quia tenuis propter oppilationem, aut grossa propter gros-
siciem materiei cum ea expulsa; tamen erit cum ea rubedo
inflammata tendens ad albedinem propter mixtionem phleg-
matis, aut ad fuscum propter mixtionem melancholiæ; ut
infra de eis in sequentibus rubricis.

Quartum, quod in hac febre, cum manus tangit, corpus
percipit, quod in caliditate non fit additio; imo quandoque
minuitur inflammatio, & causa; quia uapor est iam in exte-
rioribus multiplicatus, in causone est è conuerso; quoniam
caliditas est in interioribus, & multorum uaporum, quos
manus reprimere non potest, & minuitur quandoq; in
declinatione.

Quintum, quia collectio signorum pro parte dictorum,
ut uigilia sine grauitate capitis propter acuitatem cholerae
stimulatis, & eius leuitatem, sitis, sudor, ira, & iam patet cã
eorum. sed nota, quod aliquando in aliqua non pura erit ali-
quis somnus cum grauitate propter multos grossos uapo-
res non multum acutos; item odium locutionis; quia spiri-
tus ex locutione motus exacuit cholera, uel quia organũ
auditus habent ex siccitate febris multum expurgatum. un-
de somnus ei occurrens ualde realiter imprimat, sicut cum
tangibile occurrit neruo discooperto.

Sextum, quia pulsus est uelocior respectu aliarum, & cã
patet, & est diuersus propter debilitatem uirtutis ab humo-
re factam; sed minor quàm in aliis putridis; quoniam humor
est minus grauis, & magis uniformis in suo motu putredi-
nis, & expansione caloris cum duritie propter siccitatẽ, in
aliis autem est diuersitas rone putredinis, & ipsius febris èt
propter grossitatem, & uiscositatẽ humorum magis suffo-
catiũ calidũ, & magis difformiter pcedentiũ in putredine.

Septimum est sumptum ab ætate, consuetudine, comple-
xione, arte, regione, tempore, multitudine euentus tertiana-
rum, & de his omnibus particularius infra.

De tertiana pura. Rub. II.

EX PEDITIS generalibus ad particularia uenio in
tium faciens à pura, quæ sic describitur.

Febris tertiana pura est febris interpolata à chole-
ra pura subtili, ac leni putrescente causata: cuius est de ter-
tio in tertium ægrum affligere secūdam naturam humoris
propriam, in septem periodis sē plurimum, uel ante termi-
nata. dicitur interpolata ad differentiam continuæ & causo-
nidis, quæ, & si contingat eas fieri à cholera pura, ut secūdo
de crisi; quia tamen natura propria humoris est in suo mo-
tu interponere quietem, quod in continuis non contingit:
idè non dicuntur puræ tertianæ. dicitur à cholera pura ad
differentiam tertianæ notæ, de qua in sequenti rubrica, quæ
à cholera non pura fit. unde hic credo, quod puritas chole-
ræ habet attendi penes eius simplicitatem cum subtilitate,
& lenitate ita, quod illa cholera est pura, cui nõ est aliquid
extraneum admixtum subtilitatem, ac lenitatem habens. &
propter hoc dixit Aui. de differentia inter puram, & non
puram. Pura est subtilis lenis. ex quibus inferitur, quod, si ac-
cidit adustio ipsi cholerae puræ, per quam ipsa ingrossatur,
sicut ex adustione contingit, illa efficitur non pura. & è cho-
lera, quæ est spēs minoris famæ faciens, cum putrescit; tertiana
nã non puram: nam per adustionem ingrossat, parsq; eius ad
melancholiam conuertit. & tu benè considera. dicitur pu-
trescente; quia à cholera naturali non putrescente non est
uisum febrem contingere: nam in præcedenti capi. dicebat
quod sanguini naturali ipso in sua naturalitate remanente in-
est facere febrem: aliis autem humoribus non, & cã redde-
batur ibi. & ita nullibi reperitur capitulum de tertiana con-
clusa de cholera non putrefacta; quamuis Auer. dicat ipsam
posse contingere, & causari: nam possibilitas est res ampla,
cui sē non est contradictio. Aui. de quintana, sextana. itē
ipsa nunquã sic contingeret, quãdiu permaneret; quã natu-
ra non habet de ea illam curam, quã habet de sanguine. quod si
accideret; curaret cura causonidis, uel continuæ proportio-
nalis: de quibus infra. usq; modo non est ab authoribus in-
uentum ipsam ad manus medicorum peruenisse. dicitur cuius è
de tertio in tertium: nam, licet de rone cholericæ, & maxi-
mè periodicæ sit de tertio in tertium affligere: tamen nõ uz-
let argumentum. hæc de tertio in tertium affligit. ergo ter-
tiana; quia aliqua febris composita, ut quæ est de duobus
quintanis, de tertio in tertium affligit. item errat, qui tertiana
nam iudicat per ipsam affligere de tertio in tertium solum;
quia potest fieri compositio duarum tertianarum, & erit pa-
roxysmus omni die, ut accidit in duplici tertiana dicta. &
idè dicebat Princeps, qui ergo considerat tertianã per pa-
roxysmum, errat in ea: imo oportet, ut attendantur signifi-
cationes alia. in simplici uerò non accidit sic error. dicitur
in septem periodis; quia accidit ut plurimum pp sui leuita-
tem, ac subtilitatem, nisi accidat error ex parte regiminis,
aut alterius rei, per quam cōtingeret ipsam ingrossari: quo
casu transiret in non puram. unde Hipp. 4. aphor. 5. 9. aphor.
Tertiana pura in septem periodis iudicatur longissima, ut
suprà. 2. ca. unde Aui. Et similiter pura non addit; cum non
accidit error, super septem periodos. unde Gal. in cōmen.
allegato aphorismi inquit. Tm facit tertiana interpolata in
uno paroxysmo, quãtũ tertiana continua aut causon i uno die
sed hæc terminatur in septem diebus, cū sit peracuta. ergo
& illa in septem paroxysmis. & dicitur uel ante; quã accidit, quod
cholera ad putredinẽ mota sit pauca, aut multũ subtilis, a-
pta finire in uno, tribus, uel quatuor paroxysmis. unde Aui.
Et aliqñ consumitur pp subtilitatem suæ materie in paro-
xysmo uno. & subdit, quod, si addat supra septem periodos ad-
ditionem plurimam; tunc non est de genere puræ.

Et, licet ex his appareat differentia inter ipsam, & nõ
puram; tamen multæ alia ponuntur differentia, quas ad do-
ctrinam clariore hic subiungam. & tu illas collige ex dicē-
dis signis: nam, & si per signa dicta contracta ad intensionem,
& remissionem à se inuicem differant: tamen unaquæque
habet signa propria, per quæ ab inuicem distinguuntur.
& sequendo ordinem nostrum initium faciam ab exeunti-
bus: urina in pura est rubea clara ad ignem tendens, æqua
lis substantiæ, & aliquando subtilis. Et Auicenna. in qua
non est multa grossitudo: imo supple est subtilis respe-

Et aliarum interpolatarum, in qua consuevit apparere nubes alba natans in supremo, aut in medio pēdens in primo, tertio, quarto, quinto, uel septimo die. & de his in signis prognosticis. & est fortis odoris propter acuitatem cholerae: egestiones sunt cholericae tinctae crocae. sudor est exuberans respectu uenientis in non pura. unde secundo est uaporosus calidus, sicut sudor, quem emittit homo in balneo, & est aequalis in toto corpore: & cum tergitur; apparet citrinitas super peciam. uomitus est cholericus, sputum amarū ualde: & sic de alijs exeuntibus: quoniam cholerae attestant.

A substantialiter inhaerētibus dico, quod in principio in pura cum tangitur eius membrum; statim percipitur notabilis caliditas, & mordicatiua, & in acuta magis, quam in non pura. & statim post rigorem, siue frigus se extendit per uniuersum corpus, quod uelociter calescit: & est signum forte, quamuis caliditas sit acuta: tamen tactu iudicatur uaporosa & benigna respectiue tamen.

A qualitate mutata; quia facies, oculi, & huiusmodi sunt magis ad citrinitatem tendentia: similiter lingua &c.

Ab actione laesa initium faciens a rigore. in pura rigor. i. motus concussiuus est maior, & frigus minus: imo quasi sine frigore, & utrunq; breuius, quam in non pura. est etiam cum maiori punctura, siue puncturae sunt in ea acutiores. post quem, ut dictum est, subito uenit caliditas intensa totū statum comprehendens: hoc enim signum replico; quia forte est, & efficax satis: & considera. dicit Auicē. Cum uides principium cum rigore, secundum quod determinauimus, & statum cum sudore exuberante; tunc non dubites, quin sit pura. apposui propter efficaciam signi. item, si spacium rigoris prolōgatur, & fiat additio suorum paroxysmorum, & antecessio seruantes ordinem secundum proportionem suas, quia quantum excedit primus secundum; ita secundus tertium, uel quia fiat additio, & postpositio paroxysmorum; tunc est non pura: quoniam haec arguunt grossitatem materiae, & eius difformitatem, quae in pura non inuenitur. & ideo nota bene, quod dictum est, penes quid attenditur puritas cholerae.

A pulsu dicendum, quod in principio occultatur, minus tamen, q̄ in alijs. & in augmento est aequalis non diuersus, fortis, & cito ad magnitudinem, uelocitatem, ac frequentiam perueniens, & ut Gordonius, semper remanet aequalis, uel raro accidit oppositum, uel saltem est minoris diuersitatis. aequalitas inuasionis paroxysmorum est de signis non purae, & anticipatio, siue postpositio purae. & nota hoc signū. Vigilae, sitis, & ebullitio praecipua apud hepar, & reliqua signa supra posita in de signis demonstratiuis in praecedenti rubrica sunt intensiora, quam in tertiana non pura: uerum lenitas capitis in hac est maior. unde Gal. 9. thera. de siti loquens dixit, quod aliquando tantam patiuntur aestuationem ut uix loqui possint, & se nudos uolunt in recenti aqua submittere. aduenit, ut dictū est, haec pura in uere, & astate complexione cholerica, & in iuuentute, in uiris plus, in utente regimine calido, & sic de alijs, ut de causis eius dictū est. itē cum omnibus his audacius significatur, quādo eo tempore febres tertianae purae multiplicari inueniuntur.

POSITIS SIGNIS sic cōcretis restat ponere signa propria per quae differt una ab alia.

Et primum signum est, quod tertiana pura durata a quatuor horis usq; ad. xij. uel parum plus. i. usq; ad. xiiij. nam sic uidetur exponere Auicē. quarta primi de cognitione temporum morbi dicens. Tertianae purae paroxysmus durat usque ad. xiiij. horas. & Sera. quando periodus est magnus, & purus; est. xij. horarum, & quies. xxxvi. & hic scito, quod omnes authores cōueniunt in spacio horarū. xij. a parte post. a parte ante uerò ponit Auicē. spacium quatuor horarū. & hic intellige, quod quatuor sunt spacia, quae cōiter inueniuntur in tertiana pura: primū est. iij. horarū: s̄m. vii. tertium. xii. quartū xiiij. Auicē. & est s̄m plurimū perueniens, & medius. quatuor uerò horarū est minor s̄m plurimum. xiiii. uerò maior, imo maximus: imo cum ab eo recedit; non dicitur amplius pura. xii. uerò est terminus ex longis, siue ex maioribus: ad quē secundum plurimum uenit, siue in quo consumitur. & horum terminorū causa malè assignari potest: sed ita testimonio authorum, qui per experientiam hos terminos inuenerunt

uerum attribui naturae humoris, ut cito consumetur: quod accidit propter suae substantiae subtilitatem aptā citae resolutioni. unde et quantitas eius facit ad longitudinem, & breuitatem paroxysmi. & ideo dico, quod non inconuenit ipsam prolixari ultra. xiiii. horas propter multitudinem eius, & debilitatem uirtutis, & densitatem corporis patientis, quae omnia faciunt ad prolixitatem: ut pone Sor. & Pla. tertianarios in quibus peccet cholera aequalis quantitatis. in Sorte forti rarae texturę terminatura in horis. xiiij. & fac argumentum. adiuuat autem ad eius prolixitatem causae extrinsecae; ut flatus aeris frigidi; prohibentis eius resolutionem, & hmoi.

Secundum signum, quod eius caliditas cito uenit ad statū, & non tardatur; quia materia est apta cito inflammari. & ideo dixit Auicē. Et calescit in ea corpus uelociter. & uides caliditatem procedere ex corpore, & extremitates adhuc frigidas; quia citius sentitur eius caliditas in corpore, & superficie eius, quam ad extremitates ueniat. & hoc est ut supra factis efficax signum: & hoc sic declaratum.

Tertium, quod, si in pura datur aqua; tunc sentitur uapor humidus: deinde ut uelit sudare, & quāq; sudat. & hoc intellige, quā datur in fine augmenti, uel in statu: quia tunc uis aperta aqua penetrat, & calescit, & cholera digerit: & sic praeparat eam ad expulsionem. unde ad cutim mota, & expulsa causat &c.

Quartum sumptum ab urina. & licet de eo satis dictum sit; tamen de eo tantum dicatur, quod in choleris corporibus apparet ignea: in frigida uerò, cum cōtingit eos tertianam pati; apparet citrina.

Quintū, quod in septē periodis terminatur; quod intellige s̄m plurimum ut supra. & de his terminis dicat proportionaliter, ut de horis. sed hic nota, quod paroxysmi purae addunt in fortitudine cōiter usq; ad quartū, qui est status uniuersalis: & hoc quando febris durat. vij. periodis. quod si statum ante comprehenderit, quod maxime cognosces ex sequenti paroxysmo; tunc scias eius terminationem.

Sextum, quod pura dimittit agrū liberè absq; sensata latitudine, aut aliquo tali nocumento. in non pura uerò semper antecedit, uel post, uel in medio aliquid percipitur, quo grauat corpus. differt aut cholera haec pura a cholera, quae fit ex transmutatione sanguinis in eam: quā accidentia sunt mitiora in ea, quae est ex sanguine; cū sapiat naturam eius. unde caliditas ad tactum mitior, uaporosior, &c. unde ex his colligendo fortiora duo ab authoribus ponuntur. s̄m rigor ueniens, ut dictum est, & sudor exuberans in fine. & ideo dixit Auicē. Cū uides principium cū rigore s̄m, quod determinauimus, & statū cum sudore exuberante; tunc non dubites, quin sit supra.

Postremo scito, quod accidentia haec et uariantur s̄m uarietatem loci ipsius cholerae. & ideo locum eius per signa ipsa inuestigabis: ut, si materia fuerit circa os stomachi; erit dolor frontis fortior, sitis intensior, siccitas linguae, oris asperitas, amaritudo uomitus, & urina remissior in colore: sed raro accidit, quod cholera pura ibi putrefiat. quod si fuerit in intestinis; dolor percipietur in eis, egestio erit cholerica, ac accidit fluxus uētris, dolor frontis, & caetera remissiora erunt. quod si fuerit iuxta hepar, uel in cysti fellis; erit urina multū colorata cum spuma terrea. quod si hepar patietur; erit spissa, & calor est acutus per totū. quod si fuerit in renibus. tūc in principio paroxysmi sentietur in eorū loco dolor: nā semper concomitatur locū passionis, & quāto erit propinquior hepatis, aut uis eius, tāto urina erit coloratior. quod si fuerit iuxta spūalia sitis adest maxima, quod potu aquae frigidae non sedat. & est cum calore pectoris ampliori. & ita de alijs locis pariformiter.

PROGNOSTICA. Cita, uel tarda apparētia nubis in urina, ut supra arguit citā, aut tardā eius terminationem: nā si apparet in primo die; non pertransit tertiam periodū: sed haec raro euenit. sed in illa prima die erit augmentū. cōsidera. quod si apparet in secundo; non pertransit quartum. quod si apparebit in tertio; tūc eradicabitur in quinto, uel sexto. quod si urina fuerit uehementer citrina, & non apparuerit in primo periodo nubes neq; natans, neq; pendens; tūc ipsa prolongabitur usq; ad septimum. De terminatione aut eius secundum horas, & dies, siue periodos dictum est; quia cū uides fortissimum paroxysmum, ille est status. in principio particulari consueuit uenire uomitus; in fine sudor. haec uenit cum uehementia

tia accidentium, ut supra de eis: sed non sunt periculosa. & ideo non numeratur inter acutas ægitudines, ut supra de acutis: item ex dictis habitum est, quod secundum plurimum quartus paroxysmus est status. & ideo, si contingat te esse uocatum in ipso; bene consideres, ne infamiam consequaris: quoniam, si dabis syr. aut facies phlebotomiam, & tunc superueniant accidentia status fortiora prioribus, & tu de eis non fueris prognosticatus; dicet, quod syrupus, aut phlebotomia, aut clystere, aut aliquod quodcumque tale, quod administraueris, fuerit causa illorum. & ideo non est negligenda prognosticatio.

CANONES. Antequam ad eam curandam uenias; scito primum, quod eius cura à cura tertianæ non puræ, & continuæ non differt nisi secundum intesum, & remissum: & secundum maiorem, & minorem obseruationem ita, quod antidota quasi eadem administrari uidentur in cura uniuscuiusque earum. secundò quod pura ipsa est cæteris saluior, ac facilioris curæ, quia breuior primò. secundò quia in ea plus saluatur uirtus; quoniam minori tempore molestat, & pluris est quietis. tertio, & est causa his omnibus fortior; quia quæ conueniunt febrim, conueniunt & causæ, & accidentibus consequentibus eam. scito tamen, quod, si in eius cura cadit error, aut ex parte medici, uerbi gratia, dantis calida, ubi debent administrare frigida; tunc conuerti poterit in aliam febrem, & erit in ea habendus timor, qui habetur in febre, in cuius speciem conuerteretur. similiter in malum accidens, ut in phrenesi ex usu calidorum. consimiliter dicatur, si error accidat ex parte infirmi non obseruatis debitum regimen ex parte cibi, & potus, & aliorum. & dixit Viaticus, quod aliquando reperitur tertiana pura, cuius materia habet furiositatem. & hæc est timidior aliam, ut dicit, cholera rubea ex motu suo non patitur peccare infirmum, nec errare medicum, unde maximè cauenda sunt res calidæ. & ideo bene dixit Gal. ad Glauconem. Si diligentissimè mox à principio congruis medicamentibus non obseruetur; euidens in ea periculum fit, nec facile postea quibuslibet remediis continetur.

Et ueniendo ad particulares sit primus in ordine, ut supra, ordinatio diætæ, quæ in omnibus sex rebus non naturalibus ad frigidum, & humidum declinare debet ex parte aeris, & cæterorum: nam de refrigerando aerem supra de acutis, & pestiferis: & tu ibi. nec obliuiscaris, quia primò debes eum corrigere. & ibi habes copiosè dictum. Ex parte autem cibi, & potus, quæ exhibere debes supra. 4. ca. de diætis: & tu ibi. ubi posita sunt, quæ conferunt in dyscrasia calida, & sicca. uerum circa talia nota hos canones: primus, quod à rebus inflammabilibus abstinendum, & in quibus est acumen, & punctio. unde propter hoc multi euitant carnes, & quæ ex carnibus confecta sunt: sed in hoc considera uirtutem, consuetudinem, & ipsas, si oportet, alteres. consimiliter prohibent uinum: de ipso & potu statim. ite in die accessions non des cibum, aut potum in termino paroxysmi propinquo: sed ante ipsum per spacium .v. horarum ad minus. & sic alteratiuus liquidus, non multæ quantitatis, leuis, & citæ digestionis. & tu pro ipso canone, & aliis recurre ad ea, quæ scripta sunt supra de canonibus generalibus in cura putridarum. & hic aduerte, quod cibatio in tertiana est duplex: una, quæ est humectatio substantifica, per quam reponitur deperditum. & in hoc casu conueniunt calida non multum, & humida; ut testiculi gallorum, uitella ouorum, extremitates pullorum, uel auium paruarum, & huiusmodi multum nutrientia. & hæc conueniunt in fine, ut Aui. i. in declinatione uniuersali. & ista dari debent in die interpositionis. alia est cibatio, in qua est intentio in frigidandi, & humectandi simul, ut dicebatur: ut cum chist hordei, lactucis, & huiusmodi. & ista cibatio dari debet in die accessions, & etiam maximè in statu uniuersali. unde aduerte, quod propter consuetudinem, & hominum ingluuiem sic canones obseruare ad unguem non possumus. & ideo eos cibos altera, ut uidebitur, quando. s. dari oportebit etiam in die accessions. & uidetur in hac intentione Aui. laudare melonem indum. inquit. Melon uerò indus est res maximè iuuamenti: & cum hoc, quod ipse soluit, prouocat, & frangit uehementiam caloris, & facit sudare. & subdit,

A quod fortasse non nocet parum. i. multum propter aptitudinem conuersionis eius ad putredinem. & hoc dixit, ut medicum attentum reddat. quod, si uiderit eum aptum putrere, aut timuerit propter dispositionem patientis, uel quia nulla præcessit mundificatio; tunc caueat ab eius datione. quod, si illa non timuerit; det ipsum propter iuuameta dicta eius. uel aliter non noceret parum. s. sumptum; quia eius pauca quantitas non poterit multum nocere, & multa facere iuuamenta. sed de his supra in canonibus generalibus putridarum. & tu ibi. & quia tertiana pura est de febris multæ inflammationis, & eius putredo est multum extenta; ideo securius dantur fructus in ea.

De potu autem dicatur primò, quod aqua hordei est potus conuenientissimus, & maximè plurimæ decoctionis usque ad crepaturam inclusiue: uerum, si in stomacho patientis acetosatur, aut cibus in eo; non detur: sed simplex aqua cocta administratur. item non detur uinum purum; sed aqua permixtum plurima commixtione. unde Aui. Vinum. n. fractum per commixtionem confert quantitatis residui eius in resoluendo illud, cuius necessaria est resolutio. & succurrit aquæ penetranti cum fortitudine sua. i. cum forti qualitate sua. s. frigiditate in frigidando, quam facit penetrare uinum ex forma specifica sua, & permixtione eius, quod est in ipso de calefactione pauca, quæ est ex uino. & nota, quia dicit pauca, quam exponunt quidam, ut aquæ ad uinum sit proportio quadrupla. sed hoc oportet moderari medicum; quia neq; in omnibus hominibus, aut uino hoc obseruari potest propter potentiam uini uariam, & hominum consuetudinem &c. & hoc uidetur magis conuenire post principium. unde Gal. ad Glauconem uinum, antequam digeratur ægriudo, oino prohibendum. incipiente autem digerit, tenue, & aquosum, & modicum in primis dare. hic autem oportet attendere uirtutem, consuetudinem &c. quidam consentientibus conditionibus in exhibitione aquæ frigidæ, de quibus supra de cura putridarum in generali, dant aquam frigidam in magna quantitate. deinde cooperiunt infirmum, & expectant ex illo crism completam in eius tertianæ puræ eradicatione. & iam meo tempore hoc fecit medicus quidam in ciuitate mea, & successit. & est hic modus curæ in partibus orientis multum, ac multum obseruatus. & de hoc supra allegato nunc loco: & tu ibi. uerum huic modo curæ uidetur aduersari Aui. quia. s. non semper fieri debet: inquit. Et non ultimes in frigidationem multum, & propriè in principio, nisi inuenias inflammationem uehementem, aut timeas conuersionem eius ad causonidem, & continuam: nam in principio ex multa in frigidatione incrudatur materia, & prolongatur morbus, & extinguitur calor. uerum ipsa ente digesta, stante uehementia caloris, securius dari poterit. sed pro his omnibus recurre ad canones generales supra de cura putridarum in generali. postremò aduerte ad diætam respectu temporum uniuersalium, ut supra de acutis: & tu ibi. quod, si status erit propinquus; subtiliorem dabis, quam si remotus fuerit. in declinatione autem grossior conuenit, & humectans substantificè, ut dictum est: & magis, quam qualitatiue. & tu considera.

D De motu, & quiete dicendum, quod quies conuenit, & tranquillitas, & fricationes ante cibum. uitet ergo motum, & eo moderatè utatur tempore quietis febris. conuenit somnus aliquantulum plus solito, & maximè in cholerico. non se repleat, omni die habeat uentris lenitionem, & beneficium natura, aut arte, ut dicetur statim. euitet coitum, & animi accidentia, quæ eum sunt apta inflammare; ut ira, furor, & huiusmodi: sit enim lætus, ac animo tranquillus.

Secundus est uentris lenitio. unde Aui. Et tu non auscultes sermonem; quia Rasis. 10. Alman. qui concedit in principio solutiua fortia; ut scamonea, myrobalanos, et huiusmodi, nisi per illud, quod diximus. i. nisi coactè. idem, cum timueris furiositatem materiæ ex parte aut quantitatis eius, aut qualitatis; quia dubitaretur de transitu eius in causonidem, aut timeres futurum apostema, ut in cerebro phrenesim, et huiusmodi: imò oportet, ut properes in primis, et lenias lenitate quadam cum eis, quæ diximus. s. supra de cura putridarum in generali: et tu ibi: cum manna. s. et cassia, tamarindis, prunis, syrupo uiol. succo granatorum. et tu cō-

positiones ibi habes. & tu tuo modo compone. quòd, si per hos dare poteris hoc lenitiuum; melius erit. si in his, qui aptè eum recipiunt. quòd, si non; recurre ad clysteria lenitiua posita allegato loco, ubi habes copiam lenitiuorum simplicium, & compositorum. cum ergo ad infirmum uenis; sollicita uentris lenitionem: unde Aui. Rectum est nanq; ut in potu detur, sicut sorbitio hordei, neq; ei simile, neque cibi nisi natura iam sit lenificata. hanc autem lenificationem cum adfuerit necessitas phlebotomiæ, ne tardetur; fac cum clysteri, ut supra allegato loco. quòd, si non; administrabis potionem. in quibus tantum casibus competit phlebotomia in tertiana pura. primus, quando talis est in iuvene plethorico sanguineo: secundus, quando comprehenditur, quòd cholera est sanguini admixta, ut dictum est de canonibus uniuersalibus febris putridæ, in qua timetur ebullitio sanguinis, & conuersio eius in choleram. tertius, quando comprehenditur inflammatio magna in sanguine ipso, & timetur conuersio eius ad choleram. & hic nota, quòd, si phlebotomia fit, & non competat; periculum est, ne interpolata ueniat in continuam: quoniam per phlebotomiã euacuaris uenis materiæ ad extra trahuntur ad intra: item quia ipsa humores subtiliat, & ipsos in motu ponit, ut quarta primi de ea. idèò timendo ex ea inflammationem maiorem non presumptuosè; sed magna cum consideratione fieri habet. propterea in febribus magnæ inflammationis prohibetur. idèò benè considera, antequam ad eam faciendam uenias.

Sed quæres, si contingat me uocari post tres paroxysmos, & uideam phlebotomiam adhuc competere; debeo eam ne facere? dicendum, quòd sic: licet directius in principio magis competebat. stat tamen, quòd in processu possit magis competere, ut posito, quòd in processu cholera commisceatur sanguini, quæ in principio non erat commixta. & quia lenitio uentris aspicit materias communes; idèò sub ipsa comprehendamus uomitum. unde, si uideris materiam redundare aliquo modo ad superiora; introducas uomitum leuiter factum. unde Gordonius. In omni febre interpolata competit uomitus in principio paroxysmi; quoniam per ipsum alleuiatur rotus paroxysmus, specialiter si fuerit spontaneus, uel à medico faciliter prouocatus: nam per ipsum sic euacuatur materia antecedens, si minera est in stomacho, aut materia apta in antecedentem transire. & idèò eum horatur Aui. de cura quartanæ, ut infra. & certè utile est, quòd in principio rigoris prouocetur, moderatè tamen, sicut cum prouocatur sudor in declinatione. & uideamus ad experientiam, quòd, si sic prouocatur post consummationem paroxysmi; infirmus minus se grauatum inuenit, ut testatur Gal. in commento illius. Vbiq; continuè rigores fiunt. & si dicatur Aui. dicit, Et oportet, ut non moueas in die paroxysmi, nisi propter necessitatem, ergo à fortiori in hora paroxysmi; dicendum, quòd intelligitur motu fortis agitationis: ut cum forti pharmaco, aut quomodolibet aliter, per quem humores agitent. & idèò etiam dictum est moderatè tamen, & leuiter factum.

Tertius canon est digestio. & hic canon regulariter debet præcedere quartum sequentem, qui est euacuatio. dico regulariter; quoniam coactè materia ente furiosa. quartus debet præcedere tertium. cum quibus autè digeratur cholera ipsa pura, habes simplicia, & composita supra. 5. cap. & tu ibi. & compone intensiora, aut remissiora, & gustui gratiora, ut exigit dispositio, ac patiens ipse. unde, ut sæpe dictum est, oportet de nouo omni die componere. & hic scito, quòd digerentia hæc materiam respiciunt, & putredinem; & maxime acetosa. unde quam plures non recedunt ab acetoso simplici, ac oxyzacchara, & huiusmodi acetosis, & non laudant syru. uel iulep uiolatum ut Gilbertus. item scito, ut supra in præcedenti capitulo, quòd, sicut materia uariatur ex parte suæ substantiæ; ita oportet digestiua uariare: ut uerbi gratia, quia materia erit in principio subtilis, acetosum simplicem: deinde ingrossabitur, euacuato subtili dabis oxymel simplex: & ita de aliis.

Quartus est euacuatio. cum quibus etiam euacuetur, habes allegato loco. sed hic nota, quòd, ut potes, euita scamoneam etiam multum refractam: sed utere myroba, rhabarbaro, calsia, aloë, & huiusmodi mitioribus: nã ipsa propter

E sui caliditatem, & similia etiam propter uenenositatem uitanda sunt, ut Auer. 3. colliget. Et non moueas cum medicinis attractiuis, sicut est scamonea. secundo quòd fiat in die quietis. causa patet. tertio, quòd exhibitis digestiuis quinque, uel sex diebus, si comprehendis signa digestionis manifestæ ex urina, sedimine eius, etiam futuram crism ex motu materiei ad superiora per uomitum, aut fluxum sanguinis narium, aut per inferiora; quia per secessum, aut per fluxum urinae, aut per uiam sudoris; tunc, si completè operabitur; dimitte exhibere solutiuum, nec cum aliquo modo administras. quòd, si diminutam comprehendens crism; adiua naturam per uiam suam. quòd, si natura in hoc tempore non se mouit; da solutiuum ex positris. 5. cap. secundum quòd exigit dispositio, & patientis conditio: uidimus. n. plures tales tertiana sudore solo terminari. item uaria solutiua proportionabiliter, ut de digestiuis dictum est: quoniam uariatur continuè substantia ex parte grossitiei; substantialitatis. unde in processu competit fortius: considera. & dare poteris cum aqua frigida timendo inflammationem; sed regularius est ea dare cum aqua calida. quòd quidam exponunt in aqua frigida potentia: sed actu calida. tertio sollicita ad uentris subductionem cum clysteribus interim.

Sub hoc autem canone comprehendatur euacuationes factæ per prouocationem urinae, & sudoris, de quibus multa dicta sunt supra de canonibus uniuersalibus februm putridarum. & tu omnino ibi. unde facta euacuatione tali administrabis semina communia frigida maiora: quia. si earum emulsionem cum aqua hordei, & huiusmodi. & similiter prouoca sudorem cum aqua hordei calida ualde, ut tolerare potest, cum pauco uini uinosi. hæc autem euacuationes complet euacuare remanentes reliquias ex prima euacuatione.

Syrupus sancti Ambrosij faciens sudare mirabiliter, & si tim extinguit. Recip. milij excorticati quantitatem conuenientem, & fac eum decoqui usq; ad eius aperturam: deinde Recip. 3. v. uel circa eius brodii bullientis, & infunde uini albi odoriferi 3. ij. & sic calidum da patienti, & beue eum deinde cooperias. sudabit mirabiliter, curabat sic mediolanenses, & adhuc eo utuntur.

G Quintus est infrigidatio, quæ fit per administrata intus, & extra. & ad intra dari debet infrigidantia secundum mensuram, & gradum caloris febrilis. unde communiter, ut Auerro. sufficit aqua hordei cum iulep etiam uiolato: eo, ut dicit, quia cholerae est ut naturalis non multæ inflammationis. sed hic nota, quòd aliquando, ut dicit Haly, tanta est inflammatio, quòd oportet prius attendere infrigidationem, quam euacuationem: & hoc cura coacta. & idèò dicebat Aui. Et non ultimes in infrigidatione. si in principio, nisi inuenias inflammationem, ut supra in primo canone. conuenienter autem post paroxysmum detur sy. acetosus simplex, aqua hordei, & huiusmodi: item sy. acetosus cum aqua simplici cocta: item aqua ipsa cum uino granatorum, & huiusmodi, ut de extinctiuis actum supra de febre pestilentiali, & de acutis. & tu fabrica. de aqua uero frigida dicendum, quòd non est sic tutum apud nos eam administrare: sed in partibus orientis tutius dari debet: & de ipsius exhibitione copiosè satis supra in canonibus generalibus: & tu ibi. hunc etiam canonem complent ea, quæ complent tertium. item administrantur confectiones frigidae, & huiusmodi, de quibus de pestilentia. ad extra autem ualent epithemata hepatici facta, applicataq; stomacho uacuo super ipsum moram conuenientem trahentia; ut ex sandal. aqua ros. endi. & huiusmodi pecia linea in eis infusa. & pro his supra de febre pestilentiali. Aui. autem ponit pedes in aqua frigida ad alterandum, siue remouendum residuum caloris: sed non est in usu. tamen bonum est. quòd quidam exponunt in aqua frigida potentia, sed actu calida.

H Sextus est correctio accidentium. pro complemento huius recurre ad ea, quæ de correctione accidentium dicta sunt de cura acutarum. dicitur, quòd 3. i. radic. gentianæ bita cum uino ante paroxysmum tollit illud. similiter succus hyperici. emplastrum factum ex fuligine, sale, apio aquatico super uolas manuum, & plantas pedum positum ante accessionem per tres horas tollit illam: ista sunt magis empirica, quibus non gaudeo. sed, quia à Nicolao inueni, appo-

Syrupus
S. Ambro
6jSyrupus
S. Ambro
6j

posui

posui. postremò nota, q̄ pro omnibus, quæ dicta sunt ad eorum complementum, recurre ad cap. de canonibus generalibus supra. & idè benè dicit Aui. i principio de cura eius. Oportet, ut rememores illud, quod diximus tibi de radicibus in curatione febrium de solutione uentris, & de cibo, & in omnibus capitulis. & fabrica. & super illud considera. simplicia iam dicta in c. de sanguineis, & abundantius supra 5. ca. & ea, quæ dicuntur de pestilentia, sunt in hoc casu conuenientissima: & tu ibi. ex quibus compone, & aquas fac sublimatas. ex compositis ibi habes usu alia.

Sed ex magistralibus. Recip. florum boraginis, buglossæ, ros. ru. an. M. 5. uolaru, lactucæ, papaueris albi, endi. scario. læ ana. M. i. seminum endiuicæ, lactucæ an. 5. 5. seminum. iij. frigidorum ana. 3. vi. decoquantur, de qua decoctione Rec. lib. i. zucarari. 3. iij. aceti. 3. ii. uini granatorum. 3. i. fiat syr. q̄ si uolueris facere longum; dabis de eo. 5. iij. loco digestiui. si breuis fuerit, siue debite coctus; da. 3. ij. cum aqua endiuicæ 3. iij. uel recipe syrui acetosi simplicis. 3. i. oxyzacch. 3. 5. aquæ endi. 3. ij. ace. 3. i. & sic de alijs.

Solutiua etiam habes allegatis locis: sed hic Reci. cassiæ extractæ cum aqua endiuicæ, uel absinthii. 3. i. uel diaprunis Nicoali. 3. i. rhabar. electi. 3. ii. spicæ, uel squinanti gr. v. misce. Olea, unguenta, cerotaria, confectioes, & alia talia require allegatis locis; uerùm diarrhodon abbatis est hoc casu conuenientissimum, de quo dabis indifferenter omni hora cum aqua hordei. ex herbis, & simplicibus positis fabrica aquas sublimatas, de quibus aliquando dabis loco sy. nam oportet te uariare sæpe medicinas non uariando intentionem: & maximè quando ægritudo est longa, ne ex multa affluetione nimis tantam natura nõ patiat. & in hoc c. nota Aui. quia uidetur laudare scamoneam in solutiuo exhibendo, quando scilicet eo indigemus: & tamen fuit orientalis, ergo multò minus timere debemus eam nos, qui sumus occidentales, & minus septentrionales: & idè electuariu de succo ro. Nicolai, & Mesuæ cum aliquo lenitiuo exhibitum, ut cum cassia, & manna, tamarindis, & huiusmodi est conueniens medicina. & tu considera.

Et ex expertis in cura huius est succus corrigiolæ tepidus bibitus ante paroxysmum per horam. dos. 3. v. prohibet. n. paroxysmum in ea euenire. idem operatur succus uicæ acer bæ, si nouem mane sic bibatur: idem succus cichoreæ. & tu hæc confice cum zucararo, uel iulep aliquo, uel hos succos cum aquis suis fac iulepizare, & da: hoc enim uerum est, q̄, si dantur 3. iij. uini granatorum muzorum, uel acetosorum cum. 3. ii. aquæ endiuicæ per duas horas ante accessione paroxysmi, ipsum tollit, aut minuit, & maximè si contiuatur aliquibus diebus. tu tamen in hoc considera stomachi dispositionem, & da deinde sequenti die euacuationem ex pilulis, & alijs, ut materia retenta euacuetur: & sum expertus; & successit.

C A S U S Quia frequenter multi tertianarii beneficio naturæ curantur. propter quod contingit multos, aut præsbiteros, aut idiotas credere se illos curasse cū nebulis, hostiis amygdalis tribus, in quibus quædam conscribunt uerba, & signacula. idè, cum facilis sit cura, sic de ea leuiter pertrâsi ui remittens te pro siti, & aliorum talium accidentium cura ad capitulū de radicibus, ut supra: ubi & casum inuenies tibi optimè seruientem in cura hac. & idè ad illud capitulum omnino te transferas, & ad capitulum de acutis: quia pro magna parte regimen uidetur idem. & hic scito, q̄, & si Aui. de balneo aquæ dulcis faciat mentionem; tamen, quia non est in usu apud nos, nec est ita tutum administrare, nisi post euacuationes, digestiones, & huiusmodi, in quibus cadit etiam deceptio; idè de ipso nihil.

De tertiana non pura, quæ à multis nota nūcupatur. Ru. 3.

I A M EX præcedenti rubrica manifesta sunt nomina ipsa: cholera pura, nõ pura, nota, famosa, ac minoris famæ uitellina, præsina, ac æruginosa, & sic de alijs. unde iuxta illa scito, quòd omnis tertiana, quæ est à cholera alia à pura dicitur tertiana non pura: sed dicitur nota, siue famosa, quæ est à cholera uitellina, uel citrina; eo q̄ ista est tertiana quæ quasi semper reperitur, ac hominibus uenit maximè in partibus nostris: nam rarissimè uenit tertiana pura; quia ra-

A ro accidit corruptio in humore uno solo, primo regiminis acutorum commen. 20. item propter inordinatum hominū regimen multum phlegma in corporibus multiplicatur: quod cholere commixtum, uitellinam causat, siue citrinam, & ab his communiter tertiana causatur. fit & tertiana non pura à cholera, quæ in se adustionem recipit. sicq̄; ad naturam conuertitur melancholicam, & ingrossatur, & à natura puræ cholere recedit, ut in præcedenti rub. ingrossatur secundò per admixtionem melancholice ab extra ipsi cholere aduenientis. unde hæc duo membra choleram causant minoris famæ, ut in præcedenti rubrica. & ab ista raro accidit tertiana; quia ipsa etiam rarissimè contingit: propter quod dicta est minoris famæ. & causa sui rari euetus est; quia in corpore non tantum multiplicatur de melacholia, ut de phlegmate: secundò quia non ita benè commiscetur melancholia cum cholera, sicut phlegma cum ipsa, & Auicem. de ipsa, ac cura eius non fecit cap. sed modo est uidendum, si ex phlegmate adueniente cholere, ex cuius aduentu causatur uitellina, fit humor unus uerè: quia per formam unam; quia inquit Aui. Et fit non pura cum putredine cholere grossæ substantiæ propter comixtionem cholere cum phlegmate aliqua commixtione unita. & subdit. Et hanc fecit materia una. respondetur pro nunc, quòd ad unam formam uenit cholera in uigore uincete dato, q̄ in massa subdominetur phlegma. sed quid dicendum, si hi humores mouentur ad putredinè æqualiter dominantibus saluatis suis formis: ut quam febrem facerent, quomodo periodicaret; an de tertio in tertium, an omni die; locus est speculationis, quæ non prosequor. considera.

Febris tertiana non pura dicta nota, siue famosa est se. in terpolata, & ut plurimum longa à cholera non pura, & putrescente proueniens, cuius est ægrum de tertio in tertium affligere secundum naturam ipsius humoris uincetis propriam. dicitur nota, ut dictum est hic, & in præcedenti rub. dicitur interpolata, ut in præcedenti rubrica, & hic ut supra de synocha. attende, quòd, sicut non inconuenit materiam, quæ est extra uenas, facere continuam; ita non inconuenit, quæ est ad intra, facere interpolatam. & idè in descriptione non additur, ut aliqui de materia extra uenas. considera. dicitur ut plurimum longa; quoniam ut supra. 9. cap. uiscositas, & grossities faciunt ad prolongationem ægritudinis. unde Auicem. loquens de non pura per commixtionem phlegmatis grossi inquit. Et hæc quidem non pura quandoq̄; prolongatur tempore longo, & circiter medietatem anni. unde uidi aliquam durare quatuor mensibus maximè tempore autumnii. & ego habui unam, quæ durauit præcisè centum diebus, & ut plurimum durat usque ad xl. uel. lx. dies. & accidit hæc diuersitas ex parte substantiæ, materiæ, uirtutis, habitudinis corporis, & huiusmodi. quòd, si arguit, ergo prolixior est, quàm phlegmatica pura; concedatur. & si arguitur cholera digerit phlegma, siue partem grossam, & uiscosam, & è conuerso pars frigida, & humida digerit choleram; ergo propter hæc iuamenta citius deberet terminari: dicendum, quòd phlegma adueniens cholere ipsam infrigidat, & humectat: sed ratione huius non digerit ea digestionem, quæ est præparatio ad expulsionem; cum reddat ipsam grossam, & uiscosam. similiter cholera, & si calefaciat phlegma, & subtiliet; tamen totum redditur uirtuti magis disproportionatum. unde uirtus minus terretur ex occurso solius phlegmatis, aut solius cholere: quoniam utrunq̄; tale non est ita uirtuti horridum, & disproportionatum, sicut hoc aggregatum. item calor cholere non uidetur iuuare, sed impedire naturam; cum ipsa eo non utatur in digerendo, sicut utitur calore naturali in digerendo phlegma peccans: nam calor cholere sic putrefactæ naturam magis impedit, quàm iuuat. & tu hæc considera; quia locus est longæ, ac magnæ speculationis. dicitur putrescente; quia à non putrescente fieri non contingit. cætera uerò, ut in descriptione pura. & tu ibi.

DE CAUSIS eius patet, quid dicendū ex habitis in prin. rubrica primæ, ubi sunt positæ primitiæ, & antecedentes feb. cholericarū. vñ multiplicata cholera, & phlegma, & in humorib. grossitiæ, aut per admixtionem, aut per adustionem sunt causa primitiua. talia autem sunt calida, & sicca uehementer.

Febris tertiana nota.

menter, & frigida, & humida uehementia, de quibus habes plenè supra. 3. cap. de diætiis. & tu ibi.

SIGNA Demonstratiua eius, quæ est à cholera uitellina: seruando ordinem, ut supra.

A substantialiter inhærentibus: nam in principio sui eueus caliditas non percipitur ita mordax: sed magis mitis, quàm in pura.

Ab exētibus. urina in hac est subtilis, siue tenuis, & maximè in principio propter oppilationem: aliquando grossa propter grossitiem materiei cum eâ expulsa, & maximè cum apparent digestionis signa, & erit cum rubedine inflammata declinante ad albedinem propter phlegma commixtum, uel ad citrinitatem, uel subcitrinitatem. decliuis erit cum mediocritate substantiæ, quæ diuersitas contingit propter diuersitatem commixtionis phlegmatis cum cholera, & tardantur in ea apparere digestionis signa. Auic. Egestionem autem uiscosæ grossæ cum citrinitate, uel subcitrinitate. & quantò urina erit magis citrina, tantò erunt minus citrinæ ad subalbedinem declinantes. uomitus est notus ex cholera, quæ uitellis ouorum similatur, quæ, ut Isaac. 5. febrium, magis reperitur in stomacho; licet eius generatio sit plurimum in hepate. Auic. item, si accidit, sudor non est copiosus, ut in pura: imò aliquando non accidit propter materiæ grossitiem. quòd, si accidit sudor; post ipsum non remanet mundus, ut in pura: & hoc, quia materia grossa adhuc detinetur.

A qualitate mutata. facies non est ita citrina, ut in pura; nec ita extenuata propter remissionem caloris eius non ita resoluens.

Ab actione læsa initiū faciens à rigore in hac non est rigor ita fortis accipiendo rigorem pro motu concussiuo: sed est benè plus durans. hoc est extensiuè maior; sed intensiuè minor, quàm in pura. item est cum pauca horripilatione, & punctura pp grossitiem humoris, & remissionem acuitatis eius: sed frigus est benè maius, & extensiuus, quàm in pura. & quandoq; contingit, quòd in principio aduentus eius non accidit rigor; sed typus quidam, ut profundatio pulsus, & eius inæqualitas cum quadam leui percepta frigiditate: & hoc quando materia est grossa, & tardè, ac debiliter mouetur. unde sic, ut supra de rigore non accidet rigor, neq; horripilatio, & quòd; neque frigus: & hoc ego pluries uidi. deinde post eueniente augmento caliditas tardè expanditur, & lentè, & non uniformiter ut in tertiana pura propter materiæ difformitatem: imò, cum aliquando mota est caliditas ad extra; tepescit: deinde propter nouam materiam motam suffocantem sic in eius expansione accidit diuersitas, & sic augmentum est inæquale. item accidentia in hac sunt remissiora, quàm in pura; ut sitis, uigilia, dolor capitis, & huiusmodi, de quibus in de pura excepta grauitate capitis, quæ est maior in hac propter grossitiem, & grauitatem materiæ maiorem, quàm in pura. item, sicut est in pura paroxysmorum antecessio, siue additio secundum ordinem, ut supra propter uniformitatem materiei; ita propter eius difformitatem in hac accidit inæqualitas antecessionis, & additionis. unde aliquando anticipat paroxysmus, & aliquando postponit, & non secundum ordinem. & paroxysmus prolongatur multum super horam duodecimam, & secundum maiorem, aut minorem prolongationem eius à termino puræ. dicitur magis, aut minus pura ita, quòd impuritas pro parte habet attendi penes elongationem eius à pura. dicitur pro parte; quia etiam penes aliud, ut dictum est; nam non inconuenit imaginari aliquam impuram in .x. horis terminari. & tu considera.

Pulsus est in hac inæqualis, & diuersus, & minus uelox, & frequens. unde est systoles in eo maior diastole: cuius contrarium est in pura, neq; est ita magnus.

De terminatione eius dicatur primò quo ad ipsam totam, quòd terminus communis est dies quadragesimus usq; ad sexagesimum, & maximus est sex mensium. contingit tamè ipsam terminari posse infra hos, & ante, ut patet intelligenti, & in experientia in dies uidetur.

De duratione eius quo ad paroxysmos dicatur, quòd consuevit durare usq; ad .xviij. horas, quandoq; ad .xxiiij. quandoq; protenditur ad .xxx. quandoq; ad .xlviij. ut Gal. xx. de

differentijs febrium: & hoc uoluit Auicem. dum dixit, aut xxx. usq; ad horam suam, id est, aduentum secundi paroxysmi, qui incipit in .xlvij. hora. ista indigent etiam speculatione. considera. & ad eius notitiam maximè facit regimen præteritum, ætas, complexio, consuetudo cadendi in hac ars, & huiusmodi, de quibus sepe. quæ omnia diligenter considera.

SIGNA eius, quæ est ex cholera citrina, sunt intensiora his, quæ ex uitellina. unde in ea adest dolor capitis acutus præcipuè in parte dextra, & amaritudo oris, & sitis, & fastidium, & morsus oris stomachi, & dolor lumborum, urina citrina intensa tenuis, siue mediocris, magis tamen accedens ad tenuitatem, & egestionem, & uomitus sunt citrinæ aquosæ, & rigor acutior, & breuior, quàm in ea, quæ est ex uitellina.

Prognostica. Si in tertiana non pura accidentia ex parte pulsus, sitis, uigiliarum, & huiusmodi erunt intensiora quàm rationabiliter deberent esse; proculdubio eorum est significatio mala. et quando non pura multum prolongatur; perducit ægrum ad mollitiem, id est, ad paralysem phlegmate eliquato, & ad neruos fluxo: uel ad mollitiem, quia ad hydropem asclitè, uel hypofarcam, uel ad cachexiã propter nocumentum hepatis contingens ex eius prolongatione. item producit ad splenis magnitudinem; quoniam in tanta prolongatione fit humorum adustio, & conuersio ad melancholiam, quæ deinde ad suum mouetur receptaculum. item, ut dictum est, non consuevit dimittere ægrum liberum: sed semper cum aliquali læsione alicuius actionis. item attende ad considerandum, quantum signa apparentia distant à signis ueræ tertianæ: & secundum hoc prognosticabis de longa, aut breuiori eius terminatione: ut uerbi gratia, si rigor fuerit paruus, punctio parua, sed frigus longum, & paroxysmus durauit .xxviii. horas. uel circa, & quòd nullus adfuit sudor, uel paucus, urina non multum ignea, neq; egestionem, & quòd sunt multum uiscosæ, uomitus uiscosus, tepus frigidum, ætas, habitudo phlegmatica, regimen præteritum phlegmaticum, & huiusmodi; prognosticabis febrè non puram aptam longo tempore durare: contraria uerò minori. et hæc inuadit inter horam cholera, & phlegmatis: nam hora cholera est hora tertiarum. & hora phlegmatis est hora .xxij. uel circa solis occasum.

SIGNA demonstratiua eius, quæ ex adustione cholera in se existit, sunt parum remissiora his, quæ sunt tertianæ puræ: uerum paroxysmus extenditur ultra .xij. horas, licet non multum: & hoc secundum plurimum. item durat plusquam .vij. periodis. & pulsus est in hac durus, & urina magis tenuis ad fulcedinè declinans, & sentitur caliditas circa hepar, ut in pura. item in principio est rigor satis fortis, & est aliquando cum furore, ut infirmus irascatur: imò quæ si efficitur, ut maniacus, & est sitis satis intensa, & lingua obfusca. item regimen præcedens hoc tibi declarat, quia usus est regimine calido apto inflammari, ut uino potenti, pipere, allio, cœpis, porris, & quòd patiens est cholericus adustus, hepatis calidi, & ita de aliis, quia tepus calidum, regio calida, & sicca, uomitus, egestionem, cholera adusta. item, si phlebotomiam facies; tibi naturam humoris declarabit.

Prognostica. Cum hæc febris habeat maiorem appropinquationem ad puram cæteris non puris; prognosticari poteris eam citius terminaturam, & quo ad horas paroxysmi, & quo ad dies, siue periodos. secundò quòd, nisi debite curetur, in quartanam transibit. caue itaq; ne erraueris: quoniam aliquando ex errore transit in continuam, & moritur patiens tuo errore, de quo, & aliis Deo altissimo rationè reddes. considera itaq; mi Raineri.

SIGNA demonstratiua eius, quæ est per admixtionem melancholice, quia est cum pauco rigore, & punctura: sed cum maiori frigore, & est rigor prolixus cum quadam leui dentium commotione, & osium contractione, ut in quartana, & non accidit cum rixa, aut ira: sed cum quadam timiditate, uel pusillanimitate: & quòd accidit magis circa horam melancholice, quæ est hora post meridiem, & pulsus est in hac magis durus. item urina magis tenuis, & minus tincta, ad fulcum declinans, & similis multum febribus erraticis, & eius paroxysmus durat aliis paribus plus cæteris. ut de uenit communiter, antequàm dimittat ad horas. .xxiiij.

Item ut supra regimen multum facit ad eius notitiam: ut quia usus fuit cibariis melancholice multiplicatiuis; ut caulibus, leguminibus, carnibus bouinis salitis, & huiusmodi. egestiones, uomitus, & huiusmodi naturam humoris declarant. & tu considera.

Prognostica. ut dictum est, tertianæ communiter faciliter curantur, aut saltem sunt salubres, si error in earum cura non accidat. quod, si sic; accidit periculum mortis quandoque; ut in præcedenti dictum est. dicitur, quod breuior ex non puris est, quæ ex cholera fit adusta in se: secundò quæ est talis per admixtionem melancholice, est longior: tertio quæ per admixtionem phlegmatis aquosi, & est cholera citrina adhuc longior: quartò quæ ex uitellina, & de hac dixit Aui. quod durat circiter medietatem anni. & sic habentur quatuor gradus durabilitatis, seu prolixitatis eius. hic est locus speculationis; quia melancholia uidetur uirtuti magis rebellis, quam phlegma. considera.

SIGNA demonstratiua prasinæ, aut æruginosæ. inquit Zoar. Ille, qui patietur tertianam ex cholera prasinæ, aut æruginosæ, habebit accidentia magna, & fraudulenta; & uix poterit patiens euadere ab ea. & si euadet, diu permanebit æger, & accidit infirmo hora paroxysmorum molestia, sitis, alienatio, & supponit se molestis quæstionibus, & impeditur eius somnus, & fiunt eius paroxysmi diuturni, & terminus ægritudinis. pulsus uariis difficilis, & uariis, & prauæ alterationis. & multoties peruenit finis huius ægritudinis ad magnum periculum. & pauci sunt, qui ab ea euadunt: & si euaserint, est hic post magnum studium, & ægritudinis prolongationem, & possibile est eum permanere. & praua accidentia longo tempore sustinebit, & multoties fit urina ad nigredinem declinans ad uiriditatem: & possibile est sic esse hypostasim. & quando hypostasis sola fuerit nigra, & in profundomersa; moram in paroxysmo significat, & maximè si uirtus sit euicta. si uerò fuerit suspensa; mortem longinquam ostendit secundum distantiam ipsius à fundo uasis. dixit Gilbertus. Urina in colore rubea, uel subrubea, & substantia per totum tenuis cum circulo uiridi, uel subnigro significat abundantiam cholerae prasinæ, & æruginosæ. ad hunc locum signa adducas Cõciliatoris posita in principio capituli, & tunc sufficet tibi tantum sic dixisse de ipsis, quantum ad demonstratiua, & prognostica; cum in alijs non inueneris de ipsis diffusè conscriptum.

CANONES. Accedens ad curam earum non purarum eum de ipsis obseruabo ordinem in earum cura, quem obseruauit in signorum suorum positione.

Incipiã itaq; primò à cura eius, quæ ex cholera fit uitellina ponendo septem canones. primus ordinatio dietæ: secundus minoratio materierum communium, & propriarum: tertius digestio: quartus euacuatio reiterata: quintus membrorù confortatio: sextus patientis in actuali afflictione gubernatio: septimus accidentium correctio.

Et ante eorum complementum scito, quod tertiana nota in cura eius conuenit in generali cum tertiana pura quã tum ad intentiones sex positas supra de cura eius: secundò, quod licet ita sit; tamen, ut Gale. in therap. ad Glauconem, & Auicem. prima quarti de cura eius, in multis specialibus differt cura unius ab alia, ut apparebit. & pro complendo hos canones primum, quod debes considerare, super quod te stabilire debes, ut sagittator ad signum est appropinquitas, aut elongatio eius à pura. & idè dicebat Aui. Et oportet, ut consideretur propinquitas non puræ ad puram, & elongatio eius ab ea, & secundum illud diuersificetur inter curam eius, & curam non puræ. quod, si erit non longinqua puræ; tunc diuersifica inter eas diuersificatione parua: nam in non pura sunt grossities, uiscositas materię, quæ indigent calefactione, subtiliatione, incisione, quibus uti non debemus in pura. & idè dicebat Aui. in principio capituli de cura non puræ. Res, in quibus diuersificatur cura tertianæ non puræ, sunt res, quibus communicant febres frigidæ de licentia secunda. & consueuit hic modus loquendi apud nonnullos obscurus esse. propter quod scito sequendo Gentilem, ut in principio operis promissum est, quod licentia idem, quod indicatio, ut. 14. tertij. de cura apostematum calidorum hepatis, unde in febre qualibet duplex insurgit indi-

A catio, siue licentia: prima, quæ est ad febrem, ut febris est: secunda, quæ est ad causam, siue materiam febris. ratione primæ in omni febre competunt frigida, & humida iuxta illud senis nostri. Humidæ dietæ omnibus febricitantibus conferunt. ratione secundæ diuersificatur indicatio, siue intentio secundum diuersitatem materie. febres itaq; de materia frigida dietæ de licentia secunda communicant in hoc, & maximè phlegmaticæ: quod pro rectificatione suæ causæ, siue materie indigent calefactiuis subtiliatiuis, aut incisuiis: & in his diuersificatur cura eius à cura puræ. unde credo, quod, quia absolutè eadem est intentio in choleris ut sic, & maximè puris ad febrem, & causam febris; idè tales dicuntur habere indicationem unam tantum. sed quia frigidæ, ut phlegmaticæ, & melancholicæ dicuntur habere duas: quarum una alteri contrariatur, ut quæ est ad febrè, & causam eius; hinc nominantur de indicatione secunda; quia necessariò habent illam siue de licentia secunda: & tu benè considera. Aliter exponi potest. res, quibus communicant febres frigidæ de licentia secunda. scilicet cum frigidis de licentia prima: febres. n. de pura materia frigida dicuntur de licentia prima: quæ autem ex mixta de secunda, modo hæc communicant in his rebus, quæ est calefactio, subtiliatio, incisio, & huiusmodi; licet in gradu diuersificentur, per quas diuersificatur à pura: quia in cura puræ non indigemus calidis. nec mireris, si in hoc prolixus fuit; quia hic passus à multis laniatur tanquàm difficilis. Secundò uenias ad complementum canonum iam dictorum: & pro primo dicatur initium faciens à cura tertianæ non puræ ex cholera uitellina prouenientis, quod dietæ in ea debet ordinari ad contrarium causæ. & cum causa sit composita; licet sit ad unam formam deducta, ut supra: tamen dietæ debet habere respectum ad cholera, & phlegma: ita tamen quod sicut cholera uincit in uigore; ita & frigiditas in cibus, & aliis sex non naturalibus uincat in uigore, maximè si fiat ciborum diuersorum, aut aliarum rerum adinuicem commixtio. declinet itaq; dietæ ad frigidum, cum cholera dominetur, ut supra. secundò euitentur styptica, & grossa. tertio quod ista frigida sint remissiora tam ex parte aeris, quam aliorum, quam in tertiana pura: excellens enim frigiditas oppilationem induceret. quartò quod, si ad humidum declinare debeat; sit pauca humiditatis: nam frigida, & sicca hoc casu etiam conueniunt, & maximè cum hæc incisua sint, ut aceto sa. quinto quod in principio debet esse grossior, quam in pura, nisi adesset multa repletio, quo casu oportet in principio, & in processu subtiliare; licet plus in processu. sexto quod hæc ingrossatio, & subtiliatio fiat secundum propinquitatem, & remotionem maiorem, aut minorem à pura. item attendantur accidentia, paroxysmorum prolongatio, & ita alias condiciones inducentes cibationem citius, aut tardius grossius, aut subtilius fieri. septimò attende, quod, quia in tertiana non pura paroxysmus durat quasi per diem; hinc, si uirtus tolerabit, & consuetudo non esset in totum ad oppositum; possit infirmus transire accipiendo una die. scilicet in qua non est febris, cibum: & in die, in qua est febris, absque cibo; ut uirtus à digestionem per cibum non impediatur. sed oportet, ut prudentia medici canonicè gubernetur, & consideret benè uirtutis tenorem. uerum consuetudo est in talibus subtiliare dietam magis, quam in pura propter prolixitatem paroxysmi. & tu benè considera; quia hic est locus speculationis: nam, sicut quantitate discreta debet esse minor in non pura: sed continua debet esse maior. considera, & hic aduerte, quia, cum dicit Aui. in principio non puræ Cibatio debet esse spissior, idest, in principio uniuersali eius, quo. scilicet ad quantitatem continuam, & subdit. post principium. scilicet uniuersale procedatur gradatim ad subtiliationem fortè, sicut est subtiliatio puræ ita, ut in statu utriusque subtiliatio sit ferè equalis. dicitur ferè; quia in pura debet esse subtilior. octauò, quod, licet dictum sit, quod dietæ declinare debeat ad frigidum: nihilominus cum cibus suis commisceri debent, quæ aliquid habeant caliditatis, & absterisionis. & idè in cibus confert ponere cicer, hyssopum, & hmoi. & est canon Aui. & Gal. in therap. ad Glauconem. inquit. Habeat aliquid calidi, & quod incidere possit. nonò, quod audaciores esse debemus in exhibitione carniù in hac, quam in pu-

ra de quibus in pura. sed attende consuetudinem ægroti, sermone astantium, & infamiam &c. modera te in omnibus his. 10. quod euitentur, quæ duræ sunt digestionis; quia uirtutem debilitat, & causa sunt multiplicationis phlegmatis: & sic augetur materia morbi.

De potu. dicatur primò de aqua hordei, quæ in pura conuenit simplex, in non pura debet dari decocta cum radice fœniculi, aut aniso, aut piperis modico, & huiusmodi calidis aperitiuis subtiliatiuis: imò aliquando, ut dicit Auicenna. Ea indigemus adhuc fortiori, & ponimus origanum, calamentum, & huiusmodi ad bulliendum cum ea. coletur, ut eorū non remaneat substantia. uerū oportet, ut cōsideretur materia peccans, quantum ad eius grossitiem, uiscositatē maiorem, uel minorem: & sic de alijs. De uino dicatur, quòd ut Haly. uinum dari non debet ante apparitionem signorum digestionis. & cum datur, administratur post assumptum cibum per unam horam. hic mos non est cōsuetus apud nos: uinum enim competit album paruum etiam limphatum, & magis in die quietis, quàm in die interpolationis attenda consueudine &c.

De motu, & quiete dicendum, quòd motus magis cōuenit, quàm in pura. & quia fricationes tenent locum exercitij; dicendum, quòd conueniunt ante cibi assumptionem longiores, & fortiores, quàm in pura, ut post paroxysmi recessum, uel declinationem.

De balneo dicendum, quòd nullo modo competit ante digestionem materiæ, & eius euacuationem, siue eradicationem; quia solum in declinatione: sed hæc non prosequor quia, ut in de pura, non est in usu: & non sine periculo ponuntur febrientes in balneis: oportet enim medicum talē esse multū expertum. neq; de te sic facillē confidas.

De somno dicendum, quia maior est intentio in resoluenda materia; hic somnus nō fit multus: sed moderetur secundum complexionem, ætatem, & cōsuetudinem. & sit minor solito. euitent diurnum omnino. neq; dormiat statim assumpto cibo. considera conditiones dictas.

De inanitione dicatur. habeat uentris beneficium bis in die, si potest, uel saltem semel arte, uel natura. sed multū in hac laudatur clysteria, ut in complemento secundi, & quarti canonis. item euitent coitum, repletionem. & causa patet.

Animi accidentia euitent immoderata: ira tamē, & huiusmodi minus uerentur, quàm in pura.

Pro complemento secundi dicatur, quod uomitus factus in principio euentus paroxysmi maximè materia inclinante ad superiora maximi est iuuamenti. Auicenna. quia materiam antecedentem euacuat, & minorat paroxysmum, ut patet. quod, si fiet post assumptum cibum, & maximè in die paroxysmi etiam non existente inclinatione ad eum ante aduentum eius per tempus notabile, quia per horas quinque; & maxime si facillē fiet; erit etiam maximi iuuamenti: nam in stomacho multa inhabitat phlegmatis, & uiscositatum quantitas, & in ipso secundum plurimum reperitur cholera uitellina, ut supra in principio capituli. & idē sic minorabuntur materiæ cōmunes, & propriæ. & hoc est, ut existimo, quod uoluit Sera. dum inquit. In cura tertianæ non puræ administratur semper uomitus. i. in omni specie huius, siue scilicet materia propria inclinatur, siue non. & ita modera faciēdo ipsum alternis diebus, uel paucioribus, ut uidebitur tibi ex tolerantia eius ab infirmo. Fit & minoratio cum medicinis exhibitis per hos leuibus materiam ipsam respiciētibus de quibus supra. 5. cap. & tu ibi: item cum clysteribus. unde Auicenna. Et clysteria in principio sunt mihi magis dilecta, quàm solutiua alia. & hæc debent esse satis fortia, & acuta respectu illorum, quæ administrantur in pura: & hæc propter grossitiem, & uiscositatem cholerae uitellinae, & phlegmatū, quæ in talibus reperiuntur corporibus magis. unde ponimus in his blitum minorem, mercurialem, carthamum, turbitum, agaricum, & huiusmodi miscendo cum lenitiuis, de quibus in radicibus uniuersalibus. & tu ibi. nota tamen, ut infra, quòd ista clysteria non debent esse ita acuta, quòd materias trahant à remotis, & ipsas agitent: nam sic admiscerentur cruda cum digestis: & fit additio in materia, & augmētatur morbus. & idē fortassis dicit Auicenna. & odor turbitum.

Pro complemento tertij scito, quòd digestiua debent

esse minus frigida, quàm in pura: sed debent esse subtiliatiua, incisua, quas intentiones pura nō requirit. & per quas & dictas, & dicendas apparet diuersitas curæ in eis: nam in principio conuenit acetosus simplex cum melle ros. colato ut Auicenna. sed dices, subdit, & in principio Aui. aut sy. acetosus de radicibus, quòd est contra canonem in canonibus uniuersalibus positū: quoniam talia aperitiua in principio non competunt; quoniam materias facerent precipitare in uias, & oppilationem inducerent; dicendum, quod ly aut tenetur cōtinuatiuè, & non disunctiue. & est sensus, Et post sy. acetosum simplicem cum geleniabin da acetosum de radicibus. s. duabus; quia nō est ita fortiter, sicut de quinque. & per hoc notat gradationē de debili ad forte in subtiliando, & aperiēdo. ista oportet te moderare secundum materiæ grossitiem ac uiscositatem maiorem, aut minorem. quis ergo poterit digestiua sic ordinare nisi casu primo in terminis posito. & idē ad capitulum quartum recurre: & tu elige, ut exigit cōditio. post autem septimū, id est, post principium, & in augmento; quia apparente signo digestionis (& ita exponit Haliabas in hoc cap.) cōuenit decoctio absinthij: est enim aperitiua, subtiliatiua, & stomachi cōfortatiua: et similiter aqua fœniculi cum syrupo tamen acetoso. & in summa, ut Auerquinto colliget, studendum est magis in exhibitione aperientium oppilationem, quàm infrigidantium. unde laudantur, quæ sunt aperitiua non multi caloris; ut capillus uen. lupulus, radix apij, fœniculi frangendo eorum siccitatem cum uiolis, liquiritia, & huiusmodi. quòd, si cum his commisceris, quæ membra confortabunt, ut stomachum, & hepar; optimè. item dentur pluribus diebus digestiua in hac: uer. g. ubi in pura datur ante euacuationem quatuor uicibus, siue quatuor mane; da in ista ex usq; ad octos, antequam detur euacuationum saltem eradicationum.

Et sic ingrediens complementum quarti dico, quod in principio minoratiuè absq; digestionem euacuare possumus, ut dictum est: sed in eradicatione expectare oportet digestionē. item in soluendo procede, ut de digestiuis de debili ad forte, initium faciens à cassia ueniendo usq; ad turbitum, & ad electuaria fortia, de quibus supra quinto cap. attende tamē, quod, si apparebunt signa aliqua digestionis; non erit dare tunc solutiuum satis forte: imò uidetur regulare. & hoc forte uoluit Haliabas. quando in principio dabat cassiam, & turbitum; item, cum est debilis; da medicinam fortem; quia euacuationem humorem difficilis euacuationis: & debilem; quia non euacuantem multū in una uice, sed in pluribus uicibus euacuet humorem, cuius euacuatio quærebatur. ita quod melius est eam reiterare. & similiter uerificatur canon, quando ægritudo est pigra, longa, uel materia est composita. electuaria autem, & pilulæ descriptæ supra. 5. cap. in soluendo hanc cholera sunt huiusmodi: sed tu eas benè considera, & modera cum lenibus; ut ætas, uirtus, & ipsa exigit dispositio. & hic stes attentus in euacuando per uiam, ad quam materia declinat iuxta illud senis. Undecunq; natura rapit &c. si ad cutim; prouoca sudorem. hæc intellige seruatis canonibus in prouocatione in radicibus uniuersalibus. si ad uias urinae; da prouocantia, quæ sint mediocris, & nō excellētis caliditatis, & siccitatis. si ad superiora; per uomitum, ut dictū est: & sic de alijs. cum ergo sciueris, quod digestio iam aduenit; tunc euacua eradicationē. s. & prouoca, & nō cures de alijs, id est, non timeas hoc facere. & in summa dicendum, quòd in his febris sic cōpositis de materiabus grossis ante earū euacuationem plus debemus expectare digestionem: magis tamen, & minus secundū materiæ grossitiem, uiscositatē, &c. secundò, quòd debes attendere, quòd solutiuum correspondeat materiæ peccanti. ubi attendas, quòd cum hac cholera quandoq; commiscetur melancholia. & sicut de digestiuis dicendum. tertio quòd frequentius dantur, & dari debent solutiua in hac: quia longa, & frequentius in longiori.

De phlebotomia dicam cum Auicenna. cum uideris eorū urinas grossas scilicet cum rubedine, quia subrubeas: tunc phlebotomia; quia significat materiam in sanguine peccantem. & cum phlebotomaueris, non indigebis clysteri scilicet acuto; quia in eadem die non debent fieri duæ fortes euacuationes, ut decima tertij de cura sputi sanguinis. tamen ante phlebotomiam, si natura erit sicca; fac clystere lenitiuum

Vomitus
in principio
paroxysmi.

bono mane, ut in radicibus uniuersalibus. Pro complendo quinto scito, quod ut supra de prognosticis, hepar maximè debilitatur, & principaliter: secundò stomachus: tertio splen. & ideò in his te oportet sollicitum esse in eorum uirtutem confortando, ac prohibendo futuram oppilationem. hepar enim est membrum debilis compositionis, & cito relaxatur: & ideò quæ dantur, cum febris peruenerit ad. xiiij. diem, quia. s. erit in declinatione; debes dare trochiscos de ros. minores, uel illos, quos ponit Auic. in. 5. canone: in quorum compositione nõ magis dicitur scamonea, & sunt minoris descriptionis. quod dico, quia multe ibi ponuntur descriptiones. nec ibi inuenitur rubrica de trochis. minoribus: sunt enim infrigidatiui, & confortatiui propter stipticitatem. & ideò non conueniunt nisi post digestionem. cum autem prolongatur ægrotudo ultra tempus dictum, & incipit durare per mensem, & menses; oportet uti fortioribus. & te transferas ad trochis. de eupatorio: nõ quia in longo processu multum debilitatur hepar: & quia sic debilitatù malè potest à se expellere superfluitates, quæ in eo multiplicantur; dubitatur de futura oppilatione, & p. maximè quia materia peccans grossa, & uiscosa est. & ideò da confortantia fortia, & aperientia. huiusmodi sunt trochisci de eupatorio, qui cum sint displicibiles; eos dabis in forma pilulari, aut in syru. acetoso, & de radicibus. addes more Gentilis eupatorium, scolopendriam, cuscutam, squinanthum, asarum, & huiusmodi, quæ confortant, & aperiunt oppilationes tam hepatis, quàm splenis. item ad extra iuuant calefacientium applicatio: & ex confortantibus cum oleo de spica cum absinthio, calamento, squinantho, & huiusmodi aperientibus poros, & materias facientibus transpirare. & quia in longo processu uerisimile est subtile esse resolutum; ideò opus est uti calefacientibus ratione materie grosse, quæ remansit, quæ indiget calefactione, & subtiliatione forti, quæ per frigida minime fieri posset. unde, & si aliquo modo calefaciant; maius est iuuamentum. considera. consimiliter oportet, & stomachum confortare cum calidis etiã non tamen intensis. unde hic subscribam, quæ stomachum confortant, hepar, & splenem: ut, cum oportuerit, componere possis.

Calida stomachum confortantia sunt.

Abinthium.	Mentha.	Gariophyllus.
Lignum aloes.	Aromaticum ro.	Cypressus.
Calamus aroma.	Theriaca.	Mastiche.
Citrum.	Acorus.	Saluia.
Galanga.	Cinnamomum.	Gariophyllatum, & huiusmodi.

Ex frigidis.

Rosa.	paratum.	Vinum granatorum
Myrtus.	Sandali.	Ribes.
Agrestum.	Cytonia.	Zuccharum rosatù,
Coriandrum præ-	Corallus.	& huiusmodi.

Ex confortantibus hepar calida sunt.

Squinanthum.	Saluia.	Hyssopus.
Foeniculus.	Eupatorium.	Asarum, & huiusmodi.
Cappares.	Cyperus.	di.
Abinthium.	Ameos.	

Ex frigidis.

Acetum.	Rosa.	Cichorea.
Acetositas citri.	Agresta.	Hepatica.
Endiuia.	Cerotum sandalini.	Hordeum.
Acetosa.	linum Mes.	Sandali, & hmõi.
Granata acetosa.	Fumus terræ.	

Ex confortantibus splenem calida sunt.

Tamariscus.	Ruta.	Eupatorium.
Acorus.	Scolopendria.	Passulæ.
Chamedris.	Abinthium.	Saluia, & hmõi.
Epithymus.	Asarum.	
Prasium.	Capparis.	

Ex frigidis.

Acetum.	Cornu cerui	Myrobalani.
Blitis.	ustum.	Morum.
Viola.	Coralli.	

Quæ omnia posui magis gratia exempli. & tu similia, cū opus erit, require suis locis.

De correctione accidentium dicatur, q̄ ad sua capitula

A recurrendum est. unde etiam, quæ dicta sunt supra de accidentibus acutarum, hoc loco tibi erunt magno adiuuamento. **EXPEDITVS** de famosa, quia de cholera uitellina, uenio ad ea, quæ est ex citrina, & ad minus famosas: & si Auic. nisi unicum fecerit de omnibus cap. minus famosas sub famosa comprehendens. unde uoluit, ut quæ dixit de famosa, sufficiant de minus famosa, & alia.

In ea autem, quæ est ex cholera citrina, regimen debet declinare ad frigidum magis, quàm in uitellina, & minus quàm in cholera pura: item ad humidum minus, quàm in alijs. unde & quandoq; conceditur, quod declinet ad siccum. unde styptica, & leuia in hoc casu concedi possunt. & hæc intellige tam ex parte regiminis medicinalis, quàm diætæ. unde obserua canones positos in de uitellina: habes enim digestiua, & solutiua. 4. cap. & tu ibi. tu tamen semper attē de eius recessum à pura.

B In facta ex cholera per adustionem in seipsa obseruetur regimē utrunq; in ea, quod obseruasti in ea, quæ ex cholera pura: cum magis sibi appropinquet, & similes, quàm alia. uerum oportet, ut ad humidum magis declinet, quàm in pura. secundò sis attentus, q̄, cum in tali adustione pars eius in melancholiam transeat, debes cum hoc administrare, quæ etiam pro parte melancholiam respiciunt adustam. & hoc in utroq; regimine. item ualeat, & regimen, de quo infra de continua tertiana. & tu ibi.

In ea autem, quæ est ex cholera per admixtionem melancholix ad extra uenientis, regimen sit minus frigidum, quàm in pura: sed sit magis humidum. & consequenter fortiores in hac fac fricationes: uerbi gratia, ubi ponebas in pura in clysteribus oleum uiolatum: pone in hac uiolatum & commune simul graduando, ut uidebitur: & sic in singulis te regas.

C **Q**uid autem de febre ex zinaria, & prasinia dicendū sit, patet ex dictis supra de ipsis in principio capituli: nõ, cū ipsæ sint uehementis caliditatis, & natura quodammodo participant uenenosa, & maximè zinaria; debet regimen tendere ad frigidum, & humidum uehementer cum rebus cordialibus habentibus etiam respectum ad uenenum. & tu cōpone ex his, quæ supra de pestilentia.

D **D**ICEBATUR de duplici tertiana, quæ continebat ex diuersis materiebus in diuersis locis putrefactis. & tu ex datis secundum materie peccantis exigentiam regimen administra, & canones dictos tuo adapta propòsito.

Postremò hic attende dictum Giliberti: inquit enim de cura duplicis tertianæ. In curando autem est differentia: quia, si sit de materijs contentis extra; digerenda est potius materia per fomentationes, emplastrationes, aperientia, & huiusmodi. cognoscitur autem hoc; quia infirmus fatetur se habere febrem in capite, uel renibus, uel coxis, uel alibi. oportet ergo apponere euaporatiua; quia, cum per spiritus, qui euolant per poros, debet fieri digestio; cauendum est, ut statim apponantur confortantia styptica: aliter enim fiet magis indigesta materia. hoc etiam fit quandoque materia existente intra: quia quidam sunt, qui nullatenus per os aliquid reciperent. subueniendum est ergo per appositionē exteriorem; ut accipiatur calamentum, pulegium, menthastrum: bulliāt in fortissimo uino, & super materiam febris apponantur. uel accipe semina diuretica, uel fursur, ut citius euaporet: sic enim dispergitur materia, & à loco euaporat. hæc ille. & hoc apposui, ut bene consideres in omnibus modum curæ.

Quia cholera fit non pura per admixtionem diuersi phlegmatis, ac melancholix, ut dictum est; ideò malè reperiuntur sic simplicia cuiilibet tali conferentia. propter quod oportet te componere. & tu habuisti simplicia digestiua cholera naturalis, & simplicia phlegmatis naturalis, ac melancholix. & ideò ad quantum recurras capitulum. & compone.

Ut uerbi gratia, quando mixtio est ex cholera, & phlegmate tenui, & aquosa, & dicitur citrina; Recipe aquarum endiuix. ʒ. i. scariola, cichorea ana. ʒ. i. s. absinthij, foeniculi ana. ʒ. i. misce.

Vel sic ex syrup. Recip. syru. acetosi simplicis, mellis ros. colaci ana. ʒ. i. aquæ endiuix. ʒ. ii. s.

Cano. Sauo. I Vel

Materia extra contenta per fomentationes, & similia digerenda.

Vel si uis magistralē; ℞. endi. scariolæ, lactucæ, adianthos, hyssopi, cichoreæ an. M. i. radicū foeniculi. ʒ. ij. ʒ. radicū apij ʒ. i. seminū endiuix, scariolæ an. ʒ. i. fiat decoctio: & pro lib. ra. i. ʒ. decoctionis pone. ʒ. iij. zucc. & aceti. ʒ. v. & fac longum, & breuem, ut placebit. & da, ut dictum est in præcedenti rub. & aromatiza cum cinnamomo.

Ex solutiuis da cassiæ tractæ unc. i. cum. ʒ. ij. turbith præparati. extrahatur cum aqua absinthij, & endiuix an. Vel recipe electuarij indi. ʒ. i. ʒ. electuarij succi rosarum Nic. ʒ. ij. cum aqua endiuix, absinthij ana unc. i.

Confectiones, & electuaria consimiliter compone ex calidis, ut frigidis: ut ℞. specierū aromat. rosati descriptione Gabrielis. ʒ. i. ʒ. specierum triasandalorum. ʒ. ij. quia cholera uincit in rigore, zuchari tabarzet unc. x. fiat cōfectio solida. uel cum similibus, & zucharo uiolato, boraginato fac electuarium.

Et ex trochiscis cōueniunt trochisci rosati minores Aui. maximè qñ iam præterijt quartusdecimus dies, uel circa habentes intentiones, ut in canonibus est expressum.

Constr ex oleis commisce calida dicenda in phlegmatica cum frigidis iam dictis, & fac unctiones, cerotaria, & huiusmodi secundum exigentiam membrorum. pro quibus et ad propria te reducas capitula. & hoc Aui. in euacuatione talis materiæ laudat scamoneam, & turbith. & nota, q̄ erat orientalis, ut supra de tertiana pura.

Quòd, si fuerit ex cholera uitellina; consimiliter dic de simplicibus.

Ex compositis uerò ℞. syrupi acetosi simplicis unc. i. ʒ. mellis rosati colati. ʒ. ʒ. aquæ endiuix, foeniculi an. ʒ. i. ʒ.

Ex magistralibus. ℞. radicū foeniculi, asparagi an. ʒ. i. ʒ. scolopendriæ, endiuix, scariolæ, cichoreæ ana M. i. absinthij M. ʒ. liquiritiæ, passularum ana unc. i. seminis endiuix, scariolæ, asari ana unc. ʒ. fiat decoctio, de qua ℞. lib. i. ʒ. zuchari tabarzet unc. iij. aceti unc. v. uel scillitici si magis uis incidere, & hoc in processu unc. iij. fiat sy. longus, aut breuis, & detur, ut supra de tertiana pura cum aquis appropriatis, aut sine aquis, ut ibi. item p̄cede deinde ad acetosos cōpositos.

Ex solutiuis conuenit, ℞. diaphoeni con. uel electuarii indi. ʒ. ii. ʒ. electuarii succi ros. ʒ. i. ʒ. uel cassiæ, uel diaprunis, uel mannæ unc. i. turbith gummosi præparati. ʒ. ii. uel agarici tantundem. & in hoc ca. Aui. laudat scamoneam, turbith, & agaricum.

Pilulas, & alia habes supra quarto cap. ualet & rhabarbarū in substātia, & in infusione datū. & benè tibi sit memoriæ propter ægritudinem esse chronicam te oportere procedere de debili ad forte, & sæpe replicare.

Ex tro. maximè commendat Aui. in hoc capi. trochiscos de eupatorio, & de ipsis dictum est.

Ex confectionibus ℞. specierum diarhodon abbatis, uel triasandali. ʒ. iij. specierum aromatici ros. Gabrielis. ʒ. i. ʒ. zuchari unc. iij. fiat cōfectio, de qua accipiat ante cibum per horam unum morsellum. ʒ. iij. & post bibat parum uini aromatici optimè limphati, uel electuarium confice ex zucharo buglossato, uiolato an. unc. iij. rosarum, rosarini an. unc. ʒ. manuschristi perlati unc. i. ʒ. specierum electuarii. ʒ. i. & de ipso plus, aut minus pone secundum, quòd uides eā plus, aut minus à pura distare, ut dictum est.

Quòd, si fuerit non pura per admixtionem melancholiæ in se genitæ per adustionem; tunc simplicia uideantur, quæ conferunt cholera puræ, & melācholiæ; & ex illis aggrega, ut uerbi gratia magistraliter.

Recipe florū uiolarum, boraginis, buglossæ, ros. rub. endiuix, scariolæ, lactucæ ana. M. i. feminum frigidorum maiorum, scolopendriæ, succi boraginis, succi pomorum rodolētium acetosorum an. unc. iij. fumiterræ unc. iij. ʒ. bulliant in li. vi. aquæ ad consumptionem tertiæ partis, & cum li. ii. zuchari fiat sy. cum unc. iij. aceti scillitici. & clarificetur, & detur de eo plus, & minus secundum longitudinem, uel breuitatem, ut supra.

Vel ℞. ex cōpositis sy. uiolati unc. i. sy. de fumoterræ unc. ʒ. aquæ buglossæ unc. ii. aquæ fumiterræ unc. i. misce.

Ex solutiuis ℞. rhabarbari electi. ʒ. i. ʒ. spicæ gr. y. infunde in aqua lactis, & modico uini albi, stetq; per horas octo in infusione. deinde exprime, cui expressioni addatur cassiæ

uel mannæ unc. i. & electuarii hamech. ʒ. i. extrahatur cassia cum aqua fumiterræ, boraginis, endiuix ana.

Pilulas, & alia habes. ʒ. cap.

Cōfectiones, & electuaria fabrica: ut uerbi gratia, ℞. specierum electuarii de gēmis. ʒ. i. triasandalorum, uel diarhodon abbatis. ʒ. ii. ʒ. zuchari albissimi unc. x. Vel ℞. lactificatis Alman. specierum triasandalorum, manuschristi perlati, & cum zucharo boraginato, uel buglossato uiolato fac electuarium, & ut supra foliis auri cooperiatur pro nobilibus.

Unctioes modò ex modo dato fabrica, ut opus est com miscendo olea calida cum frigidis, de quibus in de cholericā pura, & infra de phlegmatica, & de quartana. ita quòd attende inflammationi, & adustioni, & si uidebitur epithema re hepar, uel cor; te reducas supra ad ea, quæ de febre pelti- lentiali, ubi epithemata tuo proposito inuenies.

Quòd, si fuerit non naturalis per admixtionem cholera nigra ab extra uenientis; consimiliter operare ex parte simplicium: ut uerbi gratia.

Recipe melissæ, scolopendriæ, endiuix, scariolæ, florum boraginis, buglossæ, uiolarum ana M. i. radicū foeniculi, petroselini ana unc. i. ʒ. liquir. ros. passularum ana unc. i. fiat decoctio, & cum libra una decoctionis ponatur unc. iij. zuchari, & unc. ii. aceti, & fiat syrupus longus, aut breuis, ut dictum est. Vel ℞. syrupi uiolati acetosati unc. i. de fumoterræ ʒ. ʒ. aquarū scolopendriæ, buglossæ ana unc. i. ʒ.

De solutiuo. ℞. cassiæ, aut mannæ unc. i. diasennæ unc. ʒ. uel electuarii hamech. ʒ. ii. ʒ. cum aquis dictis da &c.

Confectiones ordina, & electuarium, ut in præcedenti, & in aliis similiter per omnia. & tu considera ea.

De tertiana continua. Rub. 4.

TERTIANA continua est febris continua ex materia cholericā ad intra uenas putrescente in locis à mēbris p̄cipalibus, & propriè à corde remotis secundum plurimum contingens. cuius est de tertio in tertiu manifestam facere ex crescentiam. dicitur ex materia &c. quia ex omni tali indifferenter fieri contingit. dicit ad intra &c. & secundum plurimum; quia nō inconuenit, quòd fiat à materia extra uenas, ut in rubrica sequēti. dicitur à mēbris &c. quia in hoc differt à causone, qui fit ex materia propinqua principalibus, & cordi specialiter. dicitur cuius; quia secundo differt ab ipso causone, in quo non apparet manifesta ex crescentia.

DE SIGNIS demonstratiuis dicatur summatim.

Ab exeuntibus primò: quia urina eius est intensa ualde, subtilis substantiæ, rubea, uel subrufa cum liuiditate quadā: similiter egestiões. itē in ea nisi in die critica sudor apparet.

A substantialiter in hærentibus; quia caliditas sentitur acutior mordacior.

A qualitate mutata facies citrinior, similiter oculi, lingua cum asperitate, & quandoq; cum nigredine.

Ab actione læsa. non incipit cum rigore, neq; cum horripilatione: sed cum quodam typo, siue frigore extremitatum priuatiuo, & leni. est sitis intensa, pulsus uelox, & spissus cū diuersitate quadam, expiratio maior. & in summa signa in hac sunt intensiora, atq; fortiora, quàm in interpolata. & tu applica secundum gradum intensiorem, quæ dicta sunt de tertiana nota.

DE SIGNIS prognosticis. de eis dicitur simul cū his, quæ de causone. & tu ibi.

CANONES. Et accedens ad curam dico, quòd, licet similes sint intentiones habendæ in cura tertianæ interpolatæ, & continuæ; tamen cura continuæ differt à cura interpolatæ in modo approximationis, & gradu rerum illas intentiones complementium. & antequàm illas ponam differētiās, scito, quòd magis sollicitus esse debes in cura eius cōtinuæ, quàm interpolatæ: quoniam materia continuæ est in quantitate maior, & in qualitate deterior, & magis timorosa, quàm interpolatæ. & licet sit materia una specie, ex his primam, si uis, cape differentiam.

Secunda: quia diæta debet esse subtilior in continua propter uirtutem magis opprimi à materia morbi, ne impediatur digestio. item quia est maior quantitas, ut dictum est: itē scuitas accidentium maior.

Tertia, quia diæta debet magis declinare ad frigidum, quia continuè materia ad cor effumat, & ponit ipsum in calesfacto esse. & hic nota uerba Rasis in diuisionibus. intende in extinguendo, quantum potes, cum exhibitione aquæ curbitæ, &c. & subdit, & nõ prohibeatur in hac febre, quin sumat æger aquam frigidam, cum uult. & in summa dicit, qd licet tardet crisi; tamen est securius sic facere, & qd expectus est utranq; uiam, & inuenit hanc securiorem, & multò pauciores mortui sunt. & subdit, dimittere extinctionem est dimittere ægrum proculdubio ad mortem appropinquare. & hanc uiam secutus est Cermifonus noster. quidam dicunt Rasm hoc intellexisse magis in cura caufonidis. & cõ sequenter dicatur de aliis rebus non naturalibus: ut quòd quies est conuenientior motu, & quòd non debet irasci, & breuiter ex ipsis timere supercalesfactionem amplius, quàm in interpolata.

Quarta, quòd in hac debemus magis intendere digestio ni, ut Aui. & hoc dupliciter: primò, quia materia continuarum non est apta ita faciliter educi per pharmacum, sicut in terpolatarum. & causa; quia materiæ continuè sunt disseminatæ per uenas magnas, & paruas per uniuersum corpus: sunt itaq; hæ materiæ multum remotæ à uis ductuum. in interpolata autem materiæ continentur extra uenas in carne aut cute, ut supra, aut in uenis magnis, & in faucibus earũ, in locis propinquis expulsionis: quoniam non uidetur uerisimile; quòd ita cito posset materia interpolata in principio paroxysmi moueri ad extra uenas super membra sensibilia nisi ipsa esset in faucibus uenarum magnarum locis expulsionis propinquare: imaginabile tamen est, quòd ipsa contineri possit in uenis multum remotis. & forte hoc aliquando contingit, licet rarissimè, quòd signo potest comprehenditur: ut cum uideris febrientem interpolatæ incurrere febrè, & ante aduentum eius erit cum signis halmeliletu per longum tempus, ut per horã, & plus antequam. s. ueniat rigor, ita, quòd non accidat hoc ex materiæ tarditate. & ideò benè considera. & ex isto cognosce quàm benè operantur, qui dant omni sero unã piam in his continuis ante apparitionem signorum manifestæ digestionis: plus enim lædunt, ut patet: sed apparentibus signis manifestæ digestionis natura tunc omni die digerente conueniet: & hoc cõsentiente uirtute. secundò quòd materia tam antecedens, quàm coniuncta ipsius continuæ in uenis est, & remanet. sed interpolatæ antecedens est in uenis, aut extra: sed eius coniuncta ad extra, etiam in continuis requiritur æquatio materiæ, & eius separatio ab aliis humoribus non peccantibus: in interpolatis autem sola æquatio. uirtuti itaq; difficilius est complere illa duo, quàm alterum tantum. & tu considera: quia locus est speculationis. item ad opus practicum debes esse intentus plus digestionis dando digestiuum pluribus uicibus in die, aut in maiori dosi, aut pluribus diebus, ut dictum est.

Quinta, quòd in hac debes esse intentus plus prouocationi. & causa; quia dato, quòd secundum plurimum materialium continuarum sit in uenis magnis, in quibus est maior communitas ad uias urinæ; licet & materia interpolatarum etiam possit esse in eisdem: tamen quia in cõtinua cholera fit maior infectio seri, siue aquositate sanguinis, ad cuius finalem educationem oportet prouocationi magis intendere, & per uiam sudoris, & per uiam urinæ, & hoc cum plurimo usu aquæ hordei, & seminum communium frigidorum, ut supra in radicibus uniuersalibus.

Sexta, quòd in hac magis intendimus ad lenitionem uentris propter maiorem uentris siccitatem, & maiorem timorem phrenesis, & minus ad usum medicinæ solutiæ ante digestionem. & hoc regulariter; quia coactè contingeret oppositum, & causa est iam dicta pro parte. secundò, quia uirtus est debilior in continuis in tolerando impressionem malam pharmaci. unde tolerantia pharmaci debet uirtuti proportionari. item &abilitas materiæ. & Aui. & non utatur nisi clysteribus lenibus.

Septima differentia: quoniam uomitus est magis prouocandus, & magis iuuatiuus in interpolata.

Octaua; quia, ubi sit de phlebotomia indicatio; magis conuenit in continua, de qua infra in de quotidiana.

Et in summa continua indiget subtiliori regimine magis in

A in frigidatiuo digestiuo minus calido, & pluries replicato, continuatoq; magis, clysteris minus acutis, & magis lenitiuis, & similiter solutiuis, maiori prouocatione urinæ, & maiori extinctione, quàm sibi compar interpolata. & pro sãuitate accidentium recurre ad ea, quæ de acutis, & pro alijs etiam: quoniam acuta est. quantum differat ex parte curæ ipsa ab interpolata, iam manifestum est; quia intensiora frigida cõpetunt. & ideò ex habitis in de tertiana pura, & in præcedenti rubrica, & supra. 5. cap. & de pestilentia elige tu frigidiora ex parte digestiuorum, solutiuiorum, trochisco. cõfectio num, electuariorum, unctio num, epithematum, & hmõi.

Et in fine huius totius capituli addã aliqua, quæ à proprietate specifica ponuntur ab authoribus omnem curare tertianam, quæ etiam nolo despiciere: & hoc, si prius rememorabo, qd rubea trochiscata Nic. ante horam accessionis cum aqua rosa. data ad modum auellanæ, & naribus, & pulsibus inunctis ex ea sanat. item tryphera saracenicæ eiusdem data, ut dictum est. Aui. 2. can. cap. de aranea inquit. Dixerunt quidam, quòd tela aranæ, quando miscetur quibusdã emplastris, & ponitur super frontem, & tpa; febrim sanat tertianam. & extimauerunt quidam, qd tela speciei, cuius tela est spissa alba, quando stringitur in cute eius; & suspenditur super collum, aut adiutorium; sanat febrim tertianam. & quidam, ut Varignana accipiunt plures araneas, & illas coctas cum oleo lucernæ, & tritas ante paroxysmum applicant temporibus, pulsui brachiorum, & optimè tollunt tertianam: digesta tamen prius materia. tres radices berbenæ cum tribus folijs eius in aqua dissolutæ ante accessionem data curant eam. Pli. 2. 5. dicitur, ut habens tertianam in potu sumat tria ex folijs eius, aut tria ex granis ipsius, & alterabuntur circuitus febris. Aui. 2. canone.

Medicameta quæ à proprietate specifica ponuntur ab authoribus omnem curare tertianam.

De causone.

Cap. 13.

C A V S O N est febris continua pportionalis de cholera naturali, aut phlegmate salso putrefactis in uenis corporis totius, aut in mēbris nobilibus cordi propinquis cum uehementia accidentium, & incendio s̄m plurimū contingens. d̄r proportionalis; quia non est uerè, & p̄ priè conclusa: quia dato, qd ab ægro, uel medico excrescentia non percipiãt rōne loci: tñ de tertio in tertium ex natura humoris motum habet. dicitur de cholera naturali: quoniam non uidet, qd ab innaturali causari possit: nam primò ex citrina fieri non uidetur; quia non reperitur in locis propinquis cordi, neq; in eis multiplicatur: uerū non implicat, qd in eo loco multiplicetur: & sic qd eam causet, ut uidetur uel le Isaac, & Viaticus. & hanc uocat causon non multi feroris. sed dicebatur s̄m plurimum, imo dicitur cõsequēter, qd si contingat choleram citrinam multiplicari in toto, & putrefieri; non causabit causonē: quia nunquam perueniet ad incendiū, & calorem simile incendio causonis: & tu considera. in cura autem est differentia ex parte intensi, & remissi, & non aliter neq; à uitellina, neq; à cholera minoris famæ per admixtionē extranei pp ipsas non posse peruenire ad incendiū tale, quale facit causon pp earum grossitiem. nam uapores earum grossi sunt non potentes uenire ad eã igneitatē, ad quam fumi cholera naturalis. de cholera in naturali per adustionē in se; de qua dicebatur, qd cura eius erat sicut cura puræ, dicendum primò, qd in locis iam dictis non multiplicatur. qd si multiplicaretur; dicendum ut de citrina. sed dices est ne phlegma salsum calidius hac cholera? & uidetur, qd non: quia in phlegmate salso est aliquid phlegmatis remittentis; cholera acuitatem, & illa adustio uidetur facere ad igneitatē. ista discussio pertinet ad capitulū de humoribus, ubi est uidendum, quo modo se habent hi humores ratione intensiōis, & remissionis: & tu cõsidera. dicitur à phlegmate salso. unde Aui. Et nõ sic phlegma salsum sicut sciisti, ex quo supple causetur causon, nisi ex aquositate phlegmatis cū cholera acuta. est ergo cholera, qd putrefit quæ. s. est pars phlegmatis salsi, aquositas pmixta aquositati plurimæ. i. cholera humoralis, & nõ p adustionē genita, quasi uelit, qd cholera sit multa: tñ frigida aquosa, & fluxibilis p phlegmatis aquosi admixtionem. ex quo infertur, qd non fit causon à phlegmate salso per adustionem phlegmatis generato. Sauro. I 2 nito;

nito; quoniam tale est remissius primò propter cinereitatē in ipso ex adustione remanentem, uel ex pone cum cholera acuta, id est cū humore acuto, siue sit cholera, siue pars phlegmatis adusta: & sic contingit causonem ex ambobus causari. sed quid dicemus? quoniam in phlegmate falso aquositas uincit in quantitate, & remanet in toto forma phlegmatis: in cholera autem citrina remanet forma cholerae. ergo uidetur, quòd calidior sit citrina ipso phlegmate falso. si ergo phlegma falsum facit causonem (à fortiori) & citrina. item cholera adueniens phlegmati non tollit formam phlegmatis. & phlegma adueniens cholerae citrinae non tollit formam cholerae: sed forma cholerae limitat pro esse suo in materia intensiorem gradum caliditatis, quàm forma phlegmatis. ergo cōsidera: quia hic est locus speculationis. & oportet p̄ his te recurrere ad cap. allegatum: & tu ibi. tamen dicendū quòd phlegma falsum magis reperitur in locis propinquis cordi; eo quòd ibi reperitur magis cholera naturalis; quia in uenis pulmonis cum sanguine cholericō nutriatur, & in eisdem phlegma plurimum cum complexione accidē tali fit humidius.

Causonis
differētia.

Ex his quidam distinxerunt, & est distinctio communis, quòd causon est duplex: uerus, qui est à cholera, & Auic. est causon phlegmatica: alij aliter. causon triplex: purus, nō purus, non uerus. purus à cholera pura: non purus à cholera non pura, quia citrina; non uerus à phlegmate. considera. dicitur putrefactis: quoniam, ut Auic. causa in eo est multitudo putredinis. uerū æstimauerunt quidam, quòd à cholera naturali sua peccante quantitate, & non per putrefactionem possit febris causari causon dicta, de quorum numero fuit Gordonius. sed de isto dictum fuit in de synochis. hoc tamen communiter non tenetur, & contradictionem in se non includit, & ut allegato loco uisum est Auerro. hoc contingere posse. dicitur in uenis totius, quòd dato, quòd propriè causon fiat cum materia in locis nobilibus cordi propinquis; quia in illis cholera ipsa per appropinquationem cordi magnam inducit inflammationem accidentium prauitatem magnam, & multò maiorem, quàm quando est in locis remotioribus, propter quòd à tertiana continua differat ut supra: tamen non inconuenit, quòd aliquando in uenis totius accidit cholerae multæ putrefactio, ad quam sequitur causon, ut Gal. 4. regiminis acutorum cōm. 1. uerū hoc esse raro, sed s̄m plurimū fit, quādo putrefit in locis propinquis dictis. & idè dixit Auic. aut in uenis, quæ sequuntur partes cordis propriè. & idè non credo, quòd propriè possit causon ex præsina, & æruginosa fieri; ut supra de tertiana non pura, & tu ibi. membra autem nobilia sunt, ut os stomachi, hepar, pulmo. unde in uenis horum, aut propinquis hæc cholera putrefacta causonem facit. dicitur cum uehementia: nam accidentia in causone sunt fortissima, ut statim de signis, & maximè in respectu continuæ, aut interpolatæ. & super omnia etiam sitis uehementissima. & idè dictum est causon à caumate, quòd interpretatur incendium, siue febris incensua, siue arsiua, siue adurens: nam in ea apparet linguæ asperitas cum ingredine, ut infra. dicitur s̄m plurimum; quia etiam, ut tactum est, ab alia cholera causari potest, quàm naturali, & de aliis, ut est expressum. item & aliquñ cōtingit ipsum causari extra uenas in loco cordi propinquo.

C A V S A E. De causis autē dicatur, quòd aliquando quis de synocha transit in causonidem, ut supra, quando. si à principio non sit recta cura, & aduritur sanguis, ut maxima pars eius in cholera conuertatur. idè quòd; benè considera.

Ex causis autem primitiuis dicatur, quòd accidit ex inordinato regimine, & usu rerum calefacientium, & exiccantium, & cholera naturalem multiplicantium, ut supra de tertiana pura, & inflammantium eam, ut sunt usus uini uinosi, carniū salutarum, & aliorum inflammabilium, exercitium forte, ars fabrilis, & huiusmodi, quæ calefaciunt, & exiccant, balneum calidum exiccantium, ira, furor, & huiusmodi, ut supra de tertiana pura. & adiuuat ad hoc ætas, cōplexio, item regio frigida, ut Arist. 14. problematum. 3. problemate. & causa, quia frigus regionis repercutit caliditatē ad intra, quæ sic intus fortificata febrem causat fortiorem. in calida autem secus; quia exhalat, siue respirat materia natura adiuta. ex quo aliqui practicanes accipiunt, quòd in

E causone exterioribus infrigidatis interiora calent magis. & licet ita sit, tamen s̄m plurimum, causatur in ætate, & cōstitutionibus calidis, & siccis, ut. 4. regiminis acutorum.

Corpora autem causoni magis disposita sunt iuuenes primò: quā in eis magis est aptus humor multiplicari causone faciens: secundò pueri: tertio infantes, quibus accidit profunditas somni quandoque; propter eleuationem uaporū ad caput; cum sit multum humidum. de senibus uerò dicatur, quòd licet iuuenes sint magis apti; tamen aliis paribus plus accidit primis senibus, & maximè in principio senectutis, ut. 16. continentis: quā in eo tempore adhuc multiplicatur multum de cholera in eis, & cum hoc ex iuuentute est in eis cholera reseruata, & uirtus in eis est debilior. unde in iuuenibus est fortis ad resistendū. & idè considera; quia locus est speculationis. & hoc uidetur uelle Hipp. 3. aphor. aphorif. 30. ultra uerò hanc ætatem, de quo in prognosticis. de ultimis uerò senibus dicatur, quòd parum accidit eis; quia in talibus non multiplicatur cholera nisi ex forti cā ætate multum cōtrariante. quòd, si accidat, pereunt concurrente debilitate uirtutis eorum. & credo, quòd Raf. 16. continentis, dum dixit. & maximè in puero, uoluerit, quòd etiam in primo senio uersus declinationem eius sit dicendum sicut de ultimis senibus: cum finis unius sapiat naturam principii alterius. hic caderent multæ speculationes, ut supra in cap. de præparatione & tu illas prosequere, cum speculari uolueris.

F SIGNA demonstratiua. licet signa tertianæ puræ sint si gna causonidis: ab ea tñ dñia sunt s̄m intensum: quā in causonide sunt intensiora. & sic sufficeret eorum doctrina. uerū, ut duces prosequar, ea describam: quibus apparebit satis aperta differentia seruans ordinem, ut supra.

Ab exeunte mutato. urina est rubicunda, tenuis, incensa lucens, & scintillans, ut ignis in superficie, liuens, aut nigrescens quandoque; ex forti incendio, & hoc cōiter apparet. cōtingit tamen quandoque; in principio, quòd urina sit cruda propter multitudinem oppilationis: quāque; liuens turbida propter multitudinem putrefactionis. similiter egestiones sunt multum tinctæ, & in hac non apparet sudor nisi apud crissim Auic. sputum autem erit amarum, aut falsum.

G A substantialiter inhaerentibus; quia ab infirmo iudicat maiorem caliditatē esse in interioribus, quàm in exterioribus: uerū ad tactū cōprehendit caliditas intensa ualde, & maior, quàm in tertianis aliis tā ad intra, quàm ad extra. quòd si dicatur mā in causonide est clausa nō pueniēs cū sua caliditate ita ad exteriora, sicut in tertiana; ergo cōsidera. & in uerò aliis parib. incendiū est maius, sicut & cetera accētia.

A qualitate mutata: nam in facie apparet citrinitas, & inflammatio magna etiam in oculis, lingua est aspera ualde propter siccitatem fortem, & apparet citrina primò. deinde procedente adustione denigratur. labia s̄m quandoque denigrantur, oris amaritudo, & narium siccitas.

Ab actione læsa pulsus est magnus, uelox, & frequens cū duritie, & in his differentiis continuans quasi semper eodem modo propter ipsam à principio eius usque; ad finem esse sic continuam, ut uidetur sicut homotenam. & quidam non benè distinguentes frequenter eam homotenam iudicāt. sitis uehementia, & hoc uidetur esse quasi sicut propriū signum in ea. unde. 4. collig. Sitis fortis primum signum est huius febris. & habet hoc signum ueritatem, nisi accidat tussis parua. si. proueniens ex humiditate dissoluta per fortem caliditatem, quæ ueniens ad carnes glandosas gulæ, siue faucum, & ad pulmonē, siue partes eius, ipsam remittat. & hoc uoluit Hippo. 4. aphor. aphorismo. 54. Quibuscumque; tusses sicca, & modicæ prouocata in febris uerentibus. i. causonibus, non ualde sitiētēs sunt. & dicitur parua; quia magna ex forti motu sitim induceret. dicitur proueniens; quoniam si ab ipso humore peccante, aut à medico prouocata esset exhibitione acetosorum; non remitteretur sitis ex ea, ut patet. prolixus fuit propter honorem signi. instantia uigiliarum propter siccitatem: tamen aliquando in infantibus, propter eleuationem multorum uaporum ad caput accidit profunditas somni. quòdque; intellige de omnibus his, qui sunt in ætate adolescentiæ propter ipsos abundare multa humiditate. & quantò natiuitati propinquiōres, tantò magis in somno profundantur. item accidit eis alienatio, phrenesis, &

Corpa
magis
apta
cau
soni.

& huiusmodi cholera ponente malam complexionem in cerebro ex eius effumatione. item inquietudo magna, nec in uno loco permanere possunt. angustiantur. uehemens capitis dolor, ac frontis, & temporum, & applanatio ipsorum propter caliditatem resoluentem, pulsatio arteriarum ipsarum item & dolor oculorum acutus, & instabilitas eorum, & profundatio ipsorum. item cordis tremor, nausea, uel uomitus tusis sicca, & quando ista signa sunt multum intensa; declarant locum materiae, ut tremor cordis locum ei multum propinquum, & sic de aliis. uerum cum his addas alia, ut quia cum fuerit in uenis pulmonis praeter tusim, & accidit sitis, quae magis remittitur aere frigido, quam potu. item in pectore percipitur cauma magnum. lingua est siccissima. consimiliter discurre per accidentia, quae eueniunt materia existente in uenis oris stomachi propinquis, & sic de hepate suo modo speculari. item osium contractio, uel labor, siue lassitudo, quae procedit a mordicatione humorum, quorum aliqua pars ad extremitates lacertorum, qui sunt circa ossa, transmittitur: quae si ad musculos circa cutim mitteretur, rigorem faceret, & est ista contractio. i. lassitudo leuior, quam in aliis. i. tertianis; quia dato, quod sit maioris caliditatis: tamen, quia paucos, & subriles, ac facile resolubiles uapores ad membra transmittit; hinc non sic ea grauat, & laedit, & non est in eo rigor, nec horripilatio, uel tremor nisi apud crism. unde. 4. aphor. De causone habito rigor superueniens soluit aegritudinem. & 4. aphor. Quibus in causone tremores fiunt, ut statim de prognosticis. & est occultatio temporum, uel teporum, uel typorum. i. manifestorum, ut in tertiana continua. quod si. 10. Alman. dicatur, una die causone fieri ualidiorem; expone causonem. i. continuam tertiana. uerum, ut supra de synocha in aurora est in ea remissio aeris frigiditate contingens. item uentris subductio, ut. 4. regiminis acutorum. qui, ut Gal. in. 4. est aut cibalis; si cibus corrumpitur praesentia humoris corruptentis: aut chylosus, si materia fuerit in hepate, & non est humoralis. ite subdit Hip. extremitatum frigiditas, & uerificat Gal. de priuatiua. positiua autem indicat periculositatem, & mortem. ite quandoque accidit fluxus sanguinis narium symptomaticus. i. & non criticus.

Postremo pro nunc scito, quod si causon erit de phlegmate salso; omnia accidentia erunt remissiora, & alia particularia attestabuntur magis phlegmati. unde affligit decem & octo horis, & aliquo modo uidetur interpolare horis sex. item hora phlegmatis plus molestat. & similiter suo modo de aliis dicatur: nam & uerum inter tertiam, & nonam magis, considera. & quod dictum fuit de occultatione temporum, maxime de uero uerificatur. & ad haec omnia adiuuant aetas, complexio, regimen praeteritum, regio, & huiusmodi: quae omnia bene considera.

Prognostica. Causon adueniens in hyeme aliis paribus deterior.

Causon ab initio usque ad finem periculosa est.

Cum accidit decrepitis, perimit; quia ab incendio resoluntur, ut supra. Adueniens pueris leuior; quam in iuuenibus; eo quod pueri habent plus de humido resistenti, & non permittit febrem ad tantum gradum caloris eleuari, ad quam in iuuenibus. quod si causon in eis acciderit tanti gradus, quanti est iuuenibus; esset periculosior in eis; quia argueretur magnam consumptionem sui humidi resistentis, & inflammationem suae complexionis non conuenientem, & ex consequenti fortem causam, & uirtus in eis debilior. ideo causon facta ex phlegmate salso est deterior ea, quae est ex cholera; non quidem ratione accidentium uerificatur: sed, quia est longior, & curae difficilius. male autem sustinet natura longum morbum, saeuum, & difficilem: imo prius deficit.

Causon citius terminatur, quam tertiana continua; quoniam accidentia sunt uehementia, cum quibus uirtus non potest tanto tempore durare. & ideo est perperacuta. unde Gilbertus. Est acutissima propter intensione cholerae, uicinitatem materiae putridae cordi, conculcatione eius in uenis minutis. propter quod siue appareant in principio signa bona, uel mala; terminabitur in prima quarta, uel infra. & aliquando extenditur ad septimum. hunc tamen nunquam transcendit, nisi ad aliam conuertatur: natura. n. non patitur simul prolixitatem, & ac-

cidentium acuitatem. item propter propinquitatem materiae eius ad cor oportet necessario cito terminari.

Terminatur autem causon quoniam; fluxu sanguinis narium: quoniam; sudore: quoniam; fluxu uentris: quoniam; uomitu: quoniam; per apostema in loco aliquo emunctorio facto: sed hoc est rarissimum, maxime in uero. in notho autem, siue non uero contingit frequenter apostema in eius crisi fieri supra, aut infra, em quod materia continetur in locis super diaphragma, aut infra. & ideo ut supra locum materiae aegritudinis bene considera: quia tunc melius iudicabis de eius crisi per superius, aut inferius fieda.

Urina perturbata spissa liuens in causone eueniens stranguariam significat futuram: nam resolutis, & euaporatis partibus subtilibus per caliditatem terrestres remanentes sua grossitie meatus oppilant.

Signa in causone bona sunt sensuum, & uirtutum bonitas, corporis leuitas, calor febrilis in toto aequalis, spiritus non impeditus, bonitas appetitus: & contraria his sunt mala.

A causone habito rigore superueniente solutio fit. 4. aphorismo. & maxime quando est magnus: quoniam, quando est diminutus, & paruus, aut quia incipit, deinde cessat; signum, quod natura non fuit potens expellere ad complementum materiam ad extra.

Si in causone maxime materia existente in uenis propinquis ori stomachi non aderit sitis; malum; quia significat uirtute sensitiuam iam destructam esse. Et Gal. xi. therap.

Si contingit frigiditas existente aere fortem causone hinc laborantem; pauca in eo salutis spes habenda est.

Si uero neque digestionis signa, neque uirtutem fortem habere uideatur; saluari hunc impossibile est.

Rigor in causone magis contingit, quam in tertiana continua; quoniam eius materia est subtilior magis uirtutum stimulant, & non sic in uenis magnis, & per totum sparsa. cuius contrarium de continua tertiana.

In initio morbi rigor, guttae sanguinis per nares maxime in secundo, singultus, dolor in uisceribus, haec omnia timorem inferunt, tertio pantechni.

Sudor frigidus, si in quarta die appareat; aut longitudinem, aut mortem in sexta die significat.

Quoniam sanguis in naribus fluit; tunc non accidit rigor: significat enim materiae facientis causone esse ad intra uenas sanguini mixtae. & quoniam accidit rigor; ostendit materiae extra uasa membrorum sensibilibus uicinam. ita quod quoniam accidit unum; non accidit aliud. quod, si contingat utraq; simul fieri; erit malum signum: quoniam significabit materiam occupare intus, & extra, & per totum.

Quando infantibus accidet causon; tunc abhorrebunt mamillam: quoniam lac in stomacho eorum corrumpetur & acetosabitur, & maxime quorum stomachi ad frigidum & humidum declinabunt.

Si icteritia in causone uenit ante septimum; Deo commendandus est aeger. Gordonius. 16. continentis.

Rigor post signa digestionis crism bonam denunciat. quod si apparuerit in principio ante signa digestionis; malum.

Frigiditas extremitatum cum uiriditate, & liuiditate significat mortem.

Si accidat rubedo in facie, & oculis cum ponderoso eloquio, & horribili; in eodem die morietur. & breuiter horum signorum quaedam significant timorem, quaedam mortem, quaedam salutem, & crism. Exempla ponam discurrendo per ipsa.

Exemplum primorum caliditas intensa cum aestuatione magna, siti uehementi, instantia uigiliarum, mentis alienatio coloris faciei cum limositate dentium, uomitus, egestiones cholericae rubrae, nullum apparens signum digestionis in urina, desperatio infirmi de sua salute, priuatio sudoris, guttae sanguinis in naribus aliquando, & interpolatae apparatus, febre pur continue adhuc inualecente de infirmo, ut dictum est, dubitandum.

Exemplum secundorum. si his apparentibus adiungant prostratio appetitus, & pulsus debilitas, & diuersitas anhelitus, inquietudo, ut in uno loco manere non possit, & in die non critica apparet fluxus sanguinis narium, & interdum sudore frigido sudat, & subito superuenit tusis, quae cito occultatur, frigiditas continua extremitatum, priuatio digestionis in urina, tornatilitas faciei, & ante septimum fit ictericus; his, uel pluribus apparentibus infirmum periturum denuncia. quod

De febris

si cum his aderunt lachrymæ, ac oregmō; scias ipsum de proximo moriturum.

Exemplum tertiorum, si febris fuit mitis, appetitus non nimis prostratus, mens illæsa, somnus quietus, statio in uno loco, nec faciei color multū mutatus, si apparuerit uestigiū digestionis in quarta, & ante: nam in quarta apparere expecta crism in septima, sudore, fluxu uentris, ut dictum est. & consimiliter discurre per contrarium signorum malorum. & hæc omnia adaptari debent in prognosticis de acutis, perperacutis &c.

Postremò scito, quòd Auic. allegat aphorismum quartæ particulæ. Quibus in causone tremores fiunt. Gal. condēnat aphorismum: sed Aui. uidetur eum uerificare secundum modum suum; quia dicit, resoluit ab eo tremorem: nam posito, quòd aliquis habeat tremorem ex multa humiditate cerebri, deinde incurrat causonem, deinde superueniat alienatio mentis propter multitudinem uaporum eleuatorū à materia causonis; tunc illi, cum calidi sint, & sicci; exiccabunt humiditatem illam, & sic curabitur tremor. & de hoc Auic. secunda tertij de tremore. & habet hoc intelligi de alienatione leni, & non confirmata: quoniam fortis, & confirmata est non minus periculosa, quàm causon, de qua uerificatur dictum Gal. aphorismum condemnantis. ita quòd forte, & debile tollit apparentem contradictionem: nam, ut apparet, Gal. intelligit de tremore, & alienatione consequentibus ad mordicationem materiæ, quæ ad cerebrum ascendit & mordicando facit tremorem, & apostemando alienationem. Aui. uerò de eo ex humiditate cerebri, & alienatione facta à uaporib. siccis, & acutis, & de causone habes. xxij. tertij. § 8. quartæ, & uigesimum sextū sextæ. pro quibus, & alijs recurre suprâ tertio capitulo.

CANONES. Primus, quòd cura huius est sicut cura tertianæ puræ, & maximè continuæ: & hoc de uero. de nō uero aut dicatur, quia cura eius est similis curæ tertianæ non puræ. differunt tamen secundum intensum, & remissum hæc curæ; quia intensiora frigida in causone conueniunt.

Secundus quòd, cum sit ab initio sui usq; ad finem periculosa ut suprâ; nō debes in principio negligere, sed maxima cum diligentia curare propter periculositatem eius.

Tertius est ordinatio diætæ: nam debet eius diætâ declinare ad frigidum, & ad humidum quo ad omnes res non naturales. vñ alteratio aeris, & electio scripta ē de febre pestilentiali ad plenum. & similiter ex parte cibi, & potus. unde in causone conuenit diætâ frigidior, & humidior, quàm in tertiana. item magis tenuis qualitatiuè, & quãtitatiuè; quia morbus est peracutus, ut dictum est, nisi timeas casum uirtutis: nam tunc necessarium est cibare, quàmuis non appetat, & propriè in illis, in quib. resoluitur res plurima, ut corpora sicca cholericâ rara, ut s̄ de cibaione febricitantiū, & ut sunt corpora infantū, & eorū, qui suæ appropinquat ætati: in his aut appetitus multū deijciť pp uehementē caliditatē quæ destruit actū uirtutis ipsius: cū oīs imoderata qualitas deijciat actū propriæ uirtutis. 2. aphorismorū cō. 20. & pōt esse cā bolismi hæc caliditas; quia attrahit multas humiditates ad os stomachi. quapropter nō attrahūt meseraicæ, neq; fit succio à uenis ipsis ab ore stomachi. unde res nutrimentalis ad hepar nō trāsmitit. quare mēbra famelica fiunt cū destructione appetitus stomachi: & sic fit bolismus. de ipsa aut diætâ require suprâ. 4. ca. & scito, quia inflammabilia oīa euitāda sunt. propter quod carnes regulariter non cōueniunt: similiter neq; uinū, neq; oua, & hmōi. quòd si dare oportuerit propter consuetudinē, debilitatē uirtutis, & hmōi; da alterata prius cū frigidis s̄m uariata ingenia tua. pot' sit aqua hordei, aqua simplex cocta cū succo granatorū, aut aranciorum cum modico zucchari: item iulep uiolatum ro. cū aqua ut in de febre pestilentiali dictum est. de aqua uerò ueri frigoris quid dicendum, agetur statim. fugiat motū, strepitus, & hominū rumores, laborem, fortes fricationes, & hmōi. somnus quæratur in quietiori, & tepidiori hora diei, ut in nocte usq; ad medias tertias, non repleatur: nam indigent subtiliatione in regimine uehementiori Aui. uētris habeāt beneficium arte, uel natura singulo die, ut statim. non irascatur, non rixetur: sed pro posse lætetur.

Quartus est lenitio uentris. si uenter fuit constipatus,

quàm immediatè cum primum ad ægrum ueneris; ordinare debes ex frigidis lenitiuis suprâ in radicibus uniuersalibus ubi posita sunt simplicia lenitiua, & composita.

Quintus est alteratio secundum quosdam, qui existimāt causonidem per solam alterationē curari posse fundātes se sup uerba Gal. in quinto de iuuamētis inquit. Causon uerus certissimè extinguetur, si biberit aquam multam, & nimis frigidam: nam, ut. 3. regiminis acutorum, pauca exhibita auget caliditatem, ut & Aui. de cura febris pestilentialis. unde Aui. de ea etiam usq; ad siccitatem. alii dicunt, cum sit ægritudo repletionis; euacuatione indiget. & ideò consulūt, ne detur nisi post ipsam, & signis digestionis apparentibus fundantes se super uerba Rabi sumpta ex. 1. 2. thera. inquit. Cū in febre adurēti ualde forti oēs tres uirtutes fortes fuerint, & signa digestionis manifestè apparuerint; da securè aquam frigidam patienti: tamen, quòd æger in senio non sit constitutus. alij laudāt hydromel. s. factum ex aqua, & melle cāz zucc. nō melle apū. & sit pauca quantitas mellis. secūda aut opinio uñ regularior; licet multi cum prima euaserint cum honore ēt in febre pestilentiali sic operando, ut semel fecit Cermisonus noster. uerū pro opinione secunda habes, & Rabi autoritate Gal. 9. de ingenio sic inquentē. Vidi multos patientes febrem adurētē potu aquæ frigidæ post digestionē humorum suorum bibitionis tpe liberatos. & ex consequenti cōueniunt frigida, & humida. ex parte fructus ēt, nam Auer. §. colliget exhibet aquam anguriæ per totam diem. & hoc idem facit Auēzoar magnus medicus. & de cōditionibus attendendis in exhibendo aquam frigidam habuisti suprâ in radicibus uniuersalib. & hic nota, quia, ut Aui. quæ eis exhibentur; debent esse nedū potentia, sed actu frigida: ne per caliditatem actualem addatur inflammationi.

Sequitur alius, quem quota secundum opinionē: sed pronunciat sextus, & est euacuatio: uerū, ut Gal. 4. regiminis acutorum commen. 3. Causon est de febris, in quib. ordo regulariter peruertitur. ideòq; aliquando oportet plus attendere extinctioni, quàm euacuationi, ut suprâ de cura synocharum. & hic nota, quòd Aui. administrat camphorā ad in frigidādum, uerū uigilias facit. unde Isaac de febris eā uituperat. considera. & hic attende, quòd, cum materia non det inducias secundum plurimum, quia furiosa; ideò statim & à principio euacuabis cum minoratio etiam lenitio; ut dictum est suprâ in radicibus uniuersalibus, & de febre pesti. & ideò dicebat Aui. Et indigent lenificatione in principio fortiori, etiam cum uomitio maxime, si materia fuerit in uenis propinquis ori stomachi: etiam cum clysteri, si fuerit in inferioribus contenta, sed melius cum potione. et qui dam, ut Almā. & Auer. laudant exhibitionem lenitiui facti ex uiol. tamarindis, prunis, & huiusmodi; ut aqua fructuum Mesue omni die dari: uerū communiter datur statim à principio minoratiuum ex cassia, uel māna, tamarindis, rhabarbaro, & huiusmodi allegato cap. deinde datur digestiuum tribus, uel quatuor diebus, & frigidum, & bis in die, deinde eradicatiuum: & hoc uoluit Auicē. cum inquit. In principio cura eius, & si est indigens euacuatione propter furiositatem scilicet materiæ; tunc festinatio est melior scilicet incipiēdo cum euacuatuis. complementum non est apud digestionem, idest, completa euacuatio; quia eradicatiua est apud digestionem, idest, facta humorum digestionem; quia in principio declinationis. uerū, si materia erit furiosa; in principio poterit fieri eradicatiua: digestiua autem, ac euacuatiua quæcunque habes suprâ in. 5. cap. & de febre pesti. ad plenum: & tu ibi. et quia sub isto canone comprehenditur phlebotomia; dicatur de ea, quòd dimittatur in hac, ut possibile est; quia, si non est multum necessaria; cholera sic distantem multum à natura sanguinis ponet in ebullitionem, ut quarta primi de phlebotomia. & est dictum Gal. 5. de iuuamētis. & ideò Auicē. non phlebotomes: fortassis enim phlebotomia inflammabit eos. quòd si illic fuerit; quia in urina turbiditas, & rubedo, fortasse iuuabis; quia sic comprehenditur permixtio cholerae cū sanguine, quæ per phlebotomiam egreditur. & sic minorabitur materiæ. sed dicit Gordonius, quòd phlebotomia in causone est de raro contingentibus. & nota, quòd, quando fiet, debet extrahi pauca quãtitas sanguinis. unde quidam dicūt, quia apparentib. his in urina, &

Considera de phlebotomia in causone.

urina, & habitudo fuerit carnosā, & maximè in principio, & non aliter, si commodè sic fieri potest; fiat extrahendo sanguinem non in una uice, sed in pluribus, hoc est, in pauca quantitate; quia semper timetur de furia cholerae. uena autem est basilica dextra. & tu ad eam faciendam benè considera: quoniam, si non conueniret; magnus error, ac magna infamia expectabitur. de euacuatione autem sanguinis per nares dicitur in fine de correctione accidentium. & tu ibi omnino. & pro complemento huius canonis, qui est euacuatio scito, quòd, si contingat euacuationem non posse fieri in principio aut propter debilitatē uirtutis, aut propter cruditatē materiæ; nullo modo facias eam in augmento: quoniā natura multum disturbabitur à regimine morbi, & à crisi: nam est morbus ita acutus, ut post augmentum non supersit tenipus, quo natura ante aduentum status possit refocillari. & tu hunc canonem benè nota tibi in multis profecturum. item studeas euacuare per locum, ad quem comprehendis materiam reperere. item scito, quòd post assumptum pharmacum etiam lenitiuum cōfert somnus paruus, ne ex agitatione medicinæ eius uirtus destruat. post autē fortem medicinam conceditur somnus ex alia causa ut in radicibus uniuersalibus.

Septimus membrorum confortatio. membra autē principaliter confortanda sunt illa, in quibus est minera materiæ: ut, si fuerit in uenis ori stomachi propinquis; tunc administrabis alteratiua frigida stomachum cōfortantia ad extra aut unguendo, aut epithemādo, aut ad intra potiones, confectioes, aut electuaria, & huiusmodi exhibendo.

Et ex his frigidis sunt.

Acetum	Sy. de fumoter.	Charabe
Acetosa	Spinachia	Miua citoniorum
Corallus	Trochis. de ro.	Rosa
Cucumer	Oleum ro.	Syr. de myrto
Cytonium	Agresta	Sy. rosatus
Endiuia	Berber.	Scoria ferri
Lactuca	Coriandrum	Tamarindi
Myrtus	Crysolomum	Zuccharum ros.
Pyra	Diacytoniten abs.	Zuc. myrtilinum
Sandali	que speciebus.	Zuccharū de cytonijs, & huiusmodi.
Sy. de ace. citri.	Granatum	

Et tu compone: sed propter complexionē stomachi adde semper in recepta tua aliquid calidum stomachale: con- similiter si fuerit in uenis, aut in concauitate. & tu pro hoc recurre ad ea, quæ de febre pestilentiali, ubi inuenies receptas huic proposito commodas: similiter si in pulmone, uel uenis eius. & hunc canonem intellexit Aui. cum dixit. Et oportet, ut obseruetur anhelitus eorum. quod facies, si non permittes partes pectoris spasari propter siccitatem causatam in musculis eius à caliditate causonis: sunt enim partes prædictæ infrigidandæ, & humectandæ cū inunctionibus, & epithematibus frigidis, & humidis, nisi sit, quod prohibeat dubitando de extinctione uirtutis propter eius debilitatem, aut propter stricturam pectoris naturaliter talē. de his epithematib⁹ supra de feb. pestil. copiose. & tu ibi.

Octauus est prouocatio. hæc autem prouocatiua digesta materia, & satis notabiliter euacuata debent exhiberi, quæ sint potentia frigida; ut semina communia frigida maiora in euacuando residuum materiei. item conueniūt ulterius prouocantia sudorem cum exhibitione aquæ hordei calidæ. sed tu pro his recurre ad radices uniuersales, quia. 9. c. ubi completè uidebis, quæ tuo sunt proposito necessaria.

Nonus est balnei administratio, quæ & si non sit in usu, tamen eam commendauerunt antiqui. quod intellige, cum declinat ægritudo manifestè: quia. s. iam febris recessit, & debet esse declinans ad frigiditatem. i. remissum calorem, qualis est calor aquæ, in qua sol iam impressit, & est balneū infrigidans, & humectans, & est magis cōueniens in phlegmate falso. Aui. contrarium. Gal. tertio re. acu. vlt. commēto. in balneo autem potest esse duplex intentio: una ad resoluendum reliquias materiæ, & secundum hanc magis cōuenit in notho, maximè quando est modicum calidum, quia materia est difficilioris resolutionis. unde ex eo natura iuuatur. alia est infrigidatio, & humectatio. & quantū ad hanc magis conuenit in uero, & debet esse frigidum, ut exposi-

A tum est: aliter, quòd in uero, quamuis non sit omnino perfecta digestio; concedi potest frigidum, & non in notho: quia debet esse calidum, uel quòd in uero ante perfectam digestionem concedi potest: in notho autem non nisi digestionē perfecta. considera.

Decimus est correctio accidentium. & hic nota, quòd dato, quòd Aui. supra de regimine acutorum posuerit curā horum accidentium: tamen, quia multum intensa sunt, & molesta, plusquam in aliis; idè adhuc eorum correctionē in proprio posui capitulo, sicq; & alii fecere authores.

Accidentia autem consueta in hac euenire febre sunt alienatio mentis, obliuio petendi aquam frigidam, linguæ siccitas, superfluitas sanguinis narium, læsio anhelitus, dolor capitis, uigiliæ superflue.

Contra primum, & propriè ei, cuius lingua exiccata fuerit, contra superfluitatem sanguinis: nam, ut Aui. Est de eis, in quibus magnificatur timor, & maximè, quando accidit propter acuitatem cholerae exacuentis eum, & non est per mixta sanguini: quoniam eius euacuatio non est necessaria.

B idèq; cum accidit; constringatur, ut supra de acutis. & tu ibi. contra aliud iam de eo dictum est contra dolorem capitis & c. Aui. Et oportet, ut obserues capita eorum cū aceto, oleo ros. sandal. aqua rosata, camphora, & huiusmodi. & hoc propter ea, quæ dicta sunt de camphora, quòd camphora debet poni in parua quantitate, ut facit Aui. nā in multa uigilias facit. & hoc est, quod uoluit Isaac.

Pro ultimo nota, quòd, licet medici timeant syr. de papa uere nigro propter eius constrictionem; tamen hic ab Aui. conceditur propter maiorem utilitatem. unde maius est iu uamentum. & pro complemento eorum recurre ad ea, quæ de ipsis dicta sunt supra de acutis.

Quoniam ipsum uerum non differt à tertiana ex parte materiæ, ut patet; idè quæ conueniunt in tertiana pura, cōueniunt & in causone ex parte simplicium. uerum frigidiora esse debent, ut dictum est. unde recurre ad habita de tertiana supra, secundum quòd materia peccans te ducit: quoniam, si fuerit mixta; ad eam mixtionem: si simplex; ad eam simplicem. quòd si indiges extinctiuo; ipsum, & modū eius habuisti in de febre pestilentiali: solutiua, trochiscos, epithemata cordialia, hepatica, & unctioes renum, & huiusmodi: est enim sicut semifebris pestilentialis. & idè.

Et pro accidentibus eius ad ea, quæ de acutis. in causone confert mirabiliter Nicol. frigidum, trochif. de caphora Mesug, diaprunis Nicol. & est solutiuum propriū in omni tempore, unguentum populeon eiusdem. & si cū eo est fluxus uentris, trochif. de spodio Aui. in proprio capitulo. item uinum granatorū, ut supra de tertiana pura. dixit Aui. secundo canone capto de liquiritia. Confert febribus acutis. & exponitur à quibusdam cum aqua calida bibitus. dosis sit 3. iij. item syrup. nenufarinus cum aqua frigida bibitus. spodium cum aqua frigida exhibitum, maximè quando adest fluxus uentris, maximè confert. dosis 3. ij.

De febribus phlegmaticis continens Rubricas. 13.

Cap. 14.

De diffinitione, & causis feb. phlegmaticæ, ac de signis eius tam in uniuersali, quam in particulari. Rub. 1.

D **F**EBRIS phlegmatica diuiditur prima sui diuisione in continuam, & interpolatam: & primò de interpolata agetur. Febris phlegmatica periodica est febris quotidiana, siue amphimerina ab authoribus sic nominata à phlegmate ad extra uenas putrefacto proueniens: cuius est egrum omni die sex horis cum falsa quiete dimittere. dicitur quotidiana; quoniam phlegmati inest per propriam naturam omni die moueri, & insultum facere; ut tertiana de tertio in tertium, & sic de quartana de quarto in quartū. & hora insultus est circa. xxij. horam diei. dicitur amphimerina ab amphimerino, quòd est circum, & meros, quòd est dies: eo quòd circuendo singulis diebus teneat, & suos reitet insultus. uerum quidam, ut Gilbertus, ueram phlegmaticam, siue quotidianam uocant, quæ ex phlegmate putrefacto fit naturali: notā uerò, siue amphimerinam, quæ ex phlegmate putrefacto in naturali fit. dicitur extra uenas: quoniam

ad intra uenas putrefactum continuum quotidianam causat: ad extra autem, ut in stomacho, & locis uacuis interpolatam. dicitur cuius, ut dicitur in de signis. &, quia febris phlegmatica diuersificatur tam ex parte nominis, quam ex parte speciei phlegmatis, & ex consequenti sic ex parte cure, propter quod & ipsa etiam ab inuicem specificè differre dicuntur; hinc nominabo species phlegmatis, à quibus febres ipsa phlegmatica euenire consueuerunt. &, ut Gal. secundo de differentiis febrium, Quatuor sunt species phlegmatis innaturalis, à quibus fiunt febres phlegmatica.

Phlegmatis spes.

Prima est phlegma uitreum, quod omnibus frigidius existit, quod uitro liquefacto assimilatur, sub qua comprehendit mucillagosum, & crudum.

Secunda est dulce, quod in excreatu quandoque percipitur, sub qua comprehendit insipidum, & aquosum. & hoc est minus frigidum.

Tertia est acetosum, sub qua comprehenditur acre, & poticum. & hoc est magis frigidum, quam dulce, & minus, quam uitreum. ita quod inter ea medium tenet, & est complexionis siccum respectu naturalis.

Quarta est salsum: & hoc est calidum, à quo prouenit causam, ut dictum est, & complexionis etiam siccum.

Reperitur phlegma naturale, quod facit quotidianam ueram, ut dictum est, sed raro ex tali accidit febris: quoniam raro contingit phlegma naturale putrefieri, quin aliqua species phlegmatis cum eo putrefiat, & superabundet: est. nisi sanguis diminutè decoctus. item reperitur & gypseum, à quo cum non putrefiat; febris non prouenit.

CAUSAE. De causis autem eius dicatur; quod omnia apta phlegma ipsum multiplicare possunt esse causa factiua eius, ut aer frigidus, & humidus, regio talis, usus cibariorum frigidorum uiscosorum, motus inordinatus super repletionem factus, exercitium propositum, siue ars; ut pistatoria, otium superfluum, propterea praelatis hæc ut plurimum ueniunt repletio nauseatiua, retentio longa superfluitatum, tristitia, & animi accidentia uirtutem debilitantia, propter quod per uiam indigestionis phlegmata multiplicantur. item & his, qui consueti sunt habere descensum catarrhi ad stomachum, in quo putrefit, & febrem facit, & ex antecedentibus est oppilatio, per quam prohibetur debita transpiratio, ut supra de causis febris. 2. cap.

Corpora autem magis apta hanc febrem incurrere sunt pueri propter eorum ingluuiem, & quia humidi sunt. senes propter frigiditatem, mulieres quia frigida, & humida sunt, eunuchi, quia effœminati sunt, phlegmatici humidi, qui in ocio uiuunt, qui satietatem nauseatiuam patiuntur, qui se balneant post cibum, & super repletionem. & hyems est tempus ei propositum. & supra in. 3. cap. de signis sit satis actum de temporibus febrium: tamen, ut ducem sequar, de eis cum eo sic dicam. principium eius uniuersale secundum plurimum durat. 18. diebus; quia materia tardè recipit digestionem propter sui grossitatem, & uiscositatem. unde experientia sic inuentum est, quod tempus ratione probari non posset: sed statum testimonio authorum. contingit autem etiam uariari. ideo dictum est secundum plurimum. & certè est uerum, quod magnum tempus currit, antequam appareat uestigium digestionis in urina. augmentum autem est principium longius propter ipsam materiam tardè accendi. declinatio etiam est longa, & longior suo principio. status autem est minus cæteris. sed dices principium est. 18. dierum, & augmentum longius: iterum declinatio longior principio, & status etiam longus; quomodo ergo terminabitur in. 44. diebus ut Aui. in litera ponit; cum tempora debeant adinui cem debite proportionari dicendum, ut Thadeus, quod litera uult dicere. lxiiij. cum sit numerus chronicarum. item cum continua citius terminetur terminus eradicationis eius, est ponendus. xliij. dies, & sua tempora adinui cem proportionata. contingit autem hos terminos uariari secundum uarietatem materierum ex parte uiscositatis, grossitiei, & huiusmodi. considera. & oportet te hoc cognoscere; quia secundum uarietatem temporum uariatur & cura, ut Auicen.

SIGNA demonstratiua. Primò ut multorum ordinem sequar ponam signa in generali febrem phlegmaticam significantia; deinde descendam ad ea ponenda secundum eius

E unamquamque speciem. & sequendo ordinem positum, & ponendum in cæteris.

Ab exeuntibus mutatis initium faciam, & primò ab urina. ubi nota, quod febriens in hac febre se inuenire potest in duplici dispositione: prima quidem in qua adhuc stat materia grossa nondum putrefacta: sed putrefactioni interim disponitur, in eo casu oppilationem facit, & hoc est maxime in principio; & tunc urina est subtilis alba propter putrefactionem, oppilationem, & frigiditatem. secunda est, in qua putridum euacuatur: quoniam iam est, uel incipit esse digesta materia. quod erit in augmento, & statu, & in declinatione magis, & minus in augmento. & tunc urina erit grossa per admixtionem putridi. etià conturbabitur; quia fiet obscura, non luminosa propter priuationem digestionis cibi in stomacho, & aliorum humorum crudorum nondum digestorum per uiam urinae expulsum. item rubea. i. tincta magis, & non uerè rubea propter caliditatem putredinalem accensam in materia, quod non fuit in principio. sed hoc magis apparebit in fine status, & in declinatione.

erit ergo in summa in principio alba, subtilis: deinde grossa, & tincta. hæc tamen dispositiones uariantur plus, & minus secundum maiorem, ac minorem digestionem, & putridi expulsionem. item uariatur & quandoque; quia aliquando est subtilis, deinde fit grossa, deinde redit: & hoc est motus nouæ materiae, qui mouetur ad oppilationem faciendam. & est Aui. & i. 6. continentis. 1. cap. autoritate Iudæi. & hic aduerte, quod, quando oppilationes non sunt plurimæ, & fortes; urina in principio erit alba, & grossa: sed tamen procedente digestionem magis ingrossabitur. item stante fortiori calore, aliquando rubificatur, ut subrufa appareat cum mediocri substantia. & tu ad hoc aduerte; quia facit optimè ad curam: quia in hoc casu non debes uti fortibus prouocatiuis, siue aperitiuis ut infra.

Ab egestionibus. egestio est lenis. i. mollis ex natura phlegmaticum in stomacho multiplicatorum: subtiliter quia cruda, uel fluida per digestionem, phlegmatica ex parte caloris. s. substantia, nisi uomitus impediatur.

A uomitu: quoniam, ut Gal. i. therap. ad Glaucanem, quotidianarii euomunt phlegma. & ideo hic aduerte, quod aliquando per ipsum impeditur iudicium egestionum: quoniam phlegmate per superius euacuato egestiones non sunt molles: sed duræ. considera. & est uomitus in omnibus phlegmaticis satis efficax signum.

A sudore. in principiis non apparet sudor propter materiei grossitatem, & uiscositatem: nam uapor eleuatus est grossus, & uiscosus ineptus per poros uenarum, & cutis transpirare, qui pori sunt oppilati, & maxime in phlegmaticis propter multitudinem humiditatis, & uaporum, quibus maxime propter oppilationem febris contingit, ut supra. & dicitur per poros uenarum, & non de oppilationem concauitatum earum: quia illa non prohibet. unde talis oppilatio cutis est causa aut priuationis, aut paucitatis eius. & est unum de signis propinquieribus feb. phlegmatica propter causam dictam. unde in summa in principio est aut sudor nullus, aut paucus, & uiscosus. in augmento autem si fiat; & paruus erit. quod si contingat in statu, & declinatione iam materia exstante digesta, & subtiliata; erit multus, non sic uiscosus. & ideo dicebat Isaac. Veniente autem morbo ad ultimitatem. s. ad statum, & signis completa digestionis apparentibus dissoluitur materia, & nimium sudare incipit. sputum erit grossum uiscosum, tenue, salsum, & huiusmodi secundum speciem phlegmatis, de quo supra.

A substantialiter inhaerentibus: quia ad tactum caliditas non percipitur intensa, sed mitis, & rorida propter eleuationem uaporis humidi, & ut Gale. non sentit patiens inflammationem fortem ita, ut opus sit à se pannos expellere. nec ut Auicen. multum angustiat, neque magnificatur multum anhelitus, & desiderium aqua frigida, ut in tertianis: & hoc secundum plurimum; quoniam aliquando propter multam putrefactionem adhuc fortia producit accidentia, etià cum à phlegmate sit falso. & ideo signum recipit uarietatem secundum materiae eius diuersitatem. sed signum uidetur habere semper ueritatem in quotidiana uera. item caliditas eius non est æqualis in omnibus partibus, super quas cadit manus:

manus: imo in una parte sentitur aspera, & in alia mitis, siue leuis: & hoc propter materię uiscositatem, & grossitiem. unde non uniformiter putret materia hæc: sed aliqua prius & ideò ab illa eleuatur uapor putridus secum caliditatem asperã, & mordicantẽ deferens ad cutim, & in illa parte sentitur asperitas, & in aliqua, in qua nõ est ebullitio, leuitas. & hoc intellige secundum plurimum: quoniam non inconuenit uaporem phlegmatis dulcis uniformiter per totum expandi. considera. ex quibus infertur, q̄ hæc diuersitas debet magis apparere in augmento, & minus in statu, & declinatione, & in principio parum. considera. infertur secundo, q̄ cum grossities sit pro parte causa huius diuersitatis, etiam in quartana hoc potest contingere. tu tamẽ scito, q̄ in quartana caliditas est intensior; quia à maiori causa fit, cum magis resistat putrefactioni. etiam siccitas lima est caloris. in phlegmatica quantitate maior, qui habet plus de subiecto. Infertur tertio, quia hoc non est signum proprium huic febr̄i, & in summa, ut Auicem. in principio cum tangitur. caliditas est debilis, & uaporosa: & cum prolongatur manus super membrum; sentitur caliditas acuta mordicans, & non æqualis: nam, cum est caliditas in re uiscosa; multum retinetur, sed non ita cito exhalat. & cum est in re grossa; non cito representatur. & ideò, cum prolongatur tactus; successiue percipitur acuitas caloris putridi. item in primis paroxysmis caliditas sentitur maior, quam in postremis, & hoc rationabiliter: quoniam prius partes subtiles igniuntur: itẽ si materia erit difformis, quæ ad putredinem mouebitur partibus subtilibus prius motis. quòd, si esset contrarium; signũ esset inefficax.

A qualitate mutata. color eorum est decliuus ad uiriditatem propter frigiditatem phlegmatis mortificantem, & ad citrinitatem propter caliditatem putredinalem, & eius incendium, & coniunctum albedine phlegmatis colorem plũbinum causant; & nõ accidit eis rubedo faciei sicut in aliis febribus. item facies mollescit, in eis, & similiter corpus propter malitiam digestionis hepatis. item totum corpus est squallidum, lingua alba, mollis, nisi phlegma falsum in cã fuerit. eructatio acetosa propter diminutionẽ digestionis & maximẽ in principio, & augmento.

Ab actiõne læsa. hæc febris incipit cum frigiditate extremorum magis, & non cum rigore, neq; cum horripilatione secundo de differentijs feb. Aui. aut in uitreo est uehementior, ut infra. & fortasse admiscetur frigori eius in principio rigor. soluitur ad hanc contradictionem dicendo, q̄ est quæstio de nominibus, ut Gẽtil. rigor in uitreo. s. frigus admiscetur frigori eius: rigor. i. leuis horripilatio. unde scito, q̄ secundum plurimum incipit cum frigore nõ positiuo; sed priuatiuo reuocato calore, ut supra de cholericis cum alicibus, oscitationibus, pigritia, somnolentia, & huiusmodi: sed etiam nerum, q̄ aliqñ in processu materia subtiliata leuiter mouebitur ad membra sensibilia. & sic horripilationẽ, aut paruum rigorem faciet, & præcipuẽ com phlegma erit falsum. sed de hoc etiã specialius in de signis specialibus. post autem frigus hoc, quod est longum, non cito uenit caliditas ut in tertiana: imo cũ prolixitate, & labore accidit. & secundum plurimum post calefactionem iterum infrigidat hæc febris, deinde calescit Alman.

A pulsu. iudicium à pulsu in hac febre est difficile, quod declarat discordia sapientum in eo. & ideò Gal. secundo de crisi dixit, q̄ ad cognoscendum pulsum huius febris oportet præcognouisse pulsum ipsius sani. uerum dixit Gerardus, q̄ pulsus inest mollis ab humore, latus pp distensionem, & materię multitudinẽ, tardus pp caloris paruitatẽ, diuersus in fortitudine, & debilitate; quia aliquando materia dominaẽ naturã: aliqñ est conuerso; & dixit Aui. pulsus uerò eius est pulsus paruus, & submissus propter suffocationẽ caloris à frigiditate, uiscositate, & multitudine, debilis, rarus pp easdem causas. & hoc in princ. paroxysmi. cum aut in fine, quia in processu uenit caliditas, q̄ frigiditati succedit, sit frequẽs & hoc i augmento. sed hic nota, q̄ de paruitate pulsus phlegmaticæ, & eius frequentia respectu pulsus aliarũ febrũ, & maximẽ quartanæ, & tertianæ, est inter authores nõ parua discordia, pro qua, ne in longũ prodeã, unã cũ Gẽtili hæc ponã cõclusiones, prima, q̄ pp frigiditatẽ, multitudinẽ, ac

A uiscositatem humoris phlegmatici cæteris positis paribus paruior est pulsus in phlegmatica, q̄ in quartana: nam, & si frigiditas humoris melancholici iuuetur à siccitate humoris propter quod instrumentum efficiatur inobediens dilatationi illa tria, quæ de phlegmatico dicta sunt, uidentur hæc duo superare: uerũ quæstio est negabilis. & tu considera. secunda conclusio, quòd in aliquo tempore pulsus phlegmaticæ est frequentior pulsu tertianæ. patet in princ. phlegmaticæ, cui cõiungitur syncopis: nam, cum multum diminuatur magnitudo; oportet supplere cum frequentia.

Ab anhelitu. nõ est in eis anhelitus magnus, neq; frequẽs nec aer ab ore egrediens est calidus igneus, ut in tertiana.

A longitudine paroxysmi est in hac longior, q̄ in tertiana. unde Auic. Et de signis, q̄ est febris phlegmatica, est, ut sit paroxysmus eius. xvij. horis, & dimissio eius est sex horis: & hoc secundum plurimum: nam hic non est terminus præfixus, ut supra de temporibus: nam breuior in dulci, & benigno, & pauco, & falso: longior in uitreo, acetoso, potico, & pluris quantitatis: nam & quantitas facit ad augmentum, & diminutionem: similiter uiscositas adiuuat. sed secundum plurimum hi termini sunt intenti per experientiam, & non per rationem, ut supra de temporibus, & maximẽ quando phlegma est naturale.

Ab eius dimissione. & nõ est eius dimissio munda, ut in tertiana. vñ Aui. Et nõ eradicatur, quin sint illic reliquie occultæ: qm̄ materia cum uiscositate, & grossitie est multa. & sic tota nõ resoluitur materia paroxysmi: imo remanet cinis humidus nõ totus incineratus, sed sicut semicomustus, qui retinet, & pabulat aliquid caloris putredinalis. ad quod iuuat cita aggregatio sequentis materię, quẽ mouetur in secundo paroxysmo ad putredinem, quod nõ contingit neq; in tertiana, neq; in quartana. & hoc ẽ uerum, qñ phlegmatica febris ẽ de phlegmate grosso uiscoso, cuius paroxysmus est longus. q̄, si contingat ipsam esse de phlegmate naturali dulci, benigno, pauco, aut de phlegmate falso; tunc habebit ueram quietem, ut. 2. de drijs febrium. & aliquando reperiuntur tales, quarum paroxysmus est. xij. horarum, uel circa, cum quiete uerissima.

C Ab eius euetu: quoniam omni die uenit, & inuadit, ut in descriptione. uerum, ut Aui. non est signum proprium: quoniam duæ tertianæ hunc motum faciunt, ut infra de signis cõpositarum, quia duarum tertianarum.

A fiti. fitis in hac minor est, quam in cæteris, nisi propter causam falsedinis, aut uehementiæ, aut putredinis. & causa fiti est humiditas humoris in corpore reperti. dolor stomachi, & est sibi proprium signum. Sera. Quoniam stomachus est ut plurimum minera phlegmatis, quod cum in eo putrefit, dolorem causat; unde. 18. continentis inquit. Impossibile est febrẽ patientẽ phlegmaticam nõ dolere in stomacho aut hepate. & propter hæc causam cadit appetitus, & os stomachi debilitat, & nisi rectẽ curatur; in macronoxiã cõuertit. Gal. ad Glauconem. & propter hoc dixit Aui. Et quandoq; magnificatur cum eo splen phlegmate per adustionẽ in melancholiã conuerso: uel quia splen non mitteret melancholiam stomacho, quam mittere consueuit hora famis, & in eo retinẽt: & hoc, qñ splẽ cõpatereẽ stõ: si quq; pducit ad hydropem uitio splenis. inflatio laterum, siue hypochondriorum per multiplicationem uentositatis non est tactus eorum, sicut cachecticorum, hydropicorũ: & maximẽ tympaniticorum: & hoc propriẽ in principio, & augmento calore nondum inualecente. in statu autem, & declinatione minoratur remotis oppilationibus, & calore fortiori resolueute. grauitas capitis, ac somni profunditas elenatione multorũ uaporum ad caput: hoc tamen signum in ea, quæ est ex phlegmate falso, nõ inuenitur: imo tunc est instantia uigiliarum: & hoc in prin. paroxysmi. item & quãdoq; multiplicat somnus in augmento; quia tunc maximẽ fumi incipiunt dispergi per corpus non existentes tunc multum inflammati: imo satis mulcebres, & tepidi somnum inducentes. item in hac febrẽ, & maximẽ in princ. accidit syncopis, & aliquãdo non. & causa, ut secunda tertij, propter frigiditatem materię extinguẽtis. calidum, & propter multitudinem materię suffocantis calidum, & uapores grossos mixtos spiritibus, qui eos ingrossant. unde ad extra diffundi non possunt;

item

item debilitas oris stomachi, casus appetitus, priuatio digestionis. quare alimentum corrumpitur, & est causa eius, ut infra clarè de syncopali humorosa. item ad eam significandam adiuuant ætas, complexio, ars, consuetudo cadendi in talem, tempus, regio, regimen præteritum, satietas nau-seatiua, & ita de alijs, quæ potuerunt esse causa eius factiua, quæ considera, ut supra.

POSITA SIC generali notitia signorum phlegmaticæ febris ad positionem uenio specialium secundum speciem uniuscuiusque humoris superius sic diuisi initium faciès de signis quotidianæ de phlegmate naturali, de quibus ieiunius pertransibo: cum eorum causæ ex dictis faciliter colligi possint.

Ab exeuntibus Vrina in principio est remissa, uel alba cum quadam spissitudine, & aliquando apparet spissa magis, siue turbida non colorata, maximè quando non est oppilatio multa: & hoc magis apparebit in fine principij in quo mouentur signa digestionis: nam tunc incipit phlegma dissolui, & nondum est digestum, sed crudum, quod aquositati mixtum urinam turbidat: sed cum phlegma digeri incipit, ut in principio augmenti; tunc subtiliatur, & clarificatur à turbiditate, & quanto plus procedit ad statum, tanto magis clarificatur, & subtiliatur. eius tamen subtilitatio nunquam peruenit ad mediocritatem sic, quod absolute dici possit subtilis. & sic procedendo continuè magis coloratur propter caliditatem putredinalem, quæ continuè fortius in materia imprimitur, & propter materiam putridam ignitam, quæ resoluitur à massa. & cum urina similis expellitur; nunquam tamen accidit, ut sit rubea absolute, nisi fuerit cum ea mixtio sanguinis, quia ex homine sanguineo in ætate adolescentiæ, & iuuentutis, & ita de alijs. unde de eius substantia dicendum, quod cum phlegma naturale non sit multum uiscosum, neque est uiscositate carens; eius substantia debet esse mediocris, uel mediocritati propinqua.

Ab egestione: quia liquida phlegmatica, sputum phlegmaticum leui participans dulcedine. & multiplicatur in augmento, & statu oris insipiditas quandoque.

A sudore; quia in principio nullus sudor, & similiter in augmento, aut paucus ualde: in statu autem, & declinatione cum contingit; est copiosus, & exuberantior, quam in ea, quæ est ex phlegmate uitreo: quoniam phlegma uitreum est uicosius.

A substantialiter inhærentibus dicatur, ut supra in signis communibus dictum est. & tu ibi. & non accidit tanta diuersitas in ea, sicut quando ex phlegmate uitreo.

A qualitate mutata: quia color faciei pallidus, non lucidus, similiter labiorum, & totius, lingua mollis, & humida.

Ab actione læsa incipit hæc febris cum oscitationibus, multis alicibus: & hoc est secundum materiam multitudinè, & aliquando cum tussicula secundum raptum fumorum ad membra diuersa, de quibus plenè actum est supra de signis febris putridæ in generali. 3. cap. item cum modico frigore extremitatum, quod est magis priuatiuum, quam positiuum; & hoc cum incipit: deinde expansione humoris frigidi augmentatur positiuè. item cum pulsu occulto debili per uiam aggrauationis, tardo propter frigiditatem materiam, & diuerso non multum propter difformitatem materiam, ut supra: molli propter humiditatem humoris remollientis arteriam. sitis saltem in principio nulla: deinde in alijs temporibus parua, nisi ex causa, ut supra in signis generalibus: eructuatio acetosa, rugitus in uentre, ac tortio, grauitas capitis, & satis notabilis, & maximè in parte anteriori, & maximè quando materia à stomacho uenit, aut est in occipitio, quando uapores ipsi à renibus, & partibus circumstantibus eleuantur: item tumor pedum, & maximè in fine, cum ægritudo incipit recedere: reliquias. n. febris natura ad inferiora propellit iuante sua grauitate. somnus profundus, & non multum ut in uitreo. & incipit affligere in occasu solis. & augmentum est circa tertiam horam noctis.

De prognosticis autem dicetur simul; quoniam non uidentur differre nisi penes intensum, & remissum.

SIGNA demonstratiua quotidianæ à phlegmate dulci insipido, siue aquoso.

In principio urina est subtilis alba: deinde procedente

E caliditate, cum phlegma dulce sit aptum inflamari; propinquat enim sanguini; sit ruffa, uel subruffa, & in substantia æqualiter spissa; quia tale phlegma in partibus suis non est multum difforme. egestiones phlegmaticæ, aquosæ liquidæ, sputum similiter, sudor multus, ut supra de naturali.

A substantialiter inhærentibus: nam caliditas eius est minor, quam caliditas quotidianæ ex phlegmate falso: sed frigus est intensus. hæc sunt, quæ oportet medicum experientia comprehendere magis, quam scriptura.

A qualitate mutata: ut de naturali dictum est, oris dulcedo, uel insipiditas.

Ab actione læsa; quia incipit cum leui frigore, & non cum rigore unde. 18. continentis. Et, cum corrumpitur phlegma dulce; non erit in ea penitus rigor, & maximè in principio, & augmento: nam non inconuenit, quod aliquando in statu accidat paruus rigor iam subtiliata materia, & acuta, & mordicatiua facta: sed erit mitis rigor, siue horripilatio; quia materia ex se mitis est, & benigna. & ideò, cum in principio non sit malignata; non facit rigorem. & ideò dixit Auic.

F Illam autem, quæ fit ex phlegmate dulci, raro antecedit in principio usque ad plurimos paroxysmos horripilatio, neque frigus, neque rigor propter. s. materiam benignitatem. & quia rigor ille leuis est; ideò cito recedit, & calefit cum gradatione respectu aliarum phlegmaticarum.

De pulsu, & alijs dicatur, quod assimilantur eis, quæ in phlegmatica naturali, siue uera ueniunt. unde dolor capitis est grauius, & inuadit in hora phlegmatis, & quandoque in hora sanguinis, quandoque inter has, ut. 3. 5. 6. hora noctis.

SIGNA demonstratiua quotidianæ à phlegmate falso.

Ab exeuntibus mutatis urina est ruffa, uel subruffa, citrina, in principio subtilis, in processu uero mediocriter spissa. in cuius exitu patiens sentit aliqualem caliditatem, siue mordicationem: quod in alijs non percipit. egestiones sunt tinctæ, & similiter in harum exitu mordicant, sputum salsum, sudor copiosior, quam in cæteris, & in principio, & fine: quia. s. quandoque accidat.

A substantialiter inhærentibus caliditas mordacior, & intensior, & citius succedens frigori, aut horripilationi, siue rigori, quam in cæteris.

G A qualitate mutata lingua est sicca, similiter os, & labia nisi contra operetur catarrhus subtilis.

Ab actione læsa Auic. illam, quæ est ex phlegmate falso, sequitur horripilatio, & non fuit uehemens frigus: & hoc propter acuitatem cholerae permixtæ phlegmati, quæ adiuuat ad horripilationem, & non permittit frigiditatem extendi. unde in hac accidit rigor plus, quam in alijs. item sitis. & ideò Auic. Sitis quidem minoratur in febris phlegmatis, nisi propter causam falsedinis, aut uehementiæ putredinis. Somnus est minor: & est ut plurimum cum pruritu, ac scabie. pulsus est in ea maior, uelocior, & frequentior. nec est ita diuersus, ut in alijs. & hora motus eius est inter horam motus cholerae, & phlegmatis. unde hora non est hora eius, & quandoque incipit ante, ut in hora cholerae, quando. s. est multum de cholera: quandoque è conuerso incipit in hora phlegmatis aurium tinnitus, caliditate uentofante phlegma, grauitas capitis non magna, ut in alijs, stomachi fastidium phlegmate sua falsedine mordicante. & in hac febre est labor usque ad. xii. horas. deinde sequuntur horæ sex falsæ quietis, & tertio. vi. horæ ueræ quietis. & in hoc differt à duplici tertiana, in qua nulla, aut parua est quies.

SIGNA demonstratiua quotidianæ à phlegmate uitreo crudo, siue mucillaginoso.

Ab exeuntibus urina est à principio alba propter frigiditatem humoris subtilis, uel mediocris substantiæ, cum deberet esse grossa propter oppilationem, & materiam compactiorem fortem. unde partes grossæ sic à principio non resoluantur. aliquando est ruffa, uel subruffa propter accessionem caliditatis putredinalis; ut in augmento, & statu: & aliquando subpalida, & maximè in corpore cholericò à causa extrinseca; ut niue, uel usu cibiorum frigidorum in frigiditate. & est cum residentia thromborum aliquando in principio propter collectionem eius phlegmatis prius in uescica factam. aut in augmento apparent thrombi propter separationem alicuius, uel aliquarum partium à massa. & similiter

in statu, & declinatione. egestiones sunt uiscosæ. & apparet in eis phlegma, ut est albugo oui cruda, aut ut uitrū liqua- factum. uomitus est similis. sudor autē in principio nullus, neq; in augmento, neq; in statu, nisi forsitan in fine eius, & in declinatione propter materiæ frigiditatem, grossitiem, & uiscositatem. in declinatione autem iam subtiliata mate- ria posset apparere: & cum apparet, quia materia est mul- ta; adest copiosus. & cum Aui. dixit; priuatio sudoris, maxi- mē intellexit, quando febris hæc est ex phlegmate uitreo, & in augmento succedente calore adest multitudo humidi- tatis, & saliuæ iam liquefacto phlegmate, sicut accidit ex li- quefactione glaciei. sputum album uiscosum globosum.

A substantialiter inherētib; : quia eius caliditas est ad tactum non intensa propter materiæ frigiditatem uehemē- tem: sed sentitur fortis, ut ita dicam, spissa propter densitatē subiecti, & non procedit gradatim: sed aliquando post cali- ditatem redit frigus. ita quod, ubi per successionem puta- bas esse augmentum; fuisti deceptus, & est principium: & hoc accidit propter materiæ diuersitatem in partibus suis, quæ sic diuersimodē ad putredinem mouentur.

A qualitate mutata. magis enim mortificato calore palle- scunt omnia, ut supra de signis in communi.

Ab actione læsa. in principio uenit hæc febris cū magno frigore ratione materiæ. & ut Aui. fortasse miscetur frigo- ri eius in principio rigor. i. horripilatio, & parua punctio: quod contingit propter reuocationem caloris ad intra: itē, ut dictum est, quia partes sunt difformes. unde in principio quia aliquando succedit caliditas, ut hoc antē ab illa calidi- tate pars aliqua subtiliata, & calefacta ē: uel esse potest cau- sa huius horripilationis, siue punctio: est. n. frigus inten- sum ualde, sed rigor paruus, & incipit ī extremitatibus pau- latim, & adeo intensē succedit per totū corpus, ut infirmus se congelatum iudicet cum magna iuncturarum fractione & est hoc frigus intensus, quā in principio. cuius contra- rium uideretur debere contingere propter materiā esse amplius calefactam. & idē, quia magis calefacta, & magis subtiliata, & magis putrida; hinc quod uelocius mouetur ad membra sensibilia, illa magis nocens, & alterans, quā in principio. & idē fit caloris ad intra reuocatio, ad quam, ut notat experientia, maius sequitur frigus priuatiuū, quā sit in principio positium. item & rigor fortior materia sic facta magis acuta, & magis mobili, & pigritiæ extenditur hæc frigiditas supra totum, imo longo tempore durat. post ea aut sequitur debilis, & lētus calor cū priuatione sitis, sed cum multa saliuā, ut supra. et isti cum difficultate calefiunt etiam appositis pannis calidis & incipit cum grauitate ca- pitis magna, & somno graui. & est paroxysmus longus ex parte omnium suorum temporum. & adest lateris, & uen- tris inflatio maior, quā in aliis. causa dicta est in de signis in communi. dolor stomachi intestinorum, & grauedo, & tortio, grauedo renum, & infirmarum partium dorsi materia graui descendente, dolor in loco phlegmatis ipsius, & est aliquando dolor intolerabilis, maximē quando materia est in intestinis, & uentosatur, & uentositas clauditur inter tu- nicas intestini. unde accidit dolor, ac si terebello perforare- tur. pulsus est in principio debilis, occultus propter constri- ctionem arteriarum: in statu uerō est paruus, debilis, & gra- cilis propter paruitatem caloris inati. & est multum diuer- sus propter difformitatem materiæ difformiter uirtutē gra- uantis. & quāto phlegma est frigidius, tantō facit pulsum minorem, & debiliorem, & rariorē. & inuadit hora phleg- matis aliquādo in tertia hora noctis. & dixit Gal. in therap. ad Glauconem. Quotidianarij ueri secundum plurimū quo- tidie ascendendo horam mutāt: & si prima hora primæ diei uenit; secunda die in secunda hora uenit: tertia die in ter- tia: & sic de alijs. non ueri uerō in horis per singulos dies uariando potius descendunt, quā ascendunt: ut, si prima die hora tertia uenit; secunda die uenit secunda hora, & ter- tia prima, & sic de alijs. & in eodem. phlegma autem uitreū raro putrefit, sed ut plurimum prouenit ex eo rigor, quem non sequitur febris. & benē considera hoc dictum Gal.

SIGNA demonstratiua quotidianæ de phlegmate ace- toso pontico.

Ab exeuntibus. Urina pallida citrina, uel subcitrina in

A substantia subtilis maximē in principio, uel circa mediocri- tatem sine globo in fundo, & quāto magis digeritur, tan- tō magis inspissatur.

Egestiones phlegmaticæ cum aliquali citrinitate, sputū acetosum, uel ponticum, uomitus phlegmaticus acetosus, & mucillaginosus, sudor paucus, & maximē ī principio, & aug- mento. in declinatione autem est quādoq; multus sudor, & quādoq; paucus, acerosa eructuatio.

A substantialiter inherētib; caliditas remissa, & non multum acuta.

A qualitate mutata ut in reliquis: sed non est tanta palli- ditas faciei, sicut in uitreo propter materiā non esse ita frigidam, & est sapor oris acetosus.

Ab actione læsa. incipit cum frigore non ita intenso, ut in uitreo. rigor est maior: sed frigus pigrum, siue tardū, simi- liter caliditas lenta, & pigra, appetitus ad cibum satis inten- sus. & si assumitur in quantitate desiderata propter indige- stionem; accidit tortio. item grauitas capitis, & frontis, & maximē sinistrae partis; quia ad naturam tendit melancholi- cam. constipatio uentris propter stypticitatem humoris si- ne siti cum dolore sinistri hypochondrij, inflatio post cibū cum dolore ex grossa uentositate generata ex indigestione affligit, & in horis phlegmaticis, & quādoq; melancholiz. & in hac est ī pulsu notabilis diuersitas. omnia itaq; adinui- cem glomera: quoniam unum, uel duo non sufficiunt. confi- dera. & super omnia in omnibus attende uomitui: quoniā ab eo satis efficax sumitur iudicium de quotidiana.

SIGNA prognostica. In ea, quæ est ex phlegmate ui- treo; quia longa est ualde, finis eius sæpe est hydrops: & sic etiam de alijs, cum prolongantur. & Platearius. Cura eius, quæ est ex phlegmate acetoso, non est negligenda; quia apta est transire ad erraticam propter similitudinem phleg- matis acetosi ad humorem melancholicum, & finaliter con- uerti in quartanam.

Dolor loci denuntiat mineram materiæ. & Serapio.

Quotidiana est longa, & non est absq; timore uehemen- ti; quia ipsa lædit naturam omni die, & nō dimittit eā quie- scere; etiam quia in ea os stomachi secundum plurimum est læsum. & de consuetudine eius est, ut attrahat nauseam. sed quid de continua adhuc magis uerēdum. unde Almanf. pur de interpolata.

Multis moratur mensibus, & mortis suspicionem secum habens, & ī s. continentis.

Quotidiana est periculosa: & iō aduerte. & ut. 4. colliget.

Deterior omnibus est, quæ ex phlegmate uitreo, & sal- uior omnium est, quæ est mundorum temporum. i. quæ ha- bet tempora magis munda in sua interpolatione: ut quæ est ex phlegmate naturali, aut dulci, & benigno, & minus cru- do, uel mundorum temporum. s. ab accidentibus prauis: quia. s. est sine syncopi, deiectione appetitus, & sine debili- tate digestionis, absq; dolore, inflammatione uiscerum, ca- pitis grauitate, & similibus. item & mundorum temporū. i. distinctorum particularium, & non confusorum, ut quæ habet nullam stationem in augmento frigoris, aut caloris, aut ipsorum declinatione: nam significat, quod materia est uniformis, & non difformis.

Et saluior est præcipuē, quæ est multi sudoris: quoniam per ipsum significatur raritas corporis, priuatio oppilatio- nis, materiæ subtilitas, & eius paucitas: non absolute, quia multus multam, & paucus paucam: sed dicitur pauca in cō- paratione ad uirtutem: non. n. est tanta, ut ipsam mouere non possit, & per sudorem expellere. & Gerardus.

Quæ est breuiorum paroxysmorum, & pluris sudoris, illa est saluior: quæ est ex phlegmate falso, est periculosior, & magis infestat. motus caliditatis in ea significat eius lon- gitudinem, & breuitatem; ut, cum citius mouetur post fri- gus, & citius ad statum uenit; aliis paribus breuiorem: con- trā longiorem.

Si in principio uiderimus uomitum spontaneum, & in fi- ne sudorem plurimum; bonum signum est, & ægritudinem breuem significat, & saluam; quia significat, quod materia non est multum uiscosa, & quod pori cutis, & uenarū sunt rari, & non densi, & oppilati, & fortitudine uirtutis, & ob- dientia materiæ.

Delectio in hac febre mortem significat. & hoc signum bene considera, ne decipiaris.

Febres phlegmaticæ aliis paribus sunt cholericis, & melancholicis deteriores: quoniam istæ magis interpolant, & uirtutem non tantum debilitant, sicut phlegmaticæ. ite sunt à minori quantitate materiæ, nec in eis sunt oppilationes, ut in phlegmaticis. & earum materia est magis apta digeri. de earum perduratiōe iam actum est in de signis in cōmuni materiæ digestionem; pronuntiabis cum frigus minora bitur, & caliditas augebitur.

Cum in principio uides febrem incipere cum multis o- scitationibus, ac alicibus, cum stupore quodā, & profundi- tate somni, & cum his infirmus habuerit quendam in facie liuorem, ac faciem ipsam tumidam; scias, quod facillimè ca- det in subeth. tu itaque, si à principio materiā cognosces multum grossam, & uiscosam, tempus frigidum, & humidū etatem, complexionem phlegmaticam, paroxysmum lon- gum cum paruo sudore, aut nullo, stomachi debilitatem, ap- petitus prostrationem, somni profunditatem, & naturā de- bilem; infirmum periturum denuntiabis: nam his omnibus apparētibus, antequam materia digeri possit, uerisimile est ut uirtus cadat, & infirmus moriatur: opposita autem omni- no salutē, & media inter hæc medio modo se habebunt quā- tum ad prognosticum. quomodo autē ex ea lædatur stoma- chus, hepar, splen, & huiusmodi, iam actum est: per quam læ- sionem corpus in cachexiam, hydropē, & huiusmodi cadit. & tu considera: quoniā, si rectē considerabis diligenter, quæ dicta sunt; spero non uanum depones iudicium.

Postremò scito, quod uomitus spontaneus in principio eueniens significat leuitatem, & materiæ subtilitatem. quod si moratur, & sic à principio non statim uenit; materiæ gros- siciem, & coagulationem denunciat, & morbi prolixitatem & hæc de prognosticis.

De cura phlegmaticarum in generali. Rub. 1.

ACCIDENS ad earum curam eum obseruabo ordi- nem, qui de speciebus suis inscriptus est initium fa- ciens à cura notæ, ut exteri facere consueuerunt, cu- ius cā infra dicitur. & dato, quod canones de cura putri in generali positi tibi intelligenti satisfacere deberent; tamē, ut ré magis aperiā, eos inscribā canones, qui in cura phleg- maticarum attendendi sunt, qui nu. x. esse dicuntur.

Primus ordinatio diætæ: secundus lenitio æqualis: tertius minoratio materiæ: quartus digestio gradata, siue reiterata quintus reiterata euacuatio, siue gradata: sextus prouoca- tio urinæ: septimus prouocatio sudoris: octauus membrorū naturalium confortatio maximè stomachi, hepatis, & sple- nis, quæ mēbra in febris huius longo processu lædi, ac mole- stari consueuerunt, ut in de signis: nonus alteratio: decimus accidentium correctio.

Et ante eorum complementum scito primò, quod, sicut supra de signis notum est in generali; ita primò ponam cu- ram feb. phlegmaticæ in generali. deinde descendam ad spe- cialem curam eius secundum diuersitatem materiæ, à qua ipsa fit: nā Aui. diuersificatur Æm naturas suas. s. phlegmaticā acetosam, & phlegmaticam uitream, & phlegmaticā salfam & dulcem: item & Æm materiæ diuersitatem ex parte masse eius propter diuersam commixtionem, ut quia phlegmati cōiungitur melancholia, cholera, &c. & secundū hoc oportet uariare. & sicut cura eius diuersificatur ratione materiæ; ita & rōne temporum suorum: principii. s. augmenti, status & declinationis, quo. s. ad modum diætæ: qm̄ in alio, & alio tēpore alia conuenit diætā, ut statim, & secundum apparitio- nem digestionis in ea, & eius occultatione, quo ad digesti- uorum, & soluti uorum administrationē, ut infra. q. si quæra- tur, cur de tali diuersitate temporum non fecit mentionē Aui. & alij in cura tertianarum; dicendum, q. hoc idē fuit propter materiæ magnam difformitatem. unde aliquādo in augmēto uniuersali apparēt p̄ dies plures digestionis signa in materia: deinde redeunt ex difformitate materiæ signa cruditatis: quo tempore non debes procedere cura augmē- ti, sed principij. q. si hæc diu diuersitas cōtingeret in princ. uniuersali; tunc in eo pariformiter oporteret te procedere

B nunc curā principij, nunc curā augmenti: quæ curæ à se inuicem differunt, ut ex dicendis manifestè apparebit. secundò dicendum, q. in cura huius febris maior est intentio ad ma- teriam; q. ad febrem ipsam. cuius contrarium est in tertiana propterea quia ipsa non est multum infestans, & remota cā remouetur effectus, & maximè habet maiorem ueritatē in omni alia specie ab ea, quæ à phlegmate falso est. propter quod inferendum, quod à fortiter infrigidantibus est absti- nendū: nā talia materiā incrudando, & congelando morbū prolongabunt, & fortasse ægrum subeth perducent.

Et ueniendo ad completum primi dico, q. malè in ge- nerali pōt canon dari omnibus speciebus conueniens pro- pter diuersitatem materiæ magnam: differt nāq; multum in- ter phlegma falsum, & crudū inter ipsum, & dulce: & sic de alijs. & idē tu patieris sic me de regimine sex rerum nō na- turalium leuiter pertrāsire: nam de ipso in unaquaq; & pro- pria rubrica completē.

F Abstinendum est in febre phlegmatica ab aere frigido, & humido, præterquàm in statu uniuersali, & particulari pa- roxysmi. & nou sit frigiditas intensa, quæ opilet; sed leuis. & idē ipsum modera secundum constitutionem eius. absti- neat à cibis phlegmaticis; ut cucumeribus, citrullis. unde Aui. Euitet olera infrigidatiā, & humectantia: item unctio- sa, & infammabilia, & maximè ratione dispositionis. & ut Aui. nō oportet, ut comedat pullos, nec coturnices, donec quiescat febris ab acuitate, & sui uehementia, & minuatur u. usq; ad declinationem uniuersalē, nisi debilitetur uirtus, cui & cōsuetudini ut sæpe debes esse maximè sollicitus. de hora cibationis, & quantitate eius, & ordine habuisti supra de radicibus uniuersalibus. & tu ibi. omnino uerum Aui- cen. dicit de cura eius. Et hora cibi est post paroxysmi tepo- rem, & eradicationem eius, & ante paroxysmum ad minus quatuor horis. sed uide, ubi allegatum est. cibatio autē hæc di- uersitatem recipit, ut supra respectu temporum uniuersaliū febris ipsius. unde in principio principij est subtilianda diætā usq; ad quintum diem; ut per ieiunium materia calefiat, & secundum partem consumatur. & post quintum ingros- setur ab ea, quæ in principio, ne per ieiunium uirtus debilitetur. non tamen positus est hic terminus quinque dierū, ut præ- fixus: sed ut cōior. unde in ea, q. ex phlegmate falso ē aut ex pauciori materia in corpore cholericō, & huiusmodi mino- ri indiget termino, & consimiliter aliqua ex causis opposi- tis maiori. cōsidera tamē etatē, consuetudinē. ex canone autē generali; quia indicatione sumpta à statu, debet eē grossa in prin. cōsidera. uult itaq; expressè Aui. quod in hac febre diætā sit subtilior, quàm in quartana. unde in hac est maior quā- titas materiæ humidæ, & fortasse reducibilis ad benignum, q. pōt nutrire. & è conuerso dic, quod subtiliatio regiminis est minus necessaria, q. in tertiana, & sanguinea pp̄ eius lon- gitudinē. & quia accidentia sunt remissiora minus de subti- liatione indicatiā; & idē benè dixit Aui. Utere subtiliatio- ne regiminis Æm æqualitatē, quia. s. non tm̄ quantū in chole- ricis, nec ita parū sicut in quartana: quia. s. grossior debet eē se in quartana, & ex consequenti æqualis; quia mediocris in- ter illas. in augmento autē sit subtiliatio æqualis. i. media in- ter subtilitatem principij, & status; quia debet esse subtilior ea, quæ in princ. & grossior ea, quæ in statu: sed, ut in radici- bus uniuersalibus diætā ordinari hēt in relatione ad statum. unde scito, quod, quādo æstimat, quod status est, pp̄inquir, quā eē debet Æm terminū datū, q. a. infra. xliij. & lxiij. dies. tūc debes in prin. subtiliare magis. quod, si creditur ipsum esse tardiorē; tunc ingrossa administrādo pullā, ut Aui. sed in summa habe, q. nihil melius in hac febre, q. subtiliatio regi- minis debite facta: ubi. s. ætas, uirtus p̄cipuē, cōsuetudo &c. consentiunt. & idē dixit Aui. fames, & somnus supra famē & exercitiū supra famē, si non debilitant, sunt ultima in iu- uamēto ægritudinis huius; quia multum materiæ consumit eius. unde, si erras in subtiliatiōe; hic error facilliter corri- gitur: nā est morbus lōgus dans inducias, & tēpora sunt lō- ga, in quib. errores corrigi possunt: ut si nimis subtiliaui in augmento; cū hoc percipio cū adhuc sit tēpus longū, ante- quā ueniat status; potero talē corrigere errorē, & uirtutē fortificare. & causa laudatæ subtiliatiōis est abūdantia ma- teriæ in hac febre plus, quàm in alijs, q. cōsumptione indi- gent.

gent. tu itaq; cum in principio principij multum subtiliasti usq; ad. v. uel. vij. dies; debes deinde ingrossare, & non stare super illa subtiliatione; quia uirtus deficeret. deinde facta conuenienti ingrossatione debes gradare uersus subtiliationem expectando statum. ita quod in fine augmenti diæta sit satis subtilis. itaq; ex dictis apparet, q; in principio uniuersali oportet diætã multum attenuare, & etiam ingrossare in augmento autem diætã debet esse subtilis, & gradatim subtiliando procedere. in statu autem diætãdum subtilius & in declinatione grossius, unde Aui. non oportet, ut comedat pullos, & miniatur. i. usq; ad declinationem, ut supra. & de ipsa diætã subtili, & grossa lege supra. 3. cap.

De qualitate autẽ cibariorũ dicendum subtiliatiua, calefactiua, & incisua à multis cõcedi et in principio. unde Almanfor de cura phlaticæ inquit. Nutriendus est æger ex acetõ, oleo abluto, zucarõ, pauca mentha, & hmõi. & subdit. Et regatur sic æger usq; ad hebdomadam. Serap. concedit aquã cicerum: Aui. uerò inquit. Eorum autem cibi subtiles sunt. i. subtiliatiui, uel qui sunt in diætã subtili positi; quia pauci nutrimenti, ut acetum, oleum, mori, & propriè in fine eius: quia post digestionem, quia multam consumunt & exiccant materiã, unde dati in principio ante digestionẽ faciunt materiã præcipitate in uias renum, & uenarũ: & sic in oppilatione addunt ducendo materiã crudam ad illa loca. pp quod à principio sunt euitandi, & dandi sunt cibi exicati in caliditate non excedentes: nã, cum intentio in principio sit plus ad cãm antecedentem, quàm ad febrem; ideò conueniunt. & hoc quasi est uerũ in oibus spẽbus phlatis excepto falso, in quo & in aliis oportet qualitates cibariorũ, & potuum metiri em speciem phlatis, ut infra clarè dicitur imo aliqui conueniunt multũ calidi, ut in phlãte uitreo, in quo concedunt authores qñq; piper, concedunt cyminum, anethum, & hmõi. & dixit Isaac quosdam antiquos hanc febrem ex uitreo, & phlãte acetoso curasse per exhibitionẽ piscium salitorum. Potus silt declinare debet ad siccum, pp quod aqua frigida, ut Aui. oĩno alienanda est, & ipsa cocta cum modico zucc. ru. potest exhiberi: & est conuenientior ante apparitionẽ digõnis, & hoc in tpe calido. in frigidò uerò da aquã mellis. item hydromel cum spẽbus, aqua simplex cocta cum radice aliqua, aut semine aliquo. De aqua hordei dixit Francisc. de pede mõiũ, q; ipsa, & simplex & decocta cum semine aliquo est maximè conueniens in se plures comprehendens intentiones. sed Nico. noster dixit. Aqua autem hordei stomachũ lædit, & sua dulcedine oppilationem inducit. & ideò non ita securiter exhibetur. considera. Vinum uerò non conceditur in principio; quia materiã crudam secum ducens, cum sit bonus penetrator; oppilationem causabit. item quia inflammat. sed hic aduerte, quod credo securiter dari potest uinum debile de Padua, quod ab aqua est parum distans. quod non est penetrator bonus, neq; inflammã. & si quo loco inuenitur authores in harum principio uinum dãnare; intelligunt de uinõso subtili. & tu in eius exhibitione te modera em ætatem, consuetudinem, uirtutem, & hmõi. Aui. uerò inquit. Et cũ pertransit quartusdecimus, quia. s. apparent signa digõnis; tunc uinum subtile conuenit eis cum subtiliatione sua: & quia confortat calorem innatum, & quia prouocat, & quia sudare facit: uniuersas. n. mouet euacuationes. i. i. therape. unde. 18. continentis. uinum quoq; post digõnem materiã conuenit multis modis. quidam in phlãte subtili dant uinũ post quintum, in grosso post quartum: est. n. harum materiæ digestiuum bonum. quidã subtilius aduertentes, ut ad complexionem, ætatẽ, & consuetudinẽ, & ad tempus anni aliter se moderant dando. s. & ab eo abstinendo: ut si fuerit cholericus, iuuenis, in æstate, euitant. considera.

De motu, & quiete dicendum, quod quies ex se non conuenit, ut patet indicatione sumpta à materiã; neq; motus, p priè indicatione sumpta à uirtute: quoniam malè possunt infirmi exercitari cum motu, quod, si fieri posset absq; nocumento uirtutis; conueniret, & moderatus secundum uirtutis tenorem, & medici prudentiam. loco autem motus, siue exercitii sunt fricationes tibiarum, brachiorum, & humerorum, ut infra, & administrantur balnea: nam materiã calefaciunt, subtiliãnt, & ad poros cutis trahunt, & per ipsos

A sic rarificatos transpirat, & sunt hæ fricationes leuiore, & fortiores secundum materie maiorem, aut minorẽ grossitiem, & uiscositatẽ: sed saltem fortiores, quàm in tertianis, & sanguineis. fiuntq; in declinatione paroxysmi expulsi superfluitatibus: ut residuum materiã motã resoluatur; deinde per spacium certum ut per mediam horam, uel circa datur cibus, & de his infra in rubricis sequentibus. uerũ aliquando conueniunt ante cibum in remouendo nocumentum frigoris, ut dicitur in fine rubricæ in complendo ultimũ canonem.

De balneo autẽ dicatur pro nunc, cũ non sit in usu, nõ conuenire nisi post digõnem, & euacuationem materiæ, & proprius in declinatione uniuersali assuetõ forti.

De somno, & uigilia. somnus ad digerendũ quantum uigiliæ ad resoluendum, uel æqualis, ut Genti. i. proportionalis. ueruntamen absolute uigilia debet esse longior somno. unde somnus debet esse. vii. viii. uel circa horarum. sed in hoc considera ætatem, consuetudinem, uirtutis tenorem, & hmõi. & hic scito, quod maximè iuuantibus in se. consentiente uirtute est somnus supra famem.

B De inanitione. repletio maximè uitanda est, ut supra de causis, imo inanitio maximè conuenit, & magna, si longitudo ægritudinis non obstaret, ac uirtus constantia, ut supra. tu itaq; eam modera. item inaniatur uenter, si possibile est, bis in die cum clysteri lenitiuo, ut statim, aut suppositorio: & hoc, ubi natura ex se non operaretur. euitet coitum.

Accidentia animi, ut tristitia, & huiusmodi euitetur: ita aqualiter, & tempore quietis uidetur conuenire, si bene mensurari possent. & ideò, quia non sic in nostra est libertate consulo, ut omittatur, & reliqua securiora tententur. utatur gaudio, & solatio.

Pro secundo, qui est lenitio dicatur, quod in principio harum febrium maximè plus, quàm in aliis competit lenitio uentris per clysteria, aut per os exhibitã, secundum quod comprehenditur materias superfluas esse in intestinis, aut in uenis, ut clarè ostensum est in radicibus uniuersalibus. & tu ibi. quæ semper respectu aliarum sunt in maiori quantitate: & hoc non existente fluxu. & hoc est, quod dicebat Aui. Et omnes eius species communicant in hora principii in tribus rebus in necessitate lenificationis æqualis, aut uomitus. unde ante. iii. uel. iiii. dies quia. s. ante apparitionem aqualis digestionis, debes lenificare euacuando materias focales, & quæ sunt circa intestina in uenis meseraicis, & huiusmodi, ut supra in radicibus cum lenitiuo communi. uel potest exponi de digestiuo forti, quod in principio dari non debet. considera infra. post autem dies. iii. uel. iiii. uel. vi. ut Almanf. post hebdomadam: quia. s. apparente digestionis signo aquali poteris lenire lenitione propria quia respiciente materiã peccantem. quod tibi suadet digestionis uestigium. quam, si faceres ante propter eius omnimodam cruditatẽ, peccabis, & nocebis commouendo, & agitando, & non educendo. ueruntamen hæ lenificationes per os exhibitæ non debent multiplicari, & maximè in principio, ut Aui. quoniam mollificant stomachum, & trahunt, quod subtile est, & derelinquunt grossum. & sic corrumpitur stomachi complexio, & totius: nam subtile facit ad digestionem grossi. debilitatur itaq; sic uirtus, ut aliquando & cachexia, & hydrops inde sequatur. & ideò fortasse dixit Auic. lenitio æqualis. i. moderata, quo. s. ad quantitatem discretam. uel æqualis exponitur: quia debilis, uel facilis. non placet; quoniam omnis talis est facilis, sed æqualis, idest moderatè, de humore peccante euacuans, ut infra. cõsidera. sed, ut Serap. non timetur assiduatio clysteriorum lenium in hac febre sicut lenitiuorum. & hic aduerte, quod in exhibitione lenitiuorum debes abstinere à frigidis, & humidis. unde Aui. Abhorreo, quod est simile aquæ prunorum, & tamarindorum, & similium. de illis, quæ debilitant stomachum in hac febre, in qua est stomachus plenus phlegmatibus frigidis, & illa sunt frigida, & de illis, quæ soluunt subtile, idest, humorem subtilem, ut choleram: sicut uiolæ, tamarindi faciunt: nam ista non respiciunt materias mucositas corruptas, quæ in hac febre maximè abundant in stomacho in primis uenis, & intestinis, & quæ propriè per lenitiuum educi debent, sed cassia, mãna, & geneliabin, & similia

lia sunt, quæ maximè respiciunt illas, & debet fieri in primis diebus; quia in tribus primis omisissis alijs euacuationibus, ut infra apparebit. unde quæquæ, quædo. s. materia est ualde grossa non inconuenit cum his dare infusionem leuè turbith, aut addere aliquid carthami. unde, ut. s. colliget, conuenit in princ. lenire uentrem cum semine carthami. lenitiua plura habes huic proposito in de radicibus supra, cum quibus dare poteris oxymel simplex, uel mel rosatum colatum, & tu compone. sed ubi materia in partibus superioribus non cogat te; administratio clysteriorum magis diligatur, ut dictum est. & consimiliter dicatur de uomitu, quod conuenit in principio spontaneus, ac arte leuiter factus cum aqua tepida, & oxymelle. & potest fieri communis, & proprius, ut de lenitiuo dictum est, de quo uomitu in sequenti canone.

Pro tertio dicatur, quod certè nostro tpe propter inordinatum regimen, & propter hominum ingluuiem minus malum est in his incipere à minoratiuo proprio. & idèd pmissio lenitiuo per clysteria sequenti die dabis minoratiuum proprium: quia cum cõi addas, ut dictum est, agaricum, carthamum, uel turbith. de quo turbith scito, quod de eius proprietate est attrahere humorem, qui est in ore stomachi. & sic fiet minoratiuum proprium. sequenti autem die dabis aquam hordei cum modico mellis rosati ad lauandas, & abstergendas, & ad extra ducendas materias corruptas, quæ remanserunt in uis ductuum: ne, si dares digestiuum aperitiuum secum ducendo materias, quas tales corruptas inuenit, ad interiora uenarum penetrarent. & ut supra sicut de lenitiuo dictum est, materia minorat èt uomitu, qui in hac febre maximè conuenit. & cã; quia stomachus est minerã phlegmatis. & idèd authores multum adhæserunt ei. unde Ser. Cum accidit in febre hac uomitus; non oportet, ut constringas ipsum, & propriè in inceptioe periodi. & hoc si non supfluerint; quia tunc cum miua, & alijs, ut infra cõstringat, & spõs meus semp est utilis in hac febre. uerum, si à natura non uenerit, & leuiter puocari possit; illud operare èt cum leuib. uomitiuis; ut cum aqua calida, siue tepida, sy. acetoso, oxymelle, infusione raphani, decoctione atriplicis, & hmõi. quod si fuerit phlegma multum grossum; tunc, ut Sera. prius exhibe incidentia, ut agrumina: deinde puoca, uelut Almã. repleat stomachus piscib. falsis, deinde uomitum prouocabis. quod si cum difficultate fiet uomitus, ut quia patiens duriter eum facit; nullo modo prouoces: nam sic debilitabis stomachum, & multam materiam ex forti motu ad ipsum attrahentur, & erit periculum futuri apostematis. & idèd melius est, ut tunc expectes digestionem. & idèd dixit Aui. Et, si sit grauis in eo uomitus, non prouoces cum labore. oportet ergo, ut expectes in eo septimus; quia tempus digestionis aliqualis, uel quia scilicet non fiat ante septimum uomitus cum fortibus, ne adducat apostema. & dicit Aui. Et uomitus quidè cum eo, quod est in eo de debilitate stomachi; quia stõm dissipat, est uehementis iuuamenti ualde. & est ultimus huic ægritudini. unde. i. ad Glauco. Multi liberati sunt per uomitum. & sic expeditum est primum, in quo omnes spõs phlegmatis conueniunt.

Quibus expeditis ad quartum procedere, quia ad materiam digestionem iteratam, siue gradatam, quæ est s̄m, siue secunda res, in qua omnes species phlegmatis conueniunt, quæ est subtiliatio, & incisio. unde nota, quod in cura phlegmaticæ primò in mente medici cadit intentio ad repletionem, quæ in hac febre reperit ex parte materierum fœcalium, & aliarum adiacentium intestinis, & partibus stomachi, per quam intentionem administra primò lenificationem æqualem ex parte secessus, & uomitus: secundò quia considerat grossitatem uiscositate humorum, ad quam materiam, ut supra, magis uertitur, quæ ad febrè, administrat subtiliantia, & incisua. tertio quia considerat materiam hanc faciliter penetrare ad uenas emulgentes, & quia est oppilatiua; dat prouocatiua, & aperitiua. ex quibus apparet tria esse, in quibus spõs phlegmatis primò conueniunt. secundo aduertendum, quia dictum est gradata, siue reiterata: quoniam in princ. alia competunt digestiua, & alia post principium. unde in princ. cõpetunt digestiua debilia, & non fortia: quoniam fortia mouent, & agitant materiam, & subtile soluendo prouocant, & dimittunt grossum. unde fit agitatio, qua nocet uirtuti. & materia, quæ remanet ad ulteriorè digestionem, impediit. & idèd dixit Aui. ut supra, de lenitiuo. Et cum superuenerint tres dies febris, supple siue ab his; quia à calo

re naturali, & febrili; subtiliabitur materia. quod si ante illud mouebis; ut expositum est supra: & hoc supple cum fortibus digestiuis; nocabis, & non facies aliud. s. utile non intelligendo per tres dies terminum præfixum: imo tempus unius hebdomadæ, ut Almã. & alii. debes itaq; in princ. leuibus uti ut est sy. ace. simplex, mellinus, uel zuccharinus, oxymel simplex, & huiusmodi. deinde te trãseras ad fortiora; ut ad sy. ace. compositum ex duabus radicibus, deinde ad fortius illo ad sy. cõpositum acetosum de. v. radicibus: deinde adhuc fortius, ad sy. acer. scilliticum, & cum seminibus, & absq; ut uidebitur expedire. sicq; pcedes gradatim de debili ad forte ascendendo continuè in fortitudine, & reiterando: nam primò aliqua pars materiam, ut subtilior ex facili digestiua digestionem recipit: secunda quæ est minus subtilis fortiori indiget, & sic de alijs. sed quæres de tempore exhibitionis eorum; dicendum, quod debes dare hæc digestiua per sex usque ad octo dies maximè tempore frigido: deinde ut in sequenti canone euacuare propriè. & sicut fortificatur digestiuum; ita & euacuationem usq; ad eradicationem procedendo, ut dictum est. interim à lenitiuis per inferius non est desistendum. deinde antequam ad secundam exhibitionem digestiuorum peruenias; debes spacium aliquod interponere, ut duorum, trium, quatuor, & ultra dierum s̄m quod tibi apparebit. & de ipsis digestiuis supra. s. ca. ad plenum. & hoc uoluit Aui. cum dixit. Ego uerò non diligo expectationem digestionis, & lenificationis cum eis, quæ diximus prius, quia scilicet leuibus: quoniam non sufficerent; cum ægritudo sit repletionalis, & multæ materie, & heterogenæ uiscosæ. & idèd subdit. Oportet, ut euacuetur ex ea aliquid, & expectetur in reliquo, usquequo digeratur, & fiat illud scilicet utriusque; quia scilicet digerere, & euacuare cum facilitate, & tolerantia uirtutis. unde in summa laudare uidetur paulatinam euacuationem, & paulatinam digestionem. & hoc est, quod currit per scholas medicorum de cura phlegmaticæ paulatinè digerere, & paulatinè euacuare.

Pro quinto, qui est euacuatio gradata, dicendum proportionabiliter, ut de digestiuis, quod à leuibus, siue debilibus inchoandum est gradando de debili ad forte; nam quanto plus prolongatur ægritudo, tanto magis materia subtiliatur, & æquatur. unde & facilius educitur, & non timetur agitatio. & hoc intellige indicatione sumpta à materia. uerum semper hanc compara ad uirtutem. & non sis austerus medicus, neq; de fortitudine uirtutis multum præsumens. & sic procedens usq; ad statum ægritudinis comprehendere debes, si natura crism facere tentabit. quod si sic; sine eã: si non; tunc utere eradicatione. & idèd dixit Aui. apud digestionem scilicet completam indiget euacuationibus fortibus; ut scilicet eradicetur materia fortiter. & hic nota propter Rasim in Almanfore, & sequaces, & ut operantur quidam ex modernis, qui concedunt omni nocte medicamentum de turbith intelligendo per ipsum indifferenter omne conueniens solutiuum, uel saltem inter duas noctes semel. quod, ubi comprehenderis ægritudinem prolongari, & digestionem manifestè apparere; non erit in canonicum dare hora quietiori medicamentum de turbith, siue solutiuum aliud facile tamen, ut sunt pilulæ aleotice turbitate, item alephangine uigorata, & huiusmodi, de tertio in tertium, uel de quarto in quartum, hoc est frequentare solutiuum, postquam omni die apparent signa manifestæ digestionis. & ut supra semper habito respectu ad uirtutem: quæ omnia oportet medicum sua prudètia gubernare. & hæc intellige etiam, ubi natura ex se non foret operata ita, ut non esset opus solutiuo per secessum. s. aut uomitum. quod si signa digestionis non manifestè apparebunt, non erit festinandum cum his, ut patet ex dictis. fit & euacuatio cum clysteriis, de quibus dicendum proportionabiliter ut de solutiuis: quoniam fortia ante digestionem propter agitationem non conueniunt, sed leuia. & apparentibus signis digestionis benè conueniunt. unde Aui. Apud digestionem diminutã, uel completã administratur clysteria fortia, de quibus clysteriis in de radicibus.

Fit & phlebotomia euacuatio ipsa, quæ directè ratione materiam nullo modo conuenire uideat. tamè, ubi hæc febris fuerit in homine sanguineo carnosio, amplarum uenarum, & alijs particularibus consentientibus, urina existente grossa, & rubicundioris

rubicundiori, quàm in hac febre apparere consuevit; non erit malum, si phlebotomas: quoniam significatur aliquale dominium sanguinis, & quòd est phlegma ei admixtum. in aliis autem omnibus dispositionibus fugias à phlebotomia quoniam ad phlegmaticarum cruditatem perducit. & hic quidam litigant, in qua die fienda est, an in pari, an impari. quidam, non est uis, ex quo tam qui pares, quàm per impares mouetur. alij, cum transeat subtile sanguinis in choleram. in hac putrefactione, quæ de tertio in tertium magis affligit. melius est, quòd in die quietiori fiat in pari. considera.

Et pro sexto post digestionem, & euacuationem sic factas uenias ad diuretica, cum quibus operare, ut de digesti uis, & solutinis dictum est procedendo. scilicet continuè de debili ad forte, fortius, &c. secundum quòd magis statui, & principio declinationis appropinquabis. unde fortiora prouocantia præsupponunt maiorem digestionem, ac euacuationem præcessisse: & hoc regulariter operando: nam, ubi corpus non sufferet solutionem uentris, & præcipuè fortem secundum modum, qui dictus est; tunc administra diuretica quia tentabis euacuationem materię facere cum diureticis, & sudorem prouocantibus cum debilibus, & fortibus in diuersis temporibus morbi, ut de euacuatibus dictum est. & erit hæc operatio coacta. unde de eis dicas, quòd quoddam est prouocatiuum commune: quia respiciens materias uirulentas, siue putridas in uenis existentes aptas euacuationi, coniunctas febrile, quas per uias urinæ euacuat, ut iulep subtile, aqua hordei, & huiusmodi. quoddam proprium quia de materia propria minorat, & euacuat; ut syr. aceto. de radicibus, & huiusmodi: fiunt enim hæc diuretica fortia & propria ex admixtione aliorum; ut. v. g. brodium cicerum nigrorum est debile prouocatiuum. cum autem addis ei radicem petroselinii, erit fortius: & sic de alijs. unde radices quinq; semina calida; ut anisum, fœniculus, semen apii, petroselinii, rapæ, cappares, cuscute, capillus ue. calamentum, prassium, eupatorium, ameos, cyminum, daucus, semē eius absinthium, ozymū, scilla, asparagus, & huiusmodi sunt tuopposito conuenientia, & sic gratia exempli conscripta, & in eis gradare, ut uidebitur. & quia dictum est, quòd semper transitus fit de debili ad forte; ideò, ut supra de radicibus fortiora sunt prouocantia, quàm subtiliantia, & incidentia hoc est digestiua. & consimiliter prouocatiuis urinæ fortiora sunt prouocatiua sudoris, ut allegato loco, ubi uidebis, quò adinuicem differunt: nam prouocatiuum urinæ fit quinq; per solum augmentum quantitatum prouocatiuum sudoris. item & quinq; prouocatiuum urinæ fit secessiuum; ut aqua cicerum nigrorum exhibita homini apto faciliter per uentrem solui materiam in stō, & intestinis sua nitrositate abstergendo, per inferius reducet. in alio uerò non apto, sed magis per uiam urinæ prouocabit. & Rasis in diuisionibus putauit, quòd febris phlegmatica propriè curetur cum prouocatiuis urinæ, sudoris, & uomitus.

Pro octauo scito, quòd membra, quæ communiter lædi consueuerunt, sunt stomachus, hepar, & splen, & maximè, & principaliter stomachus; cum secundum plurimum sit in ea de causa antecedente multum ipsum, & omnes eius uirtutes prosterne. & ideò dixit Aui. cū incipit ægri tudo augmentari, quia prolongari, aut crescere, & post quintum diem tunc sit sollicitudo de ore stomachi; administra, quod confortet, sicut masticationes factæ ex mentha, & mastiche, aniso, & hmoi: nam, cum materia ex se lædat, ut dictum est; et plus læditur ex agitatione facta in eo ex medicinis, & alijs & ideò stude in exhibitione talium intus, & extra administratorum. & ideò in omnibus, quæ exhibentur, da cum eis, quæ ipsum confortet; nam Aui. hoc loco laudat unguentum, emplastra, & similia ad extra ori stomachi applicata. & laudatur hoc loco ab eo in dispositione stomachi oleum chamæmillinum. sed absinthium propter fortem eius stypticam non laudatur in principio harum febrium ante signum digestionis apperitionem. laudatur aromaticum rosatum, gariophyllatum, & hmoi. imò aliqui, si particularia consentiunt, descendunt ad theriacam; sed bene considera, antequam eam dabis: quoniam nõ nisi in declinatione uis. Almanfor, ut Aui. 5. & multi quidē hoies dabāt bis in heb-

A domada pilulas de mastiche stomachi confortatiuas, & hepar confortantia, & splenem, suis quære locis, ut ipsa dispositio exigit.

Pro nono, qui est alteratio, dicatur, quod authores parum sunt de ea locuti in hac febre: imò eam postposuerunt, ac quasi si neglexerunt, quod, si aliquando ex certa causa sit necessarium in frigidare patientem; non fiat infrigidatio fortis, & semper cum frigidis misceantur calida ita, quod nullo modo pura exhibeantur frigida. & ideò Sera. in danda aqua hordei ratione fitis non dabat illam puram; sed decoctam cum radice fœniculi, apii, & huiusmodi.

In complendo decimo dicatur, quod accidentia euenire consuetas sunt frigus forte, rigor fortis, dolor capitis, uomitus, sudor, casus appetitus, fluxus uentris, oppilatio, inflatio faciei, fitis quandoque ex forti putredine.

B Contra primum, quod maximè contingit in phlate uitreo, & acetoso, & est aliquando ita intensum, & molestum, ut plus conuerat de eo patiens, quàm de febre ipsa, dicamus cum Aui. da in potu aquam calidam, in qua decocta sint anisum, & semen apii, & ozymum gariophyllatum ante paroxysmum eius per horam. deinde bene cooperias infirmum pannis calidis. nota tñ, quod hæc aqua in primis diebus cum sit multum aperitiua, est suspecta: & ideò tarda eius administratio usque ad sex, uel. vii. dies: & iam minorata materia penetrat, & materiam calefacit, & iuuat calorem naturalem, ut eam calefaciat ita, quod ex eius occurso super membra non tantam imprimit frigiditatem. & securius puto incipere à fricationibus. unde Aui. Et fortasse indiges pro fortitudine frigoris fricatione. & modus est, ut incipias ab humeris descendendo, & ad brachia, ab inguinibus uersus pedes, quousque spargatur caliditas in manibus, & pedibus, & calefiant & debent fieri ante aduentum paroxysmi per unam horam cum media, uel circa. quod si post fricationem siccam feceris eam cum oleo cōi, aut chamæmillino, aut anethino; nõ erit malum: nam liberius penetrabit oleum calefaciendo: sed deinde, ne per eius obturationem in poris facta prohibeat transpiratio; debet fieri absterio. quidam inungunt totum corpus cum oleo de stoechade: quidam ponunt infirmos in balneo, quidam extrema in aqua calida: hi etenim modi non sunt in usu. sed hic audi, quod cum Cermisonus noster esset in cura filij Serenissimi Ducis Venetiarum, & à frigore, & à rigore plus, quàm à febre molestaretur, quæ febris à cholera grossa pendebat; ordinauit, ut fortes fierent fricationes cum panno mediocriter aspero ante aduentum paroxysmi per duas horas, uel circa: & tunc per eas euasit ilico ab eo rigore; et in prima die, qua eas facit imaginatus, quod per ipsas humor traheretur ad extrema, siue ad circūferentiã, antequam ipse putreret, & ex cōsequenti ueniens ad membra sensibilia absque calore mordaci, & acuto, & et pigre, quod rigore nõ caret. & si materia remanebat, pauca esset, & non sufficiens ad ipsum rigorem causandum: & tu considera. & de isto et in sequenti cap. de quartana. & per eandem completur secundum.

C Contra tertium, quod est dolor capitis, fiant diuersiones cum ligaturis positione extremorum in aqua calida, fricationibus, & hmoi: itē cū embrochis resoluētibus. factis cū chamæmilla, & similibus, & hoc maximè, cū euacuatio præcesserit minoratiua. istud est accidens, quod maiorem requirit processum.

D Contra quartum, quod est uomitus, iam dictum est, quòd est medicina propria huic ægri tudini, nisi superfluat: quod cum acciderit, succurratur cum syrupo de cytoniis, cum syrupo de mentha, cum mastiche, granatis, mentha, & huiusmodi commiscendo calida frigidis.

Contra quintum, quod est sudor, dixit Sera. si accidit eis sudor; administramus eis uaporem aquæ, in qua decocta est chamæmilla. & præcipimus in fine; quia post receptionem uaporis, ut ponant pedes, & manus in hanc aquam, dum est calida, & stringamus eis crura fortiter.

Contra sextum, quod est casus appetitus, & de ipso supra de regimine accidentium acutarum, administramus ad intra, & ad extra quæ stomachum confortant ex unguentis, emplastris, confectiõibus, & huiusmodi, ut paulò ante dictum est in. 10. canone. confert masticatio mastiche, gariophylli, cinnamomi, macis.

De febribus

Contra septimum, quod est fluxus uentris, ut dicit Aui. oportet confortare membrum, à quo procedit fluxus; ut, si ex debilitate hepatis; da semen cuscute: propter debilitatem stomachi; da mastichem. si propter duritiem splenis; exhibe aperientia ipsum confortantia; ut scolopendriam, radicem apij, cyperi, & huiusmodi. unde succurratur cum stypticis tam ex parte cibi quam medicinarum. oportet ad alia loca ire ad. 16. tertij.

Contra octauum, quod est oppilatio, da aperitiua; ut trochiscos de absinthio, de laca, de eupatorio, & huiusmodi. & prohibe ipsum à frigidis oppilatiuis.

Contra nonum, & est inflatio faciei, & etiam extremitatum, da prouocantia urinam; ut trochiscos de laca, de absinthio, diacurcuma, & alia huiusmodi, quæ ualent ad cachexiam, & hydropem ex causa frigida.

Contra decimum, & est fitis, dicendum, quod aqua calida bibita est multum conueniens: quonia actuali caliditate phlegma digerit, & sua fluxibilitate deponit ad inferius, & sic ipsum præparat exitui. aqua autem frigida, si ad tempus magis iuuare uidetur; in fine nocet: quia materiam augmentat & compactam, & fixam reddit. & sunt dicta Isaac quinto febrium. considera.

Simplicia habes in copia supra in. 5. cap. unde hic ab eis supersedeo. sed hoc loco addam, quæ indifferenter cuilibet febrim phlegmaticam à proprietate occulta conueniunt. dein de particularia alia pertractabo in unaquaque particulari rubrica. dixit Aui. 2. cano. quod bedeguar. i. spina alba ualet febribus phlegmaticis longis, cuius causa est debilitas stomachi & omnibus febribus antiquis, & maxime radix eius. & loco eius ponitur fumusterræ. Auic. Nigella resoluit febres phlegmaticas. Aui. quia puluis eius datus cum oxymelle, & maxime iam digesta materia. aqua cuscute cum oxymelle. item succus eupatorii cum melle rosa. bibitus phlegmaticam tollit: remedium rusticorum, & maxime in declinatione. dixit Kyrannus. Arena in parietibus texens accepta in nomine patientis in calamo inclusa ad collum suspensa amphemerinam febrem aufert. decoctio chamæmillæ cum aqua cuscute multum ualet, & maxime in declinatione digesta iam materia. caro ericij ualet. Apuleius. scordion circa corpus hominis alligatum tollit quotidianas. Kyrannus. oleo scorpionis communi, si ex eo calefacto dorsum totum inunxeris pedes, ac manus, & frontem; tollit quotidianam, & nedum ipsam, sed tertianam, & quartanam, & est expertum. & idem confirmat Constantinus, & maxime luna exigente in declinatione.

De cura febris phlegmaticæ periodicæ à phlegmate dulci factæ. Rub. 3.

HABITA notitia in generali de cura phlegmaticarum consequens est, ut de cura specierum ipsarum agatur. initium faciens ab ea, quæ à dulci fit phlegmate. propter quod nota, quod phlegma naturale non tantam habet grossitatem, ac uiscositate, ut dulce uitreum, sed pur aliquam habet: licet modicam illorum respectu. & ideo, cum subtiliatio, & incisio respiciant grossitatem, & uiscositate; hinc in cura eius, quæ de phlegmate naturali, subtiliatiua, & incisua debent esse leuia, siue remissa respectu eius, quod in aliis debetur: ut. v. g. fy. acetosus simplex sufficiet in hac, ubi in alia oportebit administrare acetosum compositum, de duabus radicibus, uel de tribus. ex quo infertur prima diuersitas curæ sumpta ex parte diuersitatis modi, substantiæ, materierum peccantium. differunt secundò, ut Auic. ex parte temporum suorum usum, ut in præcedenti rubrica actum est. differunt tertio ex parte materierum febres ipsas facientium; quia. s. simpliciter, & compositionis: quoniam aliquam materia phlegmatica peccans est phlegma crudum, aliquam acetosum, & huiusmodi: nonnunquam est cum eis commixtio, ut sanguinis cum phlegmate, cholera cum eo, & huiusmodi, de quibus infra suo dicei ordine. & in cura febris ex phlegmate dulci pendentes eos obserua canones, qui positi sunt in præcedenti rubrica. unde raptim per eos, & eo ordine, qui positus est prætransiens

Dico primo, quod aer debet declinare ad medium in acetosum, & ad siccum in passiuum. & hæc alterationem optime

E scire facies, si te transferas ad ea, quæ de ipso aere in febribus pestilentialibus dicta sunt. euita tamen loca terranea humida, cameram nouorum murorum, & huiusmodi.

Consiſt dicatur de cibo, & potu. & tu habes supra. 4. ca. quæ in hac conueniunt febre. & ideo tu ibi. uerum scito, ut ibi, quod panis est uiscosus. & ideo sit furfuraceus aliquantulum, & bene salitus, & coctus, & de eo parum comedat. de uino autem considera uirtutem consuetudinem. & sit album, & lymphet, ut decet. & hic aduerte canonem et pro sequentibus, qui & in prioribus memoratus est pro illud, quod dictum est de diuersitate curæ ex parte temporum sumpta. quod si à principio multa fuerit repletio indicatione sumpta ab ea, & non à remissione febris, aut distantia status, competit in principio diæta subtilis: deinde debet ingrossari. quod si à principio non fuerit multa repletio; conuenit diæta grossior à principio, quæ debet continuè subtiliari usque ad declinationem exclusiue: ut. v. g. in principio dedisti cotusum spissum: deinde in processu da ipsum magis liquidum procedendo continuè subtiliando ipsum usque ad declinationem exclusiue. in declinatione autem oportet deinde ingrossare. item aduerte, quod in cibis post diem septimam, aut octauam poteris cum suis cibis admiscere leuia diuretica: item & uti asparagis, capparibus conditis. de aliis autem rebus non naturalibus dicat, ut in præcedenti rubrica.

De lenitione dicatur, ut ibi, expertus uomitus, & secessus, & regulariter operando post lenitionem da digestiua, de quibus supra. 5. cap. dico regulariter: quoniam, si comprehendere multitudinem materiei; non erit malum, imo canonicum dare post lenituum minoratiuum proprium. sed erit canonicum irregulare. & hic attende, quod digestiua phlegmatica debent esse multum eleuata in gradu, neque superabundantia à caliditate sanorum multum, & maxime in phlegmate dulci: ne ex ipsis calor augeatur febrilis. unde, ut Isaac ante talium administrationem expecta digonem materiei: quoniam aliter de interpolata posses facere continuam, aut de continua acutam, & maxime si tempus erit calidum, ut æstas, corpus cholericum, uel iuuenile, & huiusmodi. & ideo bene dixit Aui. Oportet ut bene consideret uehementia febris, ut non accidat uehementia calefactionis. quod si de omnibus intelligat; maxime habet ueritatem in phlegmate falso, & dulci. deinde euacua, neque sis negligens, ne materia ingrossetur. quod si ut supra infirmus non poterit medicinam per os assumere; exhibe clysteria, aut uirginam prouocantia, & maxime quoniam materia est in gibbo hepatis comprehensa. unde fortasse illi, qui student in curando has febres per diuretica, intellexerunt, quando materia est in gibbo hepatis comprehensa. & leuia solutiua in hac, & in phlegmate falso sufficiunt: in uitreo, acetosoque fortiora debentur.

De alteratione uero dicatur, quod in falsa, & in dulci magis est necessaria, quam in reliquis: in falsa plus propter choleram, & in dulci minus propter sanguinem, qui est cholera minus calidus. & ideo remissioribus indiget frigidis. & ideo in his duabus non postponitur alteratio, sicut in aliis: imo aliquando in augmento, & statu fortibus utimur extinguentiuis. uerum exiccatio debet esse maior in dulci, quam in falso. scito tamen, quod, cum phlegma sit ex sui natura aptum faciliter recipere frigiditatem, & ex consequenti ingrossationem ideo à fortibus frigidis abstinendum: ne induretur, & ingrossetur. de reliquis, ut in præcedenti rubrica. & ne in longum prodeam; statui adducere in unaquaque particulare exemplum, quod de facto euenit. per quod, & per hæc generalia sic posita facilius, & euidentius in earum cura deuenies. habuisti supra in radicibus uniuersalibus, & de synochis, & de pestilentia casus multum completos, & modum faciendi, & fabricandi eos exemplarem. & ideo, ne sim prolixus; hic aliquantulum abbreviabo, & poteris, si placebit, ex habitis hæc aduertere.

CASVS. Quidam Tadeus de burgo ætate. 24. annorum, complexionem sanguineam, ociosam uitam, cibis phlegmaticis herbis, & fructibus multum usus, & præcipue pomis quasi per totam hyemem, etiam delicatus in lymphatione multa uini cum aqua cruda, consuetus phlebotomare ab anno. 20. usque ad. 22. quam dimisit in. 23. & superueniente quadagesima ieiunauit, & herbis multis, ac piscibus uescebat, pueris usque ad finem Aprilis incepit stultè debilitari, ac ab eo grauari

Que febri
bus phleg
maticis co
ferunt à p
rietate.

gruari post assumptum cibum, in quo sentiebat gurgulationes multas, & habebat sputum multum post cibum: in quo aliqualem percipiebat dulcedinem. & tandem superuenire percipiebat ei extensiones, oscitationes, & extremorum leuem frigiditatem: & hoc circa auroram. postquam successit caliditas uaporosa sine siti, & cum deiectione appetitus. & sic processit cum diæta satis tenui usq; ad diem tertium, superuenitq; deinde sibi uomitus, cuius saporem nesciebat aliter exprimere, nisi quia erat sicut mel cum aliquali frontis dolore. & tunc timuit, & pro Syculo nro misit.

Cui occurrens Syculus hora tertia, & primò urinam considerans in substantia grossam, in colore subrubicundam, & cum quadam obscuritate, & phlegmatibus diuulsis, colore liuidis, item uomitum sibi appresentatum, aspiciensq; eius faciem ex liuido, & rubeo mixtis coloratum, sicq; & labia eius, pulsus comprehendens plenum, mollem, non multum diuersum, sed bene constantem, nec multum uelocem, neq; spissum, ex aliisq; accidentibus bene consideratis relatione eius, & suorum altantium, de quibus per ordinem in de signis supra, iudicauit ipsum pati quotidianam interpolatam de phlegmate dulci cum accidentibus, ut supra. unde statim ordinauit secundum ordinem canonum diætam. & primò ordinauit, quia repletio multa erat; diætam subtilem. & dedit ei panatam cum brodio pulli macri propter consuetudinem, & importunitatem mulierum, & uinum album lymphatum multum; quia phlegma dulce erat, ut supra. & ordinauit lenitiuum ex bliti, mercuriali, & furfure frumenti, cum casia, & benedicta, & zuccharo rub. sibi fieri circa occasum solis. & emissio clysteri dedit modicum diarhodò abbatis in remissionem caliditatis præternaturalis: & post modicum uini multum lymphati. deinde per unam horam post cum media dedit cœnam, quæ fuit leuis ualde ex panata multum liquida. deinde iussit, ut dormiret usq; ad horam octauam: deinde q̄ excitaretur, & post excitationem fieret per horam fricationes leues cum panno lineo non aspero. & antequam fuisset media hora, coepit oscitare, & alices habere. vñ pur præcepit eum fricari debere. & sic per fricationes remissæ sunt oscitationes. sed calor fuit, ut prius, & urina, & pulsus similiter se habuerunt, & non habuit uomitum. & sic sequenti die hora quinta diei, uel circa, quo tempore calor minui incepit, fecit eum phlebotomari, & exire præcepit sanguinem usq; ad .v. vi. q̄, si fuisset in principio; extraxisset octo. consueuerat antè sudare circa octauam horam diei. & sic sudauit ea die; sed parum. deinde ex parte omnium ordinauit fieri, ut antè, & fricationes &c. deinde in principio paroxysmi ordinauit fricationes leues fieri. & sic copiosius sudauit deditq; post assumptum cibum eius per horas sex. & erat circa occasum solis hoc lenitiuum ex casia, melle rosat. & aqua endiuia: & tunc tertia hora noctis usq; ad quintam. plures fellas habuit cum multo phlegmate, & pauca foæce, & pauca tinctura cholera. & tunc ordinauit, ut dormiret usq; prope horam inuasionis, & exercitato superuenit typus cum læto calore, nulla præcedente excitatione, aut extremitatum frigiditate: & tunc cibauit eum, ut supra. deinde circa occasum solis dedit digestiuum; ut acetosum simplicem cum melle rosa. ana cum aqua endiuia: deinde circa tertiam horam noctis dedit cœnam leuem. dormiuitq; deinde usq; ad horam ut supra, & excitatus fuit. factaq; sunt fricationes, ut supra, & cibus fuit, ut supra, & fuit typus simul præcedenti. & sic processit per dies plures; quia usq; ad nonam diem. in decima apparuit subtilitas in urina, & resistentia magis unita. unde in declinatione paroxysmi fecit fricationes fortiores & sudauit copiosius. & superueniente nocte dedit solutiuum minoratiuum ex casia, agarico, & modico rhabarbaro, cum salgemma, & spica, uel squinantho, cum decoctione passularum, anisi, & capillorum ueneris. & mundificatus est ante quintam horam sex uicibus. & in quinta hora dedit modicum contusi ualde liquidi alterati cum uino granatorum in stomachi confortationem. deinde ordinauit, ut dormiret, & malè dormiuit. unde paroxysmus anticipauit per horam, qua scilicet consueuerunt fricationes fieri. & fuit ætior cum uelocitate pulsus, & frequentia solito maioribus. & superuenit pauca sitis, quæ ex pauco potu aquæ hordei, & remittebatur, & sudauit adhuc copiosius. & iudicauit, q̄

A hic paroxysmus undecimus fuerit principium augmenti: nam signa digestionis incipiebant magis detegi. & tunc ordinauit aliud digestiuum cum syrupo acetoso simplici solo cum aqua endiuia, & lupulorum: nam ut supra in canone de alteratione calore inualecente debet digestiuum esse minus calidum. & processit usq; ad paroxysmum. xv. cum hoc digestiuo. sed scias, q̄ semper paroxysmi ab .xj. usq; ad .xv. anticipauerunt per horam. & tunc sitis, dolor capitis, & acidentia augmentata sunt. & tunc cibauit eum bona hora; quia .14. hora diei, & dedit pullam. deinde .22. hora dedit minoratiuum. & loco rhabarbari posuit turbith, & mastichem. deinde pertransiuit cum solo regimine cibali cum confortatione stomachi per dies duos usq; ad tres cibando eum bis, & maximè, quia .17. paroxysmus non anticipauit: sed erat non cum minori calore, quam fuit. 16. & idè putauit esse paroxysmum status. processit itaq; cum digestiuo ut supra semper confortando stomachum cum mastiche, oleo nardino, & huiusmodi usq; ad .xxj. paroxysmum, minoris acuitatis tamè quam fuerit. 19. uel .20. non tamen postposuit deinde dedit medicamen de turbith, & loco eius potes uti electuario indo. superuenitq; .23. paroxysmus. & fuit adhuc minor, & minus acutus cæteris. & apparuerunt signa perfectæ digestionis. tunc opinatus declinationem uenit ad exhibitionem diureticorum procedendo de debili ad forte, dædo aquam apij, feniculi, lupulorum, & huiusmodi: deinde dando aquam origani, calamenti, raphani, & huiusmodi: deinde in totum declinauit ægritudo. & scito, q̄ etiam iuabat sudorem cum ipsum prouocantibus, pro quibus recurre supra in radicibus uerbis. Simplicia habes supra. 5. cap.

B Et ex compositis usualibus R. syru. aceto. simplicis. 3. i. 5. aquæ fluuialis coctæ. 3. iij. zucchari. 3. i. 5. transeundo ad fortius da oxymellis. 3. i. 5. aquæ foeniculi. 3. iij. item ulterius ad fortius da acetosum de duabus radicibus cum aqua foeniculi, ut dosatum est. & ad fortius da syrupum acetosum de quinq; uel syru. de bizantiis cum aqua eupatorij, cum aqua absinthij, & huiusmodi ita, quòd semper de debili ad forte fortius sic procedas dando ipsa digestiua de quinq; uel sex diebus in sex dies. & aliquando intercipe tempus, ut natura quiescat à grauamine medicaminu, & ut uideatur, quid operabitur non impedita ab ipsis medicinis. quòd si cupis digestiuum magistrale, fac sic.

C R. eupatorij, absinthij, bedeguar ana. 3. i. radice foeniculi, apij, liquiritia, passularum ana. 3. 5. ros. ameos ana. 3. iij. seminum endiuia, foeniculi ana. 3. iij. bulliant in lib. 4. aquæ ad consumptionem medietatis, & cum libra. i. mellis dispumati fiat syrup. & maximè hyeme. æstate fac cum zuccharo. & hic attende, quòd ipsum est forte, & conueniens in fine. & si cupis leue; fac ex leuibis datis allegato cap. Solutiua usualia habes allegato cap. Quæ sic digeris. R. agarici, turbith ana. 3. i. spica, salis gemmæ ana. gra. iij. zinziberis. 3. 5. infundantur in aqua mellis: deinde sufficienter exprimantur. in qua aqua dissolue castia, aut manna. 3. i. 5.

Conueniuntur pilulæ de agarico, maximè materia ente digesta, ut in fine augmenti, & status. item & pilulæ de turbith Auiceni. in litera. & tu procede ad solutiua fortia, ut de digestiuis dictum est.

D Ordinæ cōfectio de turbith hoc mō in casu cōmendata. R. zinzib. 3. iij. galange, pipe. lōgi ana. 3. iij. macis, croci ana 3. 5. turbith gumosi, & electi. 3. xii. zucchari albissimi librā unam. & cum aqua absinthij, & pauco uino cytoniorum fiat cōfectio solida. dosis. 3. iij.

Ex cōfectionib; cōueniunt. R. spērū aromatici rosa. 3. i. diarhodò abba. 3. 5. gemarū, electuarij de gemis. 3. ii. zucchari albissimi. 3. 5. fiat cōfectio solida cum aqua absinthij, de qua capiat morsellum unum per horā ante pastū mane, & sero.

Electuariū ordina sic. Reci. zucchari boraginati, buglossati, uiolati ana. 3. vi. pulueris anthos. 3. i. specierum aromatici rosati. 3. i. 5. diarhodon abbatis. 3. i. specierum electuarij de gemmis. 3. 5. confice, & deaura. de quo dabis, ut de cōfectione dictum est.

Ex trochiscis. Recip. specierum diarhodon, cinnamomi electi ana. 3. iij. incorporentur cum succo eupatorij. & quia puluerizati non sunt in usu; da eos in forma pilulari. & ex eisdem potes cum zuccharo cōfectionem facere.

De febris.

Laudantur & trochisci de rosis; quoniam sunt stomachi confortatiui. que oportet, ut dictum est supra, in feb. phlegmatica necessario confortare. & ideo ipsum ad extra inunge ut.

℞. olei mastichis unc. i. nardini, siue de spica unc. 5. de ab sinthio unc. i. pulueris gario. 3. 5. ligni aloes. ℥. ij. corallorum rub. 3. i. coriandrorum preparatorum. 3. 5. pulueris rosarum. ℥. i. aceti nigri parum, & cum cera fac unguentum.

De his, quæ à proprietate ualent, dictum est in præcedenti rub. nam talia indifferenter ualent in omni febre phlegmatica. & tu ibi. ex expertis pulueris unius folij pentaphylli cum uno grano piperis cum uino potenti datum ante accessionem per horam. quod tempus semper intellige de similib. datis, soluit quotidianam. sinapi tritum cum hydromelle datum quotidianam tollit materiam in fumum conuertendo. idem operatur theriaca cum aqua calida exhibita ante horam accessiois per horas duas: & hoc de quarto in quartum, & ut supra maximè præcedentibus euacuationibus. & ex ultramontanis sunt, qui dant uinum maluaticum cum pipere calidum ante accessionem: deinde cooperiunt infirmum, & multi sic sanati sunt. considera.

Alchif. contra febrem de phlegmate dulci, uel natural. ℞. succi fumiterræ unc. i. agarici. 3. 5. succi foeniculi unc. i. de ante accessionem per tres horas, & liberabitur eger.

De cura febris phlegmaticæ periodicæ de phlegmate falso factæ. Rub. 4.

CANONES proportionabiliter seruentur, ut supra quo ad generalia. recipiunt tamen diuersitatem ex parte eorum, quæ ipsos complent: ut uerbi gratia, quia phlegma falsum minus frigiditate participat, & pluri caliditate, quæ dulce; ideo diæta debet esse declinans plus ad frigidum non multum tamen: ut uerbi gratia, talia in prima mansione primi est in secunda usque ad tertia. cuius rei diuersitas accidit ex diuersitate commixtionis maioris. scilicet & minoris cholæræ cum phlegmate. etiã subtiliter practicando debet considerari phlegmatis ipsius substantia: ut si grossum, aut subtile fuerit. procede itaque in cura eius ordinando primò diætã: secundò leniendo uentrem: tertio minorando, & sic de cæteris canonicis, ut supra, quos tibi in practica in hoc ponam exéplø.

CASVS. QUIDAM Pompeius ætatis. xx. annorum, complexionis phlegmaticus cum participatione multi sanguinis, iam pluribus annis conquæstus de frigiditate stomachi, consilio medicorum usus est zingibere, cinnamomo, & alijs hmoi calidis. & adhuc eorum consilio iuit ad balnea Petrioli, à quibus redijt cum perceptione falsedinis notabilis in salua eius. unde ex ea sic acuta aliquando os eius ulcerabatur. similiter sitim non parua passus est, pro cuius remotione bibebat multam aquam frigidam, ex cuius potu non sedabatur. de mense Augusti incepit febrere febre phlegmatica ex phlegmate falso, cognita à Syculo nostro ex urina, pulsu, & alijs signis supra de ea: qui ei occurrebat in tertio paroxysmo: nam inuadebat eum paroxysmus circa horam propinquam nonam, & durabat horis quindecim, & declinabat cum leui sudore. & ordinauit, ut in fine declinationis fieret lotio extremorum cum decoctione foliorum uitis, salicis, papaueris, & lactucæ: ut euaporaret, & remitteret caliditas præternaturam. Viaticus. n. ponit hora accessionis extrema in aqua decoctionis chamæmillæ, meliloti, anethi, & hmoi. sed hic modus non est in usu modernorum. & tu considera illum. deinde exsucus, ut decet, stetit sic per spacium unius horæ, & fuit hora finis declinationis, & sexta noctis: deinde cibauit eum lactucis, & boragine decoctis in brodio pulli macri. & nota hic ex radicibus, quod absolute diæta debet esse subtilior: nam status est magis propinquus. deinde ad potandum dedit aquam coctam cum zuccharo, & calidam actu: nam ut supra & Isaac. Ipsa sic est ultima in hac febre: materiam. n. attenuat, & dissoluit, descendere facit, & sitim extinguit. & Gordonius noster nunquam sitim de phlegmate falso extinguere potuit nisi aqua calidissima actu. & tamen de ea consili sunt plures, quod à princ. usque ad apparitionem digestionis exhibent aquam calidam actu. hora autem prima diei ordinauit lenitiuum ex maluis, uiolis, hordeo, capillis ueneris, blitis, passulis, & liquiritia. deinde cibauit eum modico ptisanæ decoctæ in brodio pulli macri. & ante aduentum paroxysmi fricationes leues, & suauis fecit. sequenti die ordinauit digestiuum ex oxyzacchara, & aqua endiuia. & sic pro-

E cessit usque ad sextum, & septimum paroxysmum cum bis semper cibando modum cum farre, modum cum ptisana, modum cum panata, modum cum herbis, ut de diæta. 3. c. deinde ordinauit minoratiuum ex cassia tracta cum decoctione tamarindorum passularum, & liquiritiæ rhabarbaro, & modico agarici cum suis correctiuis. interim pro extinguenda siti dabat aquam hordei calidam cum zuccharo. item colluebat sepe sibi os. item dabat iulep uiolatum, ut supra de siti de regimine accidentium acutorum in radicibus uniuersalibus supra. deinde continuauit cibando eum bis in die, & processit ad syrupum acetosum cum aqua foeniculi, & endiuia per aliquot dies: deinde solutiuum fortius. item uenit ad digestiuum fortius; ut acetosum de duabus radicibus cum decoctione seminum frigidorum maiorum. & iterum euacuauit, & sic processit usque ad finem leniendo, digerendo, & euacuando. & ultimò uenit ad syrupum de bizantijs, & dedit diætã grossiorem, quia in declinatione. tempora autem ipsius febris cognouit ex parte anticipationis status, & postpositionis paroxysmorum, digestionis materiæ, & accidentium sanitate, & remissione, ut de eorum notitia supra. 2. ca. item iuuabat ad sudandum ut in præcedenti casu. accidentia in ea fuerunt uomitus, uigilia, & sitis. habuit in principio paroxysmi nausæam, & aliquando uomitum phlegmatis falsi non multum grossi cum bona quantitate cholæræ citrinæ. & quando fuit nausæa, solum, pro secuturo uomitu administrauit aquam cum melle, & acetum tepidam: uel oxymel simplex cum aqua tepida. deinde inunxit stomachum ex oleo myrtino, mastiches, rosarum, ciperi, & cum aceto cytoniorum, & modico ceræ. & pro uigilia dabat syrupum de papauere, & inungebat frontem ex oleo rosato, & uiolato, cum modico aceti conuassatis. de siti iam dictum est. Attende, ut supra qualis sit cholera, quæ ipsi phlegmati admiscetur, qualesque sit phlegma ipsum. & simplicia digestiua conuenientia in phlegmate falso habuisti supra. 5. ca. & composita similiter: quæ dosabis, ut in præcedenti rub. dando ea cum aqua cocta simplici, & zuccharata, aut cum aquis appropriatis, ut ibi.

G Et ex magistralibus. ℞. endiuia, scariola, buglossa ana. M. i. radicem foeniculi, apij ana M. 5. florum buglossæ, uiolarum, boraginis ana. M. i. seminum frigidorum unc. i. liquiritiæ, passularum ana 3. vi. anisi, foeniculi ana 3. ij. fiat decoctio in libris quatuor aquæ usque ad consumptionem medietatis. deinde cum libra una zucchari, & media mellis fiat syrupus, de quo dabis unc. ij. cum aqua en. unc. i. 5. buglossæ unc. i.

H Ex solutiuis habes allegato loco copiosè. sed, ne uacuis recedas; Rec. uiolarum M. 5. passularum unc. 5. radicem foeniculi 3. ij. fiat ex his decoctio, cum qua extrahe cassiæ unc. i. 5. diaphœniconis, uel electuarij indi 3. i. uel cum dicta decoctione da diaphœniconis 3. iiii. uel recipe rhabarbari, turbith ana. ℥. ii. zingiberis, spicæ ana. scrop. 5. & infunde rhabarbarum in uino subtili per noctem cum ipsa spica, & cum decoctione præcedenti, & cassiæ unc. i. & electuarij de succo ro. 3. i. & da &c.

Ex confectionibus conueniunt manuchristi perlato cum modico sandalorum factum. item Rec. corallorum rub. 3. i. cinnamomi scro. iiii. margaritarum. 3. 5. sandalorum rubeorum scrop. i. ligni aloes, macis ana scrop. 5. zucchari albisimi unc. viii. fiat confectio in morsellis cum aqua rosata, de qua accipiat, ut in præcedenti rubrica. Vel ex speciebus diarhodon abbatis, & electuarij de gemmis, aut aromatici rosati fiat confectio.

Electuarium fiat ex zuccharo rosato, uiolato, buglossato, an. unc. ii. 5. manuchristi perlato, diarhodon abbatis ana. 3. x. specierum electuarij de gemmis unc. 5. de auretur &c.

Ex trochiscis, qui tamen non sunt multum in usu, Recip. trochiscorum de eupatorio, trochiscorum de spodio ana. con-

fice cum iulep uiolato, & da, ut in præcedenti rub.

Vnctionem facito, ut in præcedenti rubrica.

De his, quæ à proprietate, & de expertis uide in duabus præcedentibus rubricis.

De cura phlegmaticæ periodicæ ex phlegmate mucilaginoso, & uitreo, & aquoso. Rub. 5.

I N CURA huius oportet procedere, ut de aliis dictum est, quantum ad ordinem canonum: sed, quia hæc phlegma cæteris facientibus febrem est frigidius, & grossius; ideo

idè oportet, ut fortioribus digestiuis utaris: nam quæ in declinatione aliorum iam dictorum conueniunt, sunt in hac in principio, uel saltem in statu conuenientia. similiter & solutiua debet eẽ fortiora ex parte quãtitatis, & qualitatis.

Diætã autem debet esse grossior in principio; quia status longinquus: & debet declinare ad calidum, & siccum: & fricationes esse fortiores, & longiores, ut de eis dictum est in cura uniuersali de febre phlegmatica. & in hac conuenit uinum plus, quàm in aliis. sit tamen lymptum. & tu eius uinositatem modera.

Vnde in principio competit digestiuum ex melle rosato colato, cum acetoso simplici, & aqua foeniculi: deinde procede ad acetosum compositum cum aqua foeniculi, endiuie: deinde ad syrupum de eupatorio: & sic semper de debili ad forte, & fortius gradãdo, ut dictum est. & sic suo modo de solutiuis, & sic operare circa confortationem stomachi, hepatis, &c. & quia ex datis exemplis iam patet modus procedendi in cura hac; idè, ut opus abbreviem; tibi onus relinquo de ponendo casum ipsum rubricę deseruientem. considera. & sis memor eorum, quæ dicta sunt de fricatione in de cura phlegmaticarũ in generali. & tu ibi oĩno.

ET CURA aquosi non multum differt ab hac: uerũ in diget minori caliditate, & siccitate respectu diætã, & minori incisione, & subtiliatione in digestionẽ, & faciliori pharmaco, ac fricationibus: & ita proportionabiliter de aliis. Habuisti simplicia supra. 5. cap.

Et ex compositis usualibus digestiuis Recip. mellis rosati colati ʒ. i. acetosi simplicis ʒ. ʒ. aquæ foeniculi, buglossæ ana ʒ. i. ʒ. & ex isto transeas ad fortius gradando, ut dictum est.

Magistrale. Recip. radicem asparagi, brusci, foeniculi ana ʒ. i. melissæ, buglossæ ana M. i. feminum anisi, foeniculi ana ʒ. i. ameos ʒ. ʒ. passularum ʒ. iiii. & cum quatuor libris aquæ fiat decoctio ad consumptionem medietatis. deinde cum libra una mellis, & ʒ. iiii. aceti fiat sy. in hyeme: in æstate cum zuccharo, & fac acetosius, & minus, ut uidebitur. & ualet hoc iam digesta materia: nam in principio fac cũ minus aperitiuis. unde uide conditiones digestiui in hac materia attendendas. 5. ca. supra.

Ex solutiuis habes pilulas, & alia allegato cap.

Ex magistralibus. Recip. pulueris hieræpicrę ʒ. ii. agarici, turbith ana ʒ. i. spicæ, zinziberis, salis gemmę ana grana. vi. Informentur cum oxymelle. & in hoc casu agaricus est medicina propria.

Ex confectiõibus conferunt confectiões, & electuaria in rubrica de phlegmate dulci posita, quę adhuc eleuabis in gradu caliditatis magis: quoniam phlegma uitreum est frigidius.

De alijs ex parte unctiõnum à proprietate &c. ut ibi.

De cura phlegmaticę periodicę ex phlegmate acetoso, & pontico. Rub. 6.

SI FUERIT à phlegmate acetoso, siue pontico; tũc diætã declinet ad calidum, & siccum: non tamen tantũ. quantum in uitreo: neque digestiua sint ita incisua, & subtiliatiua: neq; pharmaca ita fortia. sed se habeant sicut medium inter dulce, & uitreum conuenientia. unde oxymel simplex in hac in principio est conueniens. ubi in dulci datur sy. acetosus simplex. sed in uitreo acetosus compositus. & consimiliter de aquis, & de decoctionibus aperitiuis dicatur. & tu fabrica cum his, quæ in 5. cap. scripta sunt, ut tuo expedit proposito. dicatur, & fiat, ut in præcedenti rubrica actum est.

De cura phlegmaticę periodicę permixtę. Rub. 7.

ACCIDIT quandoq; ut phlegma sanguini commisceatur, & inde dulcius fit. quo casu diætã debet esse media in actiuis declinans ad siccum, & fricationes consimiliter mediæ: & ita de aliis respectu aliorũ ex parte digestionis commisce calida frigidis: subtiliatiua tamen, & incisua, sicut mel rosatum cum aceto simplici cũ aqua foeniculi, & aqua zucchari, & huiusmodi augẽdo plus de uno,

A quàm de alio secundum extimationem tuam maioris, aut minoris commixtionis: consimiliter ex parte solutiui, uel lenitiui. & de phlebotomia dicatur, quòd in hac uidetur conuenire, si cætera consentiunt, ut supra.

QUOD, SI fuerit permixtum melancholiæ; est diuersi modè procedendum secundum diuersam materierum adin uicem commixtionem. uerũ absolutè regimen totum debet declinare ad calidum: sed propter melancholiam in siccitate debet moderari plus, & minus, ut dictum est, secundũ maiorem, aut minorem comixtionem. & procede lenificãdo, ut supra digerendo, ut supra de debili ad forte procedẽdo, commiscendo semper, quæ utranq; materiam respiciãt: ut uerbi gratia, primò dabis oxymel simplex cum aqua buglossæ, & foeniculi: deinde oxymel compositum cum aqua scolopendriæ, & epithymi, aut decoctionis eius. & sic suo modo dicatur de solutiuis, lenitiuis, prouocatiuis sudoris, fricationibus, ut actum est.

Quidam ordinant restauratiua, confectiões, electuaria, & huiusmodi in huiusmodi febribus: quę omnia seruiunt stomacho, & uirtuti, & canoni, qui est alteratio: de quibus non feci mentionem in particulari: quoniam alio sunt inuenienda loco. tamen, si de eis aliquid dicerem; in particulari scriberẽ, ne fierem longus, & ab ægritudinibus comunibus deuiare uiderer. stude itaq; & talia secundum causas suas suo perquiras loco. secundum compõnem humoris, compone simplicia. unde ex usualibus digestiuis.

Recipe mellis rosati ʒ. i. acetosi simplicis ʒ. ʒ. aquæ zuccharatæ ʒ. i. aquæ foenic. ʒ. ii.

Ex solutiuis Recipe casisæ ʒ. i. turbith. ʒ. i. extrahatur cum decoctione tamarindorum, capil. ue. & passularum, & liquiritiæ.

Confectionem ordina. Recipe cinnamomi ʒ. ij. sandal. rub. ʒ. i. ʒ. margaritarum ʒ. ʒ. zucchari lib. i. fac cũ aqua buglossæ, boraginis, & foeniculi ana.

Electuariũ ordina. Recipe zucchari boraginati, manuscripti perlati iam dicti ana ʒ. ii. specierum electuarii de gemmis ʒ. ʒ. corallorum rub. ʒ. i. syr. de citro, quantum sufficit, & deaura.

C Ex trochiscis, & aliis ordina, ut de phlegmate salso. q. si permixtio fuerit ex phlegmate, & melancholia, ex qua oriatur quotidiana interpolata; tunc recurre ad digestiua, & solutiua melancholiæ phlegmaticę supra. 5. cap. & illa tibi optimè deseruient tuo proposito. uerũ in melancholia phlegmatica, & in phlegmatica ex phlegmate, cui admisceatur melancholia, prædominatur phlegma. & idè sis attentus in componendo.

Digestiuum usuale saltem in principio. Recipe oxymellis simplicis ʒ. i. ʒ. mellis rosa. colati ʒ. ʒ. aquę buglossę, aquę foeniculi, aquę zuccharatæ ana ʒ. i.

Ex solutiuis. Recipe pilularum indarum ʒ. ʒ. pilularum de turbith ʒ. i. incorporentur cum oxymelle simplici, & da usq; ad quinq;. Transferas te deinde ad syrupum fortiorẽ: ut si uis magistrale.

Recipe radicem quinque ana ʒ. ii. capil. ue. hyssopi ana ʒ. i. scolopendriæ, endiuie, cichoreæ, buglossæ ana ʒ. ii. ʒ. fiat decoctio, & in fi. adde epithymi ʒ. ii. ʒ. cola. deinde cũ zuccharo syrupiza, & aromatiza cum cinnamomo, & maxime æstate: hyeme uerò potes syr. cum melle facere.

D Solutiuum magistrale. Recipe liquiritiæ, passularum, capil. ue. polypodii, thymi, epithymi. fiat decoctio, cum qua extrahantur ʒ. vi. casisæ, aut mannæ, quibus addas agarici ʒ. i. turbith ʒ. i. ʒ. zinziberis ʒ. ʒ. salis gemmę gra. vi.

Ex confectiõibus conuenit. Recipe specierum diamusci dulcis ʒ. i. ʒ. specierum diarhodon abbatis ʒ. i. specierũ electuarii de gemmis ʒ. ii. zucchari ʒ. x. fiat cum aqua foeniculi, buglossæ ana.

Electuarium. v3. de gemmis. Recipe zucchari buglossati, boraginati ana ʒ. iiii. specierum confectiõis de gemmis, uel diamusci, uel aromatici ro. ʒ. i. ʒ. diarhodõ abbatis ʒ. ʒ. deaura &c. ut supra.

Ex trochiscis, & aliis fac, ut supra.

Et hic aduerte ut supra commixtionem phlegmatis cũ melancholia maiorem, aut minorem, secundum quam uarietate oportet te uario modo componere addendo ex ape-

ritiuis magis, & minus, ut ipsa exigit dispositio. considera.

De cura phlegmaticæ cōtinuæ, quæ latica dicitur. Rub. 8.

QUOTIDIANA cōtinua est febris cōtinua à phlegmate ad intra uenas putrescente causata. cuius est ægrum omni die magis affligere secundum naturā humoris propriam. & dicitur continua ad differentiam interpolatā. & diuiditur hæc, ut interpolata in ueram. s. quæ ex phlegmate naturali putrefacto est: & in non ueram, siue notham, quæ. s. ex phlegmate prouenit non naturali. & hæc recipit diuisionem secundum species phlegmatis non naturalis: ut aliqua sit continua de phlegmate falso: alia de uitreo: & sic de aliis. & utraq; longa est, sed longior est interpolata: quoniam uirtutem minus grauat, siue molestat. ex quibus patet, quòd ab eisdem proueniunt causis. & consueuit apparere febris continua phlegmatica longi spacii, & afflictionis, & uniformis continuitatis caloris febrilis multum absconsa, & latens. propter hoc latica appellatur: nā ipsa est continuè affligens, ut hectica lenta, & occulta in sui afflictione, ut hectica, & cum tali continua afflictione corpus calefacit, & exiccat, & arefacit propter defectum digestionis. unde medici non raro hæsitant de esse eius, an. s. hectica sit, uel non.

Differt tamen ab hectica; quia in hectica pulsus est subtilis, durus, strictus, & siccus: sed in latica est mollis cum quadam latitudine. item hectica quasi semper è unius tenoris; licet post assumptum cibum aliquantulum inflammetur: latica semper in principio noctis siue cibum assumpserit, siue nō. item circa mediam noctem magis inflammatur. & sic de aliis signis, de quibus infra. nam in hectica pellis est arida, rugosa, & aspera: in latica uerò mollis absq; asperitate. & quidā dicunt, quòd latica est nomen arabicum idem importans, quòd continuā phlegmatica.

SIGNA demonstratiua. Et ueniēs ad signa propria eius dico cum Auic. quòd signa periodicæ iam potentia ex parte urinae, egestionis, tactus, coloris, & huiusmodi pro magna sui parte apparent in continua. dicitur pro magna sui parte: quoniam hæc non dimittit, nec falsam habet quietē, ut periodica. unde continuè affligit; & circa occasum solis plus affligit. sed differt à conclusa, quæ saltem manifestè affligit uniformiter: à continua uerò proportionali; quia hæc declinat manifestè, & exacerbationem manifestam habet, ut sua cholericæ interpolata.

Secundum signum Auic. & apud inceptionem eius fiunt rigor, frigus, & horripilatio. i. in primis paroxysmis principii uniuersalis accidunt hæc, & positiuè; quia eo tempore materia est frigida, & communicat, cum mouetur, frigiditatem suam membris sensibilibus. uerum in processu remittitur propter ipsam materiam accendi, & caleferi ita, ut cū appropinquat statui; aut paruus, aut nullus est typus rigoris. contrarium autem est in periodica: quoniam, ut supra quantò materia plus calefit, & subtiliatur, tantò plus acuitur, & uelocius supra membra sensibilia spargitur. uel apud inceptionem. i. in principio apparent hi typi: sed remissi; quia priuatiuè ex retractione caloris ad intra, & continuè minuitur: contrarium in interpolatis. unde uidebis in processu febrem ipsam absq; aliquo typo frigoris ægrum sola caliditate plus molestare.

Tertium, quoniam rigor, tepiditas, & remissio caloris qui fit in periodica sex horis, quæ remissio dicta est supra falsa quies. est & in continua tantum. i. circa illud spacium; quia paulò plus. s. aut paulò minus, & est superans, scilicet calor continuè, qui reperitur in illa tepiditate caliditatis periodicæ: nam, ut subdit, in illa tepiditate sua, siue phlegma quiete periodica nō euacuatur à residuo. s. caloris; quia est cum calore remissiori, supple, quàm sit continua. propter quod est sicut occultum non apprens, ut est calor cōtinuæ. & ista est uera, & experimentalis expositio. in principio autem periodicæ, ut experientia notat, typus est longior ualde, quàm in continua: nam in continua nullus, uel paruus est typus in principio: sed apparet quadam leuis extremorum, & maximè pedum frigiditas: similiter nasi, & aurium, quæ est priuatiua, & non positiua, ut in periodica. aliquando etiam extremitates digitorum manuum frigescent.

E & ideò dixit Gilbertus, quòd continua phlegmatica facit motum in horis phlegmatis sine typo. & Guiel. dixit ab rigore. dicitur, quòd proprium continuarum est non horre-re. & tu ipsum considera.

Præter hæc signa, quæ ab Auic. in proprio posita sunt ca. ab aliis alia signa ponuntur. unde urina in hac diuersimodè se habet ita, ut quandoque appareat subtilis, alba, et alia die ruffa, grossa cum multa residentia. unde, ut Gulielmus, in latica urina in principio est discolorata spissa, & quodammodo liuida. in augmento autem, & statu fit colorata ruffa, & spissa. & in hoc differt ab hectica: quoniam in hectica urina est semper unius tenoris in colore, & substantia.

A substantialiter inhærentibus: quoniam patiens sentit notabilem caliditatem; sed, cum tangitur percipitur caliditas rorida.

A qualitate mutata cutis mollis ad tactū &c. ut de periodica, facies tumida, & huiusmodi, ut supra.

Ab actione læsa. pulsus est latus, mollis, tardus, inæqualis: quia. s. quandoq; debilis, quandoque fortis: sitis modica, aut nulla, nisi ex phlegmate falso fuerit, grauitas capitis, stu-por: nam sicut grauitas est signum cholerae, & taciturnitas melancholice; ita stupor phlegmatis, & ita de aliis, ut in periodica. & ista signa sunt magis de ipsa à phlegmate naturali proueniente. quòd, si fuerit à phlegmate nō naturali; prædicta signa applicentur specialibus suis cum aliis signis supra positis de eis addendo, & minuendo per tactum maioris, aut minoris caliditatis.

PROGNOSTICA autem dicatur, quòd periculosior est cōtinua aliis paribus, quàm periodica. & ideò adapta te illis in prognosticando, quæ de periodica dicta fuere.

De continua phlegmatica ex phlegmate falso causon dicta iam actum est: uerum Raf. hæc febris perducit ad hydro-pem hypofarcam. & ideò, cum uideris incipere corruptionem formæ; tunc succurre cum illis, quæ de cura hydropicis. dixit Raf. in diuisionibus, quòd in eleuatione huius febris. i. in augmento, uel statu accidit quandoque bursen frigidum, & lithargia.

CANONES. Primus, quòd cura huius est sicut cura periodicæ Auic. & dixit sicut; quia non est omnimoda similitudo: nam differt ab ea primò; quoniam, si non sit repletio; cōpetit à principio diata grossior gradatim procedendo ad subtiliationem usq; ad declinationem exclusiuè: debet tamen absolutè esse subtilior interpolatæ. sed non tamè multum subtilis: quia morbus est longus. secundò, quoniam in continua incisua, & subtiliantia conueniunt fortiora procedendo de debili ad fortius ut supra. unde minorata materia, & iam manifestè digesta cōueniunt cappareas, & huiusmodi. & dictum est minorata: quoniam ante talia sunt suspecta, ut dictum est. tertio, quia in continua minus calida conueniunt ex parte diatæ, & regiminis medicinalis, & cōsimiliter minus sicca. & ut Auic. oportet, ut præparentur cibi eorum in obseruatione temporum, & diuersitatis eius. s. secundum suas species, & in fortitudine uirtutis, & debilitate dando. s. in ea etiam uinum lymphatum, tamen si expedit ut supra. quòd, si timeatur debilitas capitis; ab eo si potes abstine, & loco eius bibat aquam mellis, & nō nisi post apparentiam digestionis, ut supra. non utaris brodio cicerum decoctione apii, & talium, nisi prius apparuerit digestio. et tu commisce frigida cū calidis, et altera cibos, carnes, et huiusmodi, cum expedit, cū lactucis, spinachiis, acetosis, agresta, & huiusmodi, ut uidebitur. sed hic aduerte dictum Raf. 18. continentis, quòd curatio huius febris cum humidis prolongat ipsam. & iterum inquit. Caue ab aqua frigida: ingrossat enim materiam. quapropter prolongatur febris. & cum uides ægritudinem minui; ingrossa regimè. item, si apparet uomitus, quòd est raro; fac ut supra de eo.

De lenificatione, & alteratione agatur ut supra de digestionem. procede de debili ad forte, & fortius: ut uerbi gratia, à syr. aceto. simplici ad acetosum compositum: & tertio ad oxymel compositum dando aquas aperitiuas procedendo de debili ad forte. & sic de prouocatiuis, & euacuariuis suo modo fiat.

De phlebotomia autem dicatur, quòd absolute aliis paribus plus conuenit in continua, quàm interpolata: quoniam

materia

materia est ad intra uenas comprehensa . & est canon Aui. de cura quartanæ continuæ, ut infra suo loco . & tu ibi, ubi latius de hoc. & eò magis competit, qm febris est ex phlegmate dulci, & in ea magis consulitur cæteris consentientibus. quidam, ut Rogerius etiam in ea, quæ ex phlegmate naturali facit phlebotomiam cum largo foramine, & maximè in corpore carnosio pleno. quidam, ut Gulielmus se fundantes super dictum Aui. allegatum: quia materia est apprehensa ad intra uenas; consentiunt in omni, continua phlebotomiam. & tu considera. & pro istis facit autoritas Gale. 1. 1. therap. 1. 5. cap. inquit. Optimum est uenam incidere non solum in synochis; sed etiam in aliis febribus, quæ de humorum sunt putredine: nam, si in periodicis, quid in his, quarum materia est ad intra uenas apprehensa . & est sententia Oribasi in principio suæ practicæ. & nota, quòd tua intentio secundum magnam partem debet esse in confortando stomachum, & appetitum, ne deficiat . unde Rasis dat zuccharum rosatum, & trochiscos.

De febre empiala, siue empialos, siue epiala dicta. Rub. 9.

FEBRIS empiala, uel empialos est febris phlegmatica, ut quasi semper interpolata à phlegmate uitreo in locis profundis, & occultis à corde remotis putrefacto ut plurimum proueniens. cuius est, facere secundum processum febris patientem secundum eius propriam significationem simul sentire frigiditatem in interioribus, & in exterioribus caliditatem. & dicitur empiala ab epi, quod est supra, & aliquod est aliud: ut quia unum sit supra aliud. scilicet caliditas supra frigiditatem: nam rationale est, ut calor supereminet. dicitur febris phlegmatica; quoniam ipsa uerè est phlegmatica: nam liparia ut in sequenti rub. est magis reducibilis quam dicenda sit uerè phlegmatica. dicitur ut quasi: nam, licet imaginabile sit ipsam posse inueniri continuam; tamen ab authoribus numeratur inter interpolatas. unde Serap. hæc febris non est continua: sed interpolata durans tribus, uel quatuor periodis. idem expressit Ferrarius. pro ratione adducitur, quod cum loca uenarum, & arteriarum calida sint; non uidetur in eis posse congregari phlegma paulatinè tantæ frigiditatis: sed bene in locis profundis occultis à corde remotis; ut sunt intestina, stomachus, uenæ profundæ musculorum, musculi uentris, dorsi, coxarum, pedes, manus, & huiusmodi. dicitur putrefacta; quoniam ex parte, qua putrefit, febrè facit: & ex parte, qua non putrefit, facit frigus. unde uult Aui. quod phlegma uitreum existens in interioribus propter resistantiam, quam facit sua grossitas, ac uiscositas, & frigiditate calori putrefacienti resistit ita, ut non putrefiat semel se totam: sed putrefit primò secundum aliquam paruum partem eius, à qua eleuantur uapores putridi sufficientes tamen cor inflammare, & exteriora calefacere, & non interiora: quoniam partes frigida, quæ non sunt adhuc putrefactæ, resistunt: cum sint & quantitate, & qualitate uincentes. unde existimandum est tales partes à caliditate putredinali adhuc aliquantulum caleferi, sed remissæ ualde. cum itaq; sic calefactæ moueantur, & occurrant partibus, quas de nouo attingunt; in eis frigiditatem causant, sicut cum spargitur remissè calidum supra membrum multum calefactum, ut est uide re de urina mingentis in balneo, tertio de simplici medicina. item ad hoc concurrunt motus illarum partium phlegmatis fortius imprimendum in partes, quibus prius erant adherentes in eis propter assuetudinem nullam causantes frigiditatem, sicut est uidere, quando quis tenuit pedes in aqua calida longo tempore; nullam, uel quasi nullam sentit caliditatem. cum autem aqua agitur; caliditatem notabilè percipit. ex quibus apparet declaratio descriptionis excepta illa parte semel eius propriam, quod additum fuit: quoniam aliquando empiala accipitur pro febre, in qua semel eundem locum simul sentitur calor, & frigus, ut de ea infra. & sic hoc nomine usus est Gal. 2. de differentiis febrium, & in libello de malitia complexionis, & Haliabbas. viii. thera. & 18. continentis. 3. c. sed non est ita propria eius significatio, ut prædicta. & ista est tertia febris iter lipariæ, & empialæ, cui Aui. nomè non imposuit ab Haliabbate lusura dicta. Sed existimo Aui. per extrema nos faciliter medium intelligere debere. & tu considera.

A ET EX HIS omnibus patet modus generationis eius, & causa eius: nam omne multiplicatum phlegmatis frigidissimi est, uel esse potest causa eius factiua, ut supra in principio capituli. & tu ibi. & de liparia, & de ipsa simul tales ponuntur uersus.

In empiala frigescent interiora.

Exteriora calent liparia uertitur illi. & dictum est secundum processum febris, ut statim in de signis.

SIGNA demonstratiua sunt eadem, quæ prædicta sunt Aui. scilicet de phlegmatica interpolata ex phlegmate uitreo proueniente, ex qua expositione, & est Gentilis, habetur, quod ipsa sit periodica. urina est frigida cruda; quia minoris caliditatis, quam in aliis sui generis: quia in aliis phlegmaticis periodicis propter phlegma esse frigidius, & interiora plus frigefacere. & ideò est discolorata magis, & tenuis, & maximè in principio ut supra de phlegmate uitreo, & de egestionibus, & aliis, ut supra.

A substantialiter inhaerentibus; quoniam ad tactum exteriora calent, & ad intra pro tunc patiens sentit frigiditatem. & hic aduerte, quod hoc signum habet ueritatem maximè in augmento, statu, & declinatione: nam in principio ex reuocatione caloris frigescent exteriora, ut in cæteris phlegmaticis de phlegmate uitreo. sed in aliis temporibus in processu semper apparet similis caliditas in exterioribus, & frigiditas in interioribus, & caliditas hæc est remissa multum; quia à frigidissimo humore resoluta. & hic calor maximè percipit in uolis manuum, & plantis pedum.

A qualitate mutata: ut de eo supra.

Ab actione læsa. pulsus est tardus, & rarus in comparatione ad pulsum aliarum phlegmaticarum: cum quo tamè stat, quod sit absolute uelox, & frequens etiam respectu sui sani: hoc facit paroxysmum omni die ut aliæ phlegmaticæ. & hoc est uerum secundum plurimum: nam contingit aliquando, quod conuertitur ad quartanam, uel tertianam. i. seruat periodum quartanæ, uel tertianæ: & hoc ideò, quia materia est pauca, & inepta inflammationi. & ideò non nisi quandoque in longo tempore putrefit. quare propter has duas causas paroxysmum causat tardior. unde quandoque tardat plus: quandoque minus: & ideò ut supra, qui iudicat tertianam per paroxysmum, errat. Aui. de signis tertianæ. paroxysmus autem eius durat, ut Aui. quandoque quatuor horis: quandoque. xxiiii. quandoque ante illud secundum maiorem, & minorem materiei multitudinem: nam hæc materia non reperitur ut plurimum cum magna quantitate. quidam exponunt ex quatuor horis; quia stat patiens cum frigiditate quatuor horis, antequam caliditatem sentiat, deinde exit caliditas, & durat usque ad. xxiiii. horas: & aliquando finitur ante. primus modus melior.

PROGNOSTICA, Serap. feb. hæc non permanet multum: fortassis. n. moratur. 20. diebus, & fortasse addit super illud parum, aut minuitur parum: omnis. n. febris phlegmatica affociatur corruptioni, & debilitati oris stomachi, quæ non excusatur. & illud est de illis, quæ attrahunt accidētia mala ex syncope, pulsu cordis, & casu appetitus, prima quarti de his in quibus differunt, & conueniunt febres putredinis. & ideò esto sollicitus; quia ex ea mala præcipuè accidunt nocuenta, & inter cætera maximè stomachum debilitat, præcipuè cum materia in stō colligetur, cui omnino sollicitus esto.

CANONES. Primus, quod cura eius sit sicut cura quotidiana de phlegmate uitreo, uel sicut cura nothæ: quoniam in ista seruari debent hi canones omnino, & secundum eundem ordinem, ut de cura phlegmaticæ in generali dictum est.

Secundus, quod in hac fortiora conueniunt ex parte digestiuorum, solutiuorum, lenientium, prouocantium, & hmōi.

Tertius, quod ista debent in ea frequētari maximè lenitio, & materiei digestio, & debet fieri gradatio ad fortiora. & in hac fiat uomitus cum canonibus, ut allegato loco. item attendat confortationi stomachi super oīa cum administratis itus, & extra. & credo, quod balneum factum ex aqua decoctionis eupatorii, foeniculi, marathri, & horum aperientium, in declinatione uniuersali expeditis uniuersalibus. costante uirtute esse conueniens multum. considera. & Aui. in eius cura multum laudat clysteria acuta, in quibus ponitur medulla carthami, centaurea minor, anethum, chamæmilla, tribulus, melilotum, almuri, & mel. & tu ordina inspecta complexionem, & se, sen-

re, sensibilitate intestinorum, & huiusmodi, & præcipue conuenit iam minorata materia, & digesta. unde, ut supra procedendo de debili ad forte. sed, ut dictum est, absolute cæteris paribus in cura huiusmodi fortioribus utendum est.

Digestiua simplicia sunt secundum ipsius phlegmatis speciem, de quibus. 5. cap.

Ex usualibus saltem in principio. Reci. oxymellis simplicis ʒ. i. ʒ. & quia in hac febre multum nocetur os stomachi, ut Aui. adde cum ipso rob. agrestæ ʒ. ʒ. uel similiter, ut placet, aquæ buglossæ, foeniculi absinthii ana ʒ. i. & aromatiza cum cinnamomo. & oportet te gradare de debili ad forte ut supra.

Ex solutiuis conueniunt, quæ in phlegmate uitreo iam dicta sunt, & ut supra. 4. cap. & quia consuevit hoc phlegma descendere ad intestina; fac clysteria fortia, ut supra, & in his sollicita. uerum, quia Aui. laudat unum solutiuum; uolo tibi hoc loco distinguere.

Reci. myrobalanorum citrinorum, & nigrorum ana ʒ. i. turbith ʒ. ʒ. zinziberis ʒ. ʒ. infunde in oxymelle simplici per decem horas. deinde addas aquæ lactis caprarum ʒ. iii. & parum calefiant. deinde fiat fortis expressior, & addas mannæ, uel cassiæ ʒ. vi. & tribuè: & hoc maxime ubi comprehendes aliquid esse melancholiæ, & dubitas de conuersione ad quartanam.

Quod si ex permixtione cholerae proueniret, quod comprehendes per signa eius; quia de tertio in tertium magis affligit, & huiusmodi: tunc ea tribuè, quæ in de cura tertianæ de cholera uitellina dicta sunt. & pariformiter procedas in liparia; si ex phlegmate fuerit uitreo.

Quod si ex cholera uitellina, etiam dictum est, & de frictionibus, & aliis, ut allegatis locis; uerum post euacuationes conueniunt in his theriaca, diambra, diamuscus dulcis, electuarium de gemmis, & huiusmodi.

De liparia, seu lipiria. Rub. 10.

FEBRIS Liparia est febris secundum plurimum phlegmatica, ut quasi semper interpolata à phlegmate uitreo in locis profundis à corde remotis putrefacto ut plurimum proueniens. cuius est facere patientem secundum processum ipsius febris coadiuuante phlegmate in exterioribus existere simul sentire caliditatem in interioribus, & in exterioribus frigiditatem. pp quod dictum fuit in præcedenti rubrica, quod liparia est contrario empialæ. & dicitur à liparos græcè, latine pingue: nã, sicut uidemus in estate corpora pingua in exterioribus, & intus multum calida; ita accidit febrientibus hac febre. & est problema Arist. viii. problematù. viii. problemate. propter quid pinguis. & hic nota, quod hic terminus uarijs uario sumit modo. & non sicut Aui. hic, ut Isaac. 5. febrium: sed omittatur pro nunc, & stemus cum Aui. dicitur secundum plurimum: quoniam ut Auic. quandoq; est cholericæ ex cholera grossa ualde: sed est raro, quod ad tantam cholera deueniat grossitiam, quæ requiritur in generatione eius, ut infra patebit. & modus generationis ab ea statim dicitur expeditis aliis particulis. quidam, ut Rogerius etiam à melancholia grossa fieri posse dixit: & filius Mesuè, à phlegmate, & melancholia simul, dicitur ut quasi semper cum reliquis, ut in empiala cuius &c. secundum processum: quoniam in aliis phlegmaticis, in quibus in principio sentitur calor in interioribus. & pro tunc adhuc est frigiditas in exterioribus, & maxime cum fit processus ad augmentum: & tamen pro tunc non est liparia dicenda. considera. dicitur simul: unde nota modum generationis eius primò, cum est phlegmatica: nam cum phlegma uitreum putret ad intra secundum partem eius paruam uehementi putrore ita, ut pars illa sic putrefacta uehementer propter caliditatem fortem subtilietur subtiliatione, qua uapores eius possint ad cutim peruenire, & ad membra exteriora; tunc fit empiala, ut supra.

Quando autem talis materia putrefit secundum se totam non à forti calore, sed debili ita, quod ipsius nulla, uel quasi nulla pars eius uaporosa sufficienter igniatur ignitione, quæ ualeat cum tali caliditate ad exteriora peruenire; tunc accidit, ut pars intrinseca calefiat, & locus, in quo est illa

E materia sic putrefacta, & exteriora frigent continuè reuocato calore propter præsentiam humoris crudi, & uitrei in interioribus: item quia accidit, quod uapor cum caliditate debili ab ea materia eleuatur, antequam ad cutim perueniat, & ad membra exteriora caliditas illa debilis euanescit, seu ualde remittitur. unde deinde membris occurrens ipsa infrigidat: quemadmodum contingit materiam calidam infrigidari à uaporibus aquæ debiliter calidæ eleuatis. & potest hoc contingere à uapore partis putrefactæ, & non putrefactæ eleuato. tertio contingit pro tunc phlegmata multa cruda mucillaginosa, uel uitrea in exterioribus inueniri, quæ stant sic quieta ante aduentum febris, & cum superuenit calore, & spiritibus ad intra retractis, mouentur & illa phlegmata. unde occurrunt partibus, quibus prius non occurrebant, & sic frigiditatem in illis causant. istæ sunt possibilitates, quæ ut modo Gentilis non sunt negandæ. ex quibus apparet differentia inter ipsam, & empialam: nam in empiala minor pars materiæ motæ ad faciendam febrem putrefit: & lipariæ maior, imo quasi tota. secundò quoniam caliditas putredinalis in empiala est fortior, & magis ignea: in liparia autem remissa. quidam moderni sequentes Isaac dicunt ipsam causari; quoniam pars materiæ mouetur ad exteriora non putrefacta: & illam frigiditatem in exterioribus causat. pars autem ad intra putrefacta febrem causans calefacit interiora. dixi, quod possibilitates istæ non sunt negandæ. & sicut dictum est de phlegmate; ita dicatur de melancholia, quæ sua grossitie consimiliter eam facere potest.

Modus autem generationis eius ex cholera grossa est proportionalis dicto de phlegmate; ut quod cholera grossa sit pauca, & in interioribus putrefiat, & ab ea non eleuatur uapor subtilis calidus. & consimiliter dicatur de frigiditate in exterioribus, quod accidit ex causis iam dictis. & hæc speciem uocauit Aui. caburos. & tu considera pro declaratione, quod sicut carbo ignitus comburit, & calefacit, & tamen ab eo non eleuatur uapor; ita potest de humore contingere. & tu benè considera hoc exemplum.

G Et circa istas causas cadunt speculationes: ut quomodo separatur ab eadem materia uapor calidus uadens ad cor, & frigidus ueniens ad exteriora, quis est sic separans, & multa alia de his uaporibus, quæ speculatoribus relinquo. & tu illa considera. item quomodo erit hæc febris cum calor non procedat in totum corpus: ite cum non perueniat ad manus, manus non febricit. qua ergo operatione læditur?

Ad primum respondet Aui. in litera quod definitio debet suppleri, nisi impediatur, sicut cum dicimus definiendo aquam, quod est frigida, & humida: hoc est in sui natura. si non impediatur.

Ad secundum pro nunc dicas, quod manus febricit per communitatem à corde; quia. si cor febricit, cuius temperantiam præsupponit, si sana esse debet. considera. ex quibus patent descriptio, & causæ eius factiuræ.

SIGNA demonstratiua ab exeuntibus. urina in hac, ut Isaac, est crudissima, & minus tincta, quam in phlegmatica non uera, siue amphimerina dicta: uerum, cum est ex cholera; est magis tincta. quod si fuerit à melancholia; erit fusca: si ex phlegmate, & melancholia simul; erit ut urina in quartana de phlegmate, ut in sequenti cap. & accidit eam colorari propter calorem in uisceribus conclusum. & proportionabiliter dicatur de aliis egestionibus.

H A substantialiter inhærentibus dictum est, quomodo exteriora frigent. sed pro tunc interiora calent, ut in causone: & hoc secundum iudicium egrotantis, ut dicit Rasis propter forte incedium, quod percipitur in interioribus. cuius causa est; quia fumus calidus resolutus non potens exire per poros exteriores retro ingreditur ad interiora. & sic inflammat ea dato, quod in sui natura non sit multum calidus. & tu considera benè hunc sermonem.

A qualitate mutata; quia facies liuida: & ita de aliis signis phlegmatis uitrei. quod si fuerit à cholera grossa; secus erit. & tu ex datis illa signa considera, & fabrica.

Ab actione læsa. pulsus debilis, & paruus plusquam in amphimerina: uelox tamen est, & spissus, & adhuc plus in cholericæ, & in utraque est diuersus. & dixit Rasis. 18. continentis

inentis. Febris liparia est cum subeth uehementi, frigiditate frontis, & tibiaram, & manuum, & pedum, & calefactione uentris, & pectoris & hi desiderant aerem frigidum, & constipantur uentres eorum, & urina est tenuis. hæc febris periodicat secundum plurimum omni die. & dicitur secundum plurimum: quoniam aliquando de tertio in tertium: quædoq; de quarto in quartum, & maximè melancholica: & sic de alijs periodicat, ut de empiala dicebatur. & sentitur in principio aduentus eius fractio quædam in membris, oscitationes, alices, & huiusmodi ut supra de phlegmatica ab humore uitreo proueniente.

PROGNOSTICA. Hæc febris est longioris spacii, quam hemitritæus. i. paroxysmus unus hemitritæi est breuior, quam paroxysmus unus lipariæ, & maximè phlegmaticæ: nam secundum plurimum liparia est breuioris spacii, quam hemitritæus, quo. s. ad totum tempus durationis ægritudinis. Gal. 4. aphor. in commen. illo in non deficientibus febribus ponit quendam modum lipariæ satis alienum dicēs, quod ipsa extenditur ad febres perniciosorum apostematū interiorum membrorum, phlegmonum. s. erysipelatum: in illis. n. febribus caliditas multa percipitur in interioribus, & in exterioribus fortis frigiditas ex forti reuocatione caloris ad locum apostematis: hæc tamen febres improprie lipariæ dicuntur. & est dictum Raf. 18. continentis, ut Gal. allegato loco. unde ait. Liparia est ex febribus adurentibus pessimis, & periculosis. & idè est deterior empiala. & ut Raf. allegato loco, est similis caufoni. & idè est citioris curæ, quam empiala: licet utriusq; cura sit prolixa. & hoc totū nota propter descriptionem. & tu considera.

CANONES. Cura est una in hac, & in empiala, maximè in ea, quæ est ex phlegmate: nam quæ ex cholera est, reducatur ad curam cholericæ: & similiter quæ ex melancholia, ad curam melancholicæ.

Secundus canon, quod cauere debes in cura huius, quando est ex cholera ab usu multæ caliditatis: & hoc propter caliditatem cholericæ, & ipsius calorem esse in interioribus conclusum.

Tertius & est Serapionis, quod tã ex parte diætæ, quam ex parte potionum debemus ad intra administrare ea, quæ sunt minoris caliditatis respectu illorū, quæ in empiala exhibentur: è conuerso uerò ex parte eorum, quæ ad extra applicantur fieri debet. sed dicēs, Auic. inquit. Regimen lipariæ indiget subtilitate plus, quam regimen alterius: dicendum, ut quidam, quod sensus Auic. est, quod plus considerare debet medicus in approximatione subtiliantium in liparia, quam in empiala; quia calor est ad intra clausus, etiam quia fortasse erit à cholera: & sic in eorum administratione maior potest contingere error, quam in empiala, & dirigitur sic litera. plus. s. considerationis debet habere medicus. in exterioribus autem est contrà, ut patet: nam sic resolutiua, & quæ intensioris sunt caliditatis, ad extra in liparia administrari securius possunt, ut patet consideranti. item sis memor gradationem facere in digestiuis, solutiuis, & huiusmodi, in confortatione stomachi præcipuè, & aliorum membrorum, ut supra de empiala, & ut supra de empiala dixit Rogerius, quod præcedentibus euacuationibus, quia in fine factis. s. pluribus conuenit stupha, siue balneū ex herbis calidis, ut supra. exeunti detur aurea, aut theriaca, aut mithridatum ad consumptionem residui, ut dictum est, & dimittatur sudare. & post sudorem abstergetur, & inungatur spina, stomachus, renes, brachia, tibiz unguento calido. tu itaq; ex habitis operare reducendo te ad ea, quæ de empiala, & ad loca supra, quia ad tertium, & quartum c. considera.

Postremò scito, quod reperitur species eius antanus uocata. 18. continentis, in qua color patientis eam est similis coloris icterorum. & accidit in ista sudor multus grossus croceus, & siccitas linguæ, nigredo, uehementia sitis, ponderositas frontis, & macilentia corporis. & est de genere adurentium. considera.

De lisura & est febris inter has media. Rub. 11.

LISURA Est febris inter empialam, & lipariam per participationem media ex phlegmate uitreo ad intra, & ad extra putrefacto proueniens, cuius est face-

A re sentire patientem secundum eundem locum tam in interioribus, quam in exterioribus frigiditatem simul, & caliditatem. pro cuius intellectu imaginare, quod duæ materiæ uitreæ una in interioribus, & alia in exterioribus moueantur ad putredinem; ut in empiala. & non sunt magni nocuementi ita, quod propter hoc necessarium non sit calorem, & spiritus retrahi ad intra. & tunc apparet, quod ex motu earum antequam putreant, partibus, quibus occurrent, frigiditatem communicabunt. & cū pars earum à colore putredinali putrefiet; tunc eleuabitur uapor putredinalis, qui erit causa feb. qui occurrens partibus extrinsecis iam prius infrigidatis ipsas calefaciet. similiter continget de materia quæ est in exterioribus: quoniam uapor putridus ab ea eleuatus mouebitur ad intra, & occurret partibus intrinsecis iam infrigidatis calefaciet: & sic apparebit secundum eundem locum calor, & frigus. & si dicatur contrà, caliditas occurrens frigiditatem remittet, aut remittetur: & sic in membro generabitur tepiditas: item duo contraria non possunt esse in eodem; loco dicendum cum communitate, quod impressio caliditatis, & frigiditatis non fit secundum eundem locum oino: neq; fieri potest, ut argumenta uidentur probare: sed sunt secundum partes. iii. quantitatis ualde propinquas ita, ut ex propinquitate decipiatur iudiciū, & existimatur, quod sint in eodem loco. aliq; sunt in materia disputationes, & responsiones subtiliores, quas philosophis relinquo: hoc autem medico satisfacit. huic autē febri Auic. nomen non imposuit: imo uisus est dubitare, an contingere possit propter argumenta adducta, & alia fortiora, quæ sunt in materia: & idè dixit. Si hæc febris fuerit, non erit, nisi sunt duæ materiæ & c. & Gal. tertio de simplici medicina uidetur reddere causam horum. Et dicit, quod accidit propter iuxta positionem humorum calidorum, & frigidorum secundum minimas partes ita, ut non sit dare aliquam partem formalem ita paruam, cui aduenit frigus, quin ad latus eius non sit pars formalis, siue sensibilis, cui accidit calor. ita quod iuxta minimas partes membri sensibilis est res calefaciens, & res infrigidans. & idè iudicatur, & exemplificat Gale. de gustu: ut, si quis miscebit mel, & absinthium, cū gustabit, sentiet simul, & non secundum eandem partem formalem dulce, & amarum: sed secundum diuersas. item si super homine à sole calefacto proiiceretur aqua frigida. considera. multi alij possunt imaginari modi: ut quod duæ materiæ moueantur: quarum una est cholera, quæ putrefiat, & phlegma, quod mouebitur, & non putrefiet. unde emittens uapores ad certas partes infrigidabit, & cholera putrefacta mittens ad alias illis propinquas calefaciet. item, si contingeret, ut phlegma uitreum intus, uel extra existens moueretur ad putredinem secundum medietatem eius, & quod uapor utriusq; partis moueretur per totum corpus. considera & fabrica & iam habuisti supra de empiala, quomodo humor uitreus putrefactus, scilicet remissa putredine infrigidat.

SIGNA demonstratiua. de signis eius dicatur, quod èt medio modo se habent respectu signorum extremorum: & similiter de prognosticis.

Idem dicatur de cura. & tu considera benè, cum tibi tales acciderent febres, quas credo tibi nunquam ante oculos uenire; quia existimo eas plus existimatiuas, quam de facto uenturas, propter quod existimo Auic. saltem de istis mediis sic leuiter transiisse. & idè ut supra dixit. si hæc febris. uel fortasse uoluit ex extremis nos media debere cognoscere. & tu considera.

De febre syncopali humorosa. Rub. 12.

FEBRIS syncopalis humorosa est febris, in cuius aduentu accidit syncopis à multitudine phlegmatis crudi in stomacho, uel uenis propinquis ei multiplicati, & putrefacti secundum plurimum contingens. & dicitur syncopalis ab accidente concomitante, & humorosa propter multitudinem humoris, à quo prouenit: & sic contrà distinguitur minuta, de qua in sequenti rubrica. & clarè dicitur modus generationis eius, & sic patebit descriptionis declaratio.

Accidit

Accidit quandoq; phlegma crudū aut uia indigestionis, aut usu mali regiminis; quia multiplicatiui talis phlegmatis, aut quomodolibet aliter in corpore multiplicati replendo & uenas, & arterias. unde grauando multum uirtutem ipsa non regulante putrefit, & febrem causat putridam: in cuius materiei motu accidit; ut ipsa moueatur ad os stomachi ipsum sua frigiditate, ac corruptione ledente, & sui multitudi ne suffocante caliditatem eius, corde etiam nocito à uaporibus malis per arterias ad ipsum transmissis, etiam qualitate aliquantulum uenenosa infectis, necnon & frigiditate materię, unde eorum uirtutes deficiunt: & sic syncopa cum ea causatur. & quanto plus putrefcit materia, tanto magis accidit syncopis: & ideo in statu multum syncopizant ita, ut deficere uideantur. & quia tanta repletio non uidetur ab alio humore fieri posse ut à phlegmate, & maxime raro cholera in tanta multiplicatur quantitate, ut talem faciat repletionem, & maxime in stomacho; hinc absolute multi uoluerunt eam phlegmaticam nominari debere. alij uolunt, quod & à cholera fieri possit: sed quicquid sit, tamen secundum plurimum à phlegmate est. & sic uoluit Aui. unde ait. Hęc febris fit propter phlegma ex frequenti nauzeatiua repletionali, & multitudine ciborum crudorum. subdit tamen. fit etiam ista febris syncopalis humorosa quandoq;, & in quibusdam horis ex cholera dominante grossa, & uiscellina multiplicata in uisceribus, quę ibi putrefit. & uomunt choleram, & sunt ei periodi phlegmatici secundum plurimum. & ideo considera. hęc feb. secundum plurimum est dispartita; quia interpolata: nam rarissime reperitur continua. & causa; quia natura male sustinet eam interpolatam; cum ab ea uincatur cum multis malis accidentibus, ut infra, quomodo sustinebit eam continuam? quod, si accidit, ipsa erit mortalis secundum plurimum & quidam dicunt, quod quandoq; est continua proportionalis quandoq; interpolata phlegmatica, uel cholericam nota: quandoq; composita ex quotidiana, & cholericam nota: quandoq; est ex speciebus hemitritę. istę sunt possibilitates non negandę, ut supra. itę est dispartita, siue separata ab aliis phlegmaticis; quia distans ab eis multum ex parte accidentium, & curę, ut infra apparebit suis locis.

SIGNA demonstratiua. hic non obseruatur ordo signorum: quoniam ipsa posita sunt supra secundum ordinem de phlegmate ex phlegmate crudo. & tu ibi. signa itaq; ponentur absque serie ab Aui. & aliis collecta; quia accidit circa occasum solis omni die. & in aduentu paroxysmi accidit syncopis: & cum mouetur patiens per lectum; syncopizant: imo & quandoq; cum eleuatur, ut comedat; syncopizant. & ego uidi tale & forte hoc intellexit Aui. cum dixit. Et quandoq; mouetur & incipit in putrefactione, & uincit uirtutem plus.

Urina apparet in principio discolorata, & spissa: & aliquando tenuis cum liuiditate occulta, uel manifesta propter caloris suffocationem.

Pulsus fit paruus, tardus, & rarus, & hoc in principio: quoniam materia in principio est multum cruda inepta calefactioni. & ideo ab ea pro tunc, cum ad putredinem mouetur eleuantur uapores frigidi, uel remissę caliditatis, quia sua multitudine ad cor peruenientes: qui ad ipsum perueniendum iuuatur sua uenenositate: cum de natura ueneni fit cor petere, ipsum cor infrigidant, & caliditatem eius suffocant: & sic sunt causa paruitatis, & tarditatis pulsus, & syncopa. deinde cum materia incipit putrefieri, & caliditate putredinali calefieri; cor calefit, ubi prius infrigidabat. & ex consequenti differentię pulsuum uariantur de paruo ad magnū, de tardo ad uelocē: & sic de alijs. & quanto magis calefit, tanto magis est systole maior, quā diastole propter multitudinem uaporum, ut patet intelligenti. & deficit pulsus horum quasi in omni alia pulsatione.

Et ipsa periodicat, ut phlegmatica: licet quandoq; accidat propter multitudinem materiei in eadē die pluries periodicare, & in omni periodo accidat syncopa: nam sicut empiata, ut dictum est, contingit propter paucitatem materię phlegmaticę motum facere de tertio in tertium: ita propter multitudinem potest anticipare, & accelerare paroxysmum quod si fuerit à cholera grossa; periodicabit secundum plurimum omni die propter suam multitudinem, & quidam uocant talem duplicem tertianam. & credo, quod ad motum

E eius quotidianum adiuuet multitudine phlegmatis choleram ingrossantis.

Facies eorum est cachectica, & corpus molle multitudine uaporum, & phlegmatis, uarietas in colore faciei propter ignam magnam uirtutis ad materiam; quia aliquando ita succumbit, ut calor uideatur extinguere, & labia nigra fieri: & aliquando subleuatur: & sic remouet color ille. quandoq; apparet liuidus, uel plumbeus, uel uiridis, uel citrinus. & accidit hęc colorum uarietas maxime in principijs paroxysmorum.

Oculi eorum sunt fusci uirides propter mortificationem caloris, sunt ut exeuntes propter multitudinem uaporum ad eos ascendentium apud uehementiam ægritudinis: & sunt sicut maniaci in aspectu, uel in motu, quia inquieti.

Item in eis multiplicatur multa uentositas grossa, quę extendit hypochondria, umbilicum, & eorum uiscera, & illa.

Item quandoq; per uiam indigestionis multiplicat phlegma acetosum, quod uomunt, & aliquando crudum mucillaginosum.

F Et quando cum tali febre coniungitur apostema uiscerum non est habenda spes: quoniam tantam malitiam uirtus sustinere non poterit.

De prognosticis autem dicetur statim in de cura.

CANONES. Antequam ad eam curandam accedas; scito, quod huius cura, & sequentis est difficillima, ut apparebit. & ideo cum timore, & prognosticatione eam aggredere: nam aut naturam relinques cum materia præliari, aut eam iuuabis cum arte. primū quidem suspectum nimis, aut propter multitudinem materię aptę ipsam suffocare, aut propter cruditatem eius magnam, quam uirtus sic defecta digerere non potest. sed periculosum ualde: quoniam tanta materiei multitudo indiget euacuatione, quam facies aut cum debili medicina, aut cum forti, aut cum media: nam hęc euacuatio est necessaria, ut Aui. quoniam, si non fiet; præfocabitur uirtus. si itaq; eam facies; aut facies illam cum medicina debili: & tunc cum materia sit cruda, & multa; illa non obediens medicinę tali: & tunc fiet commotio præfocatiua, & non educatio materię malę. si uero cum media; idem continget. si cum forti; quia. scilicet. aut cum medicina laboriosę educente, aut phlebotomia copiosa; tunc, cum natura non sustineat debilem motum eius materię: imo ad ipsam sequitur syncopa; quomodo sustinebit eius fortē motum absque uehementi periculo mortis? & ideo merito hęc febris dici potest febris hæsitatiua; in cuius. scilicet. cura multum hæsitant medici: & hoc propter causas iam assignatas. uerum accidit & alia contrarietas, quę est inter febrem, & ipsum accidens, & tu considera.

G Accidit secundum difficultas curę eius ex parte cibationis: nam ratione materię multę roridę indigent abstinentia à cibo, ut materia multa, & cruda digeratur. ratione uero sustentationis uirtutis indiget cibo multo: quoniam in talibus est abundantia multorum phlegmatum crudorum, & putrefactorum, & sanguinis mali non cedentium in nutrimentum. quare corpus alio indiget nutrimento. hæsitat itaq; medicus, an dare debeat, an non. si dabit; addet in materia diminuta. id est. quę iudicat de sui diminutione. & sic uidetur errare. si non dabit; cadet uirtus. ex quibus comprehendere, quod male hęc febris curatur. imo ut plurimum est mortalis, ut in dies experientia demonstrat. & ideo tu prognosticum tuum cautē, ac prudenter deponas. si uero sanguis non fuerit malus, nec sit corruptus, quin ad benignum reduci possit; tunc illa est minus mala, nec ita nutrimento priuatur mēbra propter bonitatem sanguinis apti conuerti in bonum nutrimentum, neque est pro tunc indigentia tanta cibi propter bonitatem sanguinis. sed Aui. loquebatur, ubi sanguis est multum corruptus. & Gal. 1. 2. the. locutus est, ubi sanguis non est ita corruptus. & quoniam aqua est in uisceribus. aliquibus. tunc non speratur omnino; quia ut si uirtus non potest tolerare simul nocuentum huius febris & apatis, neque uirtuti succurrere possumus pro cibum propter aqua dices itaq; quod si dū respōdeo certē, quod male: quoniam ut plurimum est mortalis. sed pur sequendo coram eius, & principaliter de ea, quę ex phlegmate fit, dicatur, quod hi sunt seruandi. Canones. Primus ordinatio diætę: secundus constāte uirtute est euacuatio gradata de debili ad fortē, ut si pluries. quod, si uirtus non fuerit fortis, succurrendum est cum fricationibus. ut dicetur obmissa eūone. tertius est digestio cum subtiliatiuis non calefacientibus. multum; ut aqua mellis cum decoctione hyssopi, & seminis

nis apij, nel ut sy. aceto. melius cum aqua calida in hyeme, & in æstate cum frigida: sed melius est eis, ut digestium sit calidum: quoniam sua actuali caliditate inuat. quartus euacuatio, ut supra fortior: quintus diuersio: sextus confortatio stomachi, prouocatio urinæ, ac sudoris: septimus correctio accidentium.

Pro primo eligatur aer in actiuis temperatus declinans ad siccum, & est orientalis bonus, & septentionalis aliquantulum calefactus arte, & sit clarus, & apertus maximè tempore uigiliarum, & si fuerit humidus nebulosus; arte corrigatur cum igne ex iuniperis, & cum suffumigiis odoriferis in confortationem uirtutis, ut supra de pestilentia. & maximè confortant hæc suffumigia parum antè, & in aduentu paroxysmi uel dum timetur aduentus syncopis. Aer excessiuè calidus, & excessiuè frigidus uitadus: primus quidem humores dissoluit, & currere facit ad pulmonem, ad cor, & huiusmodi membra, & periculosum est. secundus uerò prohibet digestionem, & oppilationem facit.

De cibo, & potu. Diæta in hac in principio debet esse subtilis propter repletionem, & in processu debet ingrossari contra commune regimen aliarum, in quibus in processu subtiliatur magis propter statum. & est modus, qui obseruatur in repletionibus, in quibus magis timemus casum uirtutis propter oppressionem, & suffocationem caloris, & propter aggrauationem, quam per uiam resolutionis. tu itaque incipe à diæta subtili usque ad dies tres consentiente uirtute deinde per alios tres uenias ad mediam: deinde procede cum grossa, & modera te secundum ætatem, consuetudinem, uirtutem, de quibus. 4. capi. & hic nota, quod apparente digestionem materiam poteris cum cibo admiscere aperitiua, ut radicem apij, petroselini, & hmoi. item dari poterunt cappare, & talia acetosa subtiliantia, & incidentia: & hoc apparente digestionem. cibetur ante paroxysmum per sex horas ad minus, & supra ipsum dormiat. super ipsum uerò, qui datur tempore syncopis, non dormiat ut infra. Potus habita intentione ad materiam, ad uirtutem, & etiam ad febrem, competit uinum album, clarum, subtile, odoriferum, non stypticum, sapore medium, quod moderare etiam secundum consuetudinem, ætatem, tempus anni: imo quia stomachus in hac multum leditur. 1. 2. therap. conceditur dulce, & lymphetur secundum uinositatem uini. item competit aqua hordei decocta cum melle, aut zuccharo ru. & maximè in primis quatuor diebus, & precipue cum confidis de uirtute.

Motus, & quies. Semper in lecto quiescant, non moueantur, neque ad assellam se eleuent, si possibile est, neque ad mingendum: quia motus parat ad syncopim, ut supra: sed omnia iacentes in lecto faciant. & in hoc stude, ut potes. neque hinc postponas canonem. & ingeniare, ut stantes in lecto superfluitates emittant: & semper, cum sunt in tali actu, facies aliquo odorifero aspergatur.

De somno, & uigilia. prohibeantur à somno omnino in ipsa syncopi, & etiam in tempore appropinquationis eius. hic Auic. dixit, ut supra de phlegmaticis, quod somnus debet esse æqualis uigiliis. ait. Ponatur medietas temporis eorum frictionibus, ut materia resoluatur maximè ipsa ante uitrea cruda, & medietas temporis eorum dormitioni, ut materia digeratur, & uirtus reficiatur.

Repletio, & inanitio. repletio uitanda est omnino. item ad saturitatem non comedat. inaniatur uenter cum collyrio ex melle, & sale facto. & cum à somno surgit, tenet expelle re superfluitates mucosas ex naribus. & ut dictum est, confortandi sunt, ut non surgat ad assellam, imo regendi sunt.

Animi accidentia. euitent excessiua, quæ habent uirtutem debilitare, aut humores inflammare, & ponere in motu; quia ex eo, ut supra accidit syncopis. dicunt quidam, quod moderata ira inuat. considera.

Pro secundo constate uirtute euacua: & hoc specialiter, quando natura ex se non mouetur: quoniam, si illic esset fluxus superfluus; aliter agendum, ut in. 7. cano. & primo secutum est suppositorium ex melle, & sale factum.

Quod, si de uirtute benè confidis; potes & uentrem lenire à superfluitatibus fecalibus mucosis cum clysteri ex bliti, caule, stib. chamæ. hordeo, & mercuriali facto cum sale, & oleo coi.

Quod, si materiam essent in stō, & educere uelles; nota pri-

A mō authorū nostrorum apparentem discordiam. Raf. 16. continentis in hoc cap. autoritate Alexandri inquit. Da in potu laxatiuum ad alleuiandum illud phæ, ut non aggrauet naturam. quod, si uideris ægrum corroborari super residuum; bonum: si non; da iterum ei laxatiuum. Gal. uerò. 1. 2. therap. uideatur contrariū opinari, cui & Aui. consentit. & rō, quia hi humores quiescentes syncopim faciunt; quia. scilicet. non habentes fortem motū. ergo multo magis moti forti pharmaco, aut debili. sæpe contingit hæc apprens discordia propter uarias authorum æstimationes: nam Alex. æstimauit, quod talis materia grossa, & uiscosa frictionibus educi non possit: sed indiget solutiuo, & quod uirtus esset fortis in tolerando eum. Gal. uerò, & Aui. arbitrati sunt contrariū: ut quod uirtus tolerare non debeat. & iō dixit Gal. alleg. loco. In nullo taliū sanguinis ablatio sine maximo assueuit fieri nocumēto. quidā uolentes conciliare inquit Alexandrū fuisse locutū, ubi phæ est benignū appropinquas sanguini. propter quod & dixit phlebotomiā fieri posse. Gal. uerò, & Auic. ubi phæ sit corruptū, ut supra. propter quod phlebotomiā negauit Gal. alij, quod Gal. & Auic. timuerunt casum uirtutis ex motu humorū. propter quod prohibent pharmacum. Alex. uerò, & Auer. plus timuerunt casum uirtutis, seu suffocationem eius ex multitudine. ideò ausi super pharmacū. considerā; quoniam hic esset locus speculationis, quam non dissoluit nisi experientia: & ideò magis expertis credendum. propter quod Alexandro uiro quippe expertissimo una cum Auer. adhæreo. item secutus principem constante uirtute primò lenias uentrem cum clysteri, ut supra est gradado ad fortius addendo aliud medullæ carthami, cassiæ, & hieræ picræ, & hmoi. quod, si de uirtute benè confidis; potes te transfere ad lenitiuum per os ex cassia, manna, & cum odore turbiti, aut agarici, & maximè in processu: & sic gradando in eius efficacia. & adhærentes Alexandro præsumunt supra pharmacum debile, supra uomitum, & supra phlebotomiā, supra quidem solutiuum forte, & debile, & supra uomitū, maximè quando uirtus est fortis, & materia est apta satis facilliter educi: supra phlebotomiā uerò, quoniam phæ est dulce, uel sanguini admixtū, si ex phlebotomia non cadit in syncopim.

C Tu itaque, si comprehendis materiam in stomacho contineri, quam existimas leuiter uomitu educi posse; tunc pro uoca ipsum cum oxymelle simplici, & aqua zucchari: deinde per quintum horæ immitte pennam ori, aut digitum, ut facilliter fiat. quod, si uidetur constare uirtus; potes fortificare cum aqua decoctionis raphani, & huiusmodi, ut sæpe in radicibus uniuersalibus.

Et ex solutiuis conueniunt pilulæ de hiera simplici, alexphanginæ, & hmoi, ut supra. 5. cap. ubi uerò non confidis de uirtute; solutiua dimitte, & attende suppositoriis. & si uidetur, etiam semper cum timore leuibus clysteriis.

Et sis sollicitus, ut Gal. de frictionibus; de quibus uidentur da sunt quinque. primum quid faciunt, siue operantur: secundum, quæ partes corporis sunt fricandæ: tertium, quales esse debent, debiles. scilicet. aut fortes: quartò cum quibus fiendæ sunt: quintò quanto tempore.

D Pro primo dicendum, quod excitant uirtutem, ne in syncopim succumbat, aut ipsam incurrat diuertendo materiam, ne ad cor uadat, seu fumum mittat. item materiam diminuunt ipsam subtiliando; quia calidum excitant, & iuuant ipsum ad ipsam subtiliandam, & ex consequenti sic ab eo facilliter resoluitur. item poros aperiunt, ut facillius transpirare possit, ipsamque calefacit, & sua sic frigiditate neque cor, neque os stomachi lædit, ut supra syncopim inducendo.

Pro secundo dicendum, quod primò crura, & coxæ fricandæ sunt trahendo ad inferiora causa melioris diuersionis: secundò transeundum est ad brachia, & manus incipiendo à spatula, trahendo uersus manum propter eandem causam: deinde procedatur ad collum, & ad spatulas non trahendo deorsum, ne materia uersus cor trahatur, & uersus os stomachi, quod est iuxta. xi. spondylæ: sed fiat fricatio lateralis uersus brachia: deinde fricet pectus, & lateraliter. scilicet. uersus brachia quibus finitis ad frictionem crurū, & coxarū redeamus.

Pro tertio dicatur, quod incipiendum à fortioribus propter materiam in principio esse frigidiorē, & grossiorem: deinde debent esse leuiores procedendo de leuioribus usque ad leuiores ad declinationem: nam in declinatione debent esse

magis leues iā excitato magis calore, & materia magis subtiliata. Aui. consentit eas usq; ad abrasionem cutis: sed nobis nostri, & delicati hoc non paterentur. & ideò tibi sufficiat, si fiant dolorosæ absq; cutis abrasione.

Pro quarto dicendum, quòd, ut Aui. debent fieri cum panno aspero. & hic nota, quòd utile, & pro honore artis est, ut talis pannis suffumigetur prius cum ligno aloë, musco, aut cinnamomo; & huiusmodi propter syncopim.

Pro quinto dicendum, quòd, ut Aui. debet occupari totum tempus uigilię ut supra. sed in hoc oportet medicum esse multum prudentem, ne per eas fastidiat infirmum, aut ipsum debilitet. & ideò benè quid in eis fiendum, attende. quidam faciunt cum panno infuso in maluatico, aut alio liquore. sed, quia dubium, ne adhuc post fortem expressionem panni remaneat liquor obstruens poros; hinc securior est suffumigatio. de his fricationibus uide supra de cura phlegmaticarum in generali.

Pro tertio canone dicendum, quòd, ut supra conueniunt digestiua subtiliatiua, incisua, non multum calida. & hoc etiā uariatur secundum uarietatem phlegmatis. & tu habes ea omnia tuo proposito. §. cap. & tu ibi. uerum hic nota, quòd, cum os stomachi ledatur multum, & similiter cor frigiditate ipsius hic debes cum digestiuis ponere, quæ hæc duo membra respiciunt; ut aquam melissæ, buglossæ, menthæ, hyssopi, & huiusmodi.

Pro quarto euacua cum solutiua iam. s. digesta materia, ut de alijs phlegmaticis dicebatur, & continua, & digestiua, & solutiua, ut supra de alijs: & hoc si in longum procedit. de prouocatione dicatur, ut de alijs phlegmaticis. de diuersione statim dicatur in complendo septimum. de confortatione stomachi dicendum, quòd conuenit aromaticum ros. cum marg. factum in confortationem cordis. item diamuscu, & ita de alijs; & similiter ad extra unctioes, cerotaria, sacculi, & huiusmodi has intentiones habentia.

Pro septimo dicatur, quòd cum hac febre necessariò primò coniungitur syncopis, propter quod & dicta est syncopalis. eam uerò quandoq; concomitatur sitis, & uentris fluxus. pro ipsa uerò syncopi dicendum, quòd in principio euentus paroxysmi instare debes cum fricationibus, & alijs diuersionibus. propter causas tactas: ne. s. materia ad cor uadat. quòd, si comprehendas in uisceribus rugitum; impone suppositorium ex puluere hieræ, & melle factum. quòd, si cupis fortius; adde salgemma. item, si uidetur uentositas in stomacho, & parte superiori; uentositatem magnam absq; scarificatione umbilico superpone. item & cordi epithema ex rebus cordialibus calidis applica cum sacculo, aut aliter: & hoc in principio, quòd tamen remouebis in augmento febris. item odoret aromata calida, & sicca; ut gariophyllum, cinnamomum, nucem muscatam, muscum, & huiusmodi. & cum incipit lipothymiam intrare, nisi foret mulier incurfura syncopim ex retentione menstruorum, aut spermatis; da ei panem infusum in uino aromatico lymphato, si infirmus patitur cum tertia, aut quarta parte aquæ rosatæ, aut lymphetur cum aqua simplici cocta. unde hic cibus specialiter commendatur à Gal. 12. the. ubi dicit. nihil melius. imò in hoc casu datur faracenis, quibus ex lege sua prohibitum est uinum bibere. & Aui. Et, cum uideris in corpore incipere debilitari, & cadere; subito ciba cum pane infuso in uino commixto, si non prohibet apostema in uisceribus. cum ergo associatur, & hæc ægritudo; non est curationi modus, neq; fiduciæ locus. s. quando accidit huius alteratio in pulsu. & hæc quidem cibus est ex eis quæ necessaria sunt, quando uehementis sit syncopis. & super hunc cibum non est dormiendum, ut supra. item ualet exhibitio pro tunc diamusci dulcis cum margaritis. quòd, si comprehendes malitiam notabilem humoris ex parte suæ frigidatis; non erit incanonicum dare theriacam cum modico uini subtilis odoriferi, aut aqua melissæ dato, quòd febricōtrarietur: cum iam pertransiit principium. quia in augmento non est dubium de syncopi; non dabis talia: imò ab eorum potu abstine. quòd, si pur cupit potum; fac ipsum modo colluere os cum aqua hordei zuccharata ex zuccharo rubeo, aut cum aqua mellis ex. §. ix. aquæ, & mellis. §. §. aut da iulep, aut oxy mel simplex cum aqua cocta, & sit calidum in hyeme. quòd, si cum his potibus commiscetur, quæ cor confortant; melius.

E & iuxta hæc nota, quòd textus Aui. reperitur communiter sic. & uinum confortat eis in principio rei, & proprie si fuerint febres eorum sanguineæ: imò uidetur contrarium. & quidam textus sunt negatiui, & non habent difficultatem. & credo, quòd sit uerior negatiuus. & est consonus textui Raf. 16. continens proprio ca. & tu etiam distingue inter lymphatum & non lymphatum: nam attendendo uirtuti magis, quam febrim in sanguineis competit: sed lymphatum. considera. pro fiti detur acetosus mellinus, & pro fluxu uentris costrictiua leuia: quoniam, si uirtus tolerabit; erit iuuatiuus.

F IN EA uerò, quæ à cholera grossa procedit, seruentur canones, qui dicti sunt de syncopali humorosa ex phlegmate ex parte lenitionis uentris cum his, de quibus in de cura tertianæ nothæ, & ex parte uomitus: est enim in eis facilis propter choleram, & propter locum: quoniam talis ut plurimum reperitur in stomacho. item attende, quòd canones hi debent esse mediæ per participationem inter canones nunc repletos, & canones ponendos de syncopali minuta. & ad summum melius est, ut assidue proficiat in ea, id est, ut medicus continuè aliud agat ex parte lenitionis, uomitus, aut fricationum leuiorum, scilicet quam in phlegmatica, & fortiorum, quam in minuta. & attendat continuè uirtuti, ut eam non debilitet: sed in robore sustineat. propter quod neq; subito, neq; in eadem die debet euacuare.

Quòd, si fuerint à sanguine; iam de ea dictum ex parte phlebotomiæ, quid agendum: & in alijs te modera, ut in precedentibus.

Quæ à cholera est, raro euenit: sed quæ à sanguine, rarius.

De syncopali minuta. Rub. 13.

FEBRIS syncopalis minuta est febris acuta cum uelocitate eueniens, in cuius aduentu accidit syncopis, & casus uirtutis pulsus. cuius causa secundum plurimum est cholera subtilis putrefacta, ac uenenositate participans. dicitur syncopalis ab accidente concomitante. dicitur minuta, ut contra distinguatur repletionalis; quia hæc est à minuta, id est, à pauca materia. dicitur acuta propter sæuitatem accidentium: etiam quia breuis est terminationis ita, ut aliquando non sufficiat uirtus usq; ad quartum. Aui. dicitur cum uelocitate; quia materia est subtilis mobilis: uelocis itaque motus. & aliquando ita subito mouetur cum tanta malitia, ut uirtus eius non sustineat ad quartum: sed ante moritur patientis. dicitur in cuius; quia in primo paroxysmo cadit pulsus, & uirtus animalis, & naturalis, & in sequentibus duobus multò plus. & dicitur cuius secundum plurimum: quoniam etiam à materia mala uenenosa subtili melancholica ex adustione cholera facta potest contingere: est enim subtilis: & ideò profundatur. quare membra, in quibus profundatur, à se excutere non possunt: item quia putrefacta febre facit: & quia uenenosa, stomacho, & cordi inimicatur. propter quod syncopim facit.

Corpora autem maximè huic parata sunt cholericæ ualde, in quibus hæc multiplicatur materia, & quibus per uiam dissolutionis eis citius accidit syncopis, & forte cholera hanc faciens est prasinosa, uel æruginosa, de quibus supra in de cholericis, & facit paroxysmos de tertio in tertium. quòd, si fuerit ex melancholia; de quarto in quartum.

H CAUSAE De causis eius dicendum, ut supra de causis factiuis cholericarum. & tu ibi. sed dices, quomodo Auicē. tractauit de ea cum phlegmaticis; cum nullo modo sit ex phlegmate? credo dicendum, quòd hoc ideò fecit: quoniam similitudinem habet non paruam cum cura syncopalis humorosæ, & magis, quam cum cholericis, & maximè ratione accidentis principalis, quòd est syncopis, à qua ipsa principaliter denominatur. considera.

SIGNA demonstratiua. Auicē. relinquit eam notam ex accidentibus suis cum signis demonstratiuis cholera, quæ iam supra posuerat tibi. itaque ex parte ipsorum, & prognosticorum tibi sufficiat descriptio posita, & cætera, quæ de humorosa dicta sunt, ac de signis cholericarum.

CANONES. Primus ordinatio diætæ: secundus euacuatio gradata de debili ad forte, ut supra: tertius, si ægritudo

dat inducias; æquatio, siue digestio: quartus reiterata euacuatio: quintus particularium ad extra administratio: sextus accidentium correctio.

Pro primo declinet aer ad contrarium causæ; quia ad frigidum, & humidum. unde pro eius rectificatione recurre ad ea, quæ de ipso dicta sunt supra de febre pestilentiali; quia in omnibus est, ut ibi moderandus: & tu ibi omnino: item de febribus acutis.

De cibo, & potu dicamus, quod cibis debet esse restauratiuus, & id est uirtutis sustentatiuus, ineptus resolutioni, alteratiuus, & prohibitiuus generationis uentositatis, & mali humoris cholericæ uenenosi ut plurimum, & putrefactiui: quas omnes condiciones habet cibus pestilentialium. propter quod recurre supra de cura febris pestilentialis. & competunt in hoc casu uitella ouorum cum agresta, uel succo, siue uino granatorum. & dato, quod albumen uideatur competere: tamen uituperat eum Gal. duodecimo therap. quia est indigestibile: & hoc in cura febris syncopalis minuz. & conueniunt acetosa omnia, ut ibi, ubi & de geladorcio, fructibus, & similibus quære. De potu conuenit aqua hordei pauci hordei, & non multa decoctionis, & cum zucchero optimo: item aqua zucarata cum uino granatorum succo aranciorum, & similibus, ut allegato loco. quod, si necessarium erit dare uinum; sit aquosum debile, inspecta, ut sæpe, ætate, complexione, consuetudine, & tempore anni.

De inanitione, & repletione. utraque cum excedit, uitanda: nam, cum uirtus in ea multum prosteratur, & accidentibus prosterantibus uirtutem; ilico dandus sit cibus, primo aphorismo commento nono, hinc debes succurrere sæpe eis cum cibo dando scilicet multis uicibus, & parum pro uice. & idem dixit Auicenna. Viuificetur cum cibo paulatim. & sit cibus panis de simila infusus in aqua granatorum infrigidata, aut consimilis: acetosus alteratus, qui habeat condiciones iam supra enumeratas. & attende, quod cibetur, si possibile est, quod paroxysmus occurrat stomacho uacuo: uolo dicere, quod cibetur minus uersus horam paroxysmi. euacuetur uenter cum suppositorio, aut clysteri, non se mouendo de lecto, ut supra omnino de humorosa.

De motu, & quiete. uitetur omnino motus, & quies pro posse introducatur. neque fricationes huic conueniunt febri. quod, si fient; sint leues in manibus, & pedibus ad introductionem somni, & cum rebus odoriferis uirtutem uiuificantibus: nam fricationes fortes inflammant, & sic augent in calore: item diuertunt calorem, & principium uitæ sic derelinquitur: & etiam quia ponunt cholera in motu.

De somno, & uigilia. introducatur somnus, ut possibile est ita, quod maius sit tempus eius, quam uigilia. tu tamen ista modera respectu ipsorum in sanitate.

Accidentia animi extrema uitentur. & in summa debes studere confortationi uirtutis, & remotioni syncopæ. unde oportet pro tunc, quod quasi omni hora infirmus nutriatur cum cordialibus refrigerantibus, ut de cibatione pestilentialium: & hoc ante accessione, ut magis poteris; quia conuenientius ex pullis, ouis, testiculis gallorum, & huius alteratis, ut dictum est. & pro secundo quidam dant in ea succum granatorum cum modico theriacæ propter uenenositatem: & est conueniens ualde, attenda tamen ætate, constitutione temporis, complexione, & huiusmodi. & tu bene considera. & alii aquam ueri frigoris cum pauco theriacæ, & est iuuatiua ualde. & pro complemento canonum scito, quod etiam ad hæc adducere debes canones de cura syncopæ ab Auicenna positos undecima tertii. & tu ibi. & ultimo attende, ut de humorosa, quod canon canonum est, quod medicus debet assiduus esse circa infirmum modò cum uno canonum, modò cum alio, & non dimittere ægrum: ut quia modò cum cibatione, modò cum lenitione: & sic de aliis.

Pro secundo dicendum, quod confert suppositorium, & uentris lenitio, & sunt uerba Serapio. Et fiant hæc omnia absque motu, ut supra. & custodiatur ab omni euacuatione præter lenitionem, & uomitum. unde uomitus in casu est iuuatiuus ualde; quia ipsa cholera ex se mobilis est multum:

A cum sit subtilis, & fiat, ut Serapio cum aqua calida sola, aut cum modico olei; aut cum syrupo acetoso simplici, ut supra de humorosa. quidam, ut Marsilius Patruus, dant aquam fructuum Mesuæ: item diaprunis Nicolai absque scamonea: & est proprium: item & cassiam, & mannam cum decoctione prunorum, tamarindorum, lupulorum, & huiusmodi. & cum dicitur custodiatur, intellige ab omni euacuatione facta cum pharmaco forti. & tu considera.

Pro tertio, si materia non fuerit multum furiosa, & inflammata, & dans inducias; da syrup. ualentes in cholera prasina, ut s. cap. & breuiter digestiua dicta de febre pestilentiali, aromatizanda, & iulep, & aquas elambicatas dando, ut ibi, & breuiter administrando frigida, & humida, & sicca stomachalia, & cordialia, ut alleg. cap.

Pro quarto da euacuanti cholera ex rhabarbaro, myrobalanis citrinis, & ex agarico cum decoctione prunorum, tamarindorum, sebesten, iuiubarum, capillorum ueneris, acedula, & huiusmodi. item competit cassia, manna, & huiusmodi cum decoctionibus rerum dictarum. & euita scamoneam, ut potes: tamen de hoc disputatum est supra de febre pestilentiali. & tu ibi.

Pro quinto ueni ad administrationem particularium ad extra, uel ad epithema cordiale frigidum. & fac ipsum humidum, si non prohibet tussis, & pectoris angustia, quibus casibus fac ipsum sic cum sacculo: & talia epithemata sicca, & humida habuisti supra de febribus pestilentialibus. & così similiter operare circa hepar, & renes, & spinam dorsi applicando frigida, & humida sibi conuenientia, ut decebit: quæ omnia colligere debes propriis capitulis, & pro parte supra de cura febris pestilentialis, & in radicibus uniuersalibus. quod, si contingeret sudor; cum habeat uirtutem debilitare, & superueniente syncopi amplius debilitetur, & dubium ne cadat; occurrendum cum prohibentibus ipsum, ut Alexander. uitetur omne sudare faciens. & Guilielmus induit in die pluries camisiam infusam in aqua rosata cum sandalis mixta, aut cum camphora. & tu attende uirtutem. & pro hoc accidenti supra de cura acutarum.

C Pro sexto, qui est correctio accidentium dicendum, quod in hac consueuerunt accidere accidentia acutarum, cum sit de numero earum, ut supra in descriptione. & idem ad ea te transferas loca; cum opus erit. sat tibi sit, si de syncopi dicitur. tpe autem syncopæ, aut appropinquationis eius para epithema, aut sacculum cordiale: deinde exhibe micam panis infusi in succo granatorum acetosorum, aut agrestæ, aut aranciorum, aut cytoniorum, aut in uino aromatico bene lymphato cum aqua rosa, aut acetosellæ.

Quod, si uideris uirtutem debilem multum; dare poteris aquam carnis sublimatam, aut brodium consummatum non pinguosum alterata cum succis dictis, & similibus frigidis, sandalis, & huiusmodi. item, & pro tunc asperge faciem eius cum aqua rosata, buglossæ, acedulæ, triasandalis cum musco, aut cum camphora, si non abhorret camphoram uel fiant odorifera frigida, ut supra de pestilentia humida, aut sicca, ut placebit. item pro tunc fiant fricationes, ut uirtus excitatur, qua excitata dimittantur: & tunc, cum excitata fuerit; attende febri secundum tempora eius, & confortationi uirtutis cum electuariis, & confectionibus cordialibus, & alterationi caliditatis febrilis administrando frigida refrigerantia ipsum.

D Quod, si uideris infirmum deficere subtilitate spirituum & humorum, qui resoluuntur a caliditate febrili; tunc stude ingrossationi ipsorum cum refrigerantibus, ut flabellando, irrorando eum cum aqua prædicta, applicando testiculis refrigerantia, & est modus magnæ refrigerationis, & circa pudibunda mulieris: item pulpas crurium cum aqua rosata, item non inconuenit addere cum his aquis frigidis modicum uini aromatici in uirtutis, & spirituum uiuificatione. & breuiter sis ualde attentus uirtuti in dando cibo in principio paroxysmi, augmento, uel statu timore syncopis, aut casus uirtutis. & euita fortes euacuationes, ut supra: in hac enim opus est prudentia; est enim mala, & interficiens febris.

De febribus melancholicis continens rubricas

ocho. Cap. 15.

De dispositione feb. melancholicæ in uniuersali,
& causis eius, & de signis cuiuslibet speciei
feb. melancholicæ. Rub. 1.

FEBRIS melancholica est febris secundum plurimum periodica, siue interpolata à melancholia non naturali putrefacta per adustionem cholerae genita secundum plurimum eueniens. cuius est ægrum de quarto in quartum magis affligere secundum naturam ipsius humoris propria dicitur secundum plurimum periodica: quia, ut Auicenna minoratur casus, id est, euentus quartanae inseparabilis, id est, continua. & causa; quoniam paucum reperitur ad intra uasa de ipsa melancholia: quoniam est humor naturæ multum dissimilis. & ideò, cum mouetur ad putredinem, & amplius fiat uirtuti horridus; mouetur uirtus ad ipsum expellendum extra uenas: nam, cum incipit derelinqui à regimine uirtutis; incipit putrefieri. & quia habet qualitates putrefactioni contrarias; hinc eius putrefactio tardatur. quare in tempore hoc medio uirtus ad ipsum expellendum red dicitur fortis: & sic raro fit continua, ut experientia docet. dicitur à melancholia non naturali: quoniam rarificatur, id est, raro fit à naturali propter improprietatem, siue ineptitudinem ad putrefactionem ratione suarum qualitatum: imò. 18. continentis auctoritate Simeonis, Nunquam fit quartana à melancholia naturali. cuius sermonem, ut Auicenna non auscultabis: cum omnis humor derelictus à regimine naturæ, & occupatus calore extraneo, siue putredinæ possit putrefieri, ut secundo de differentiis febrium, & undecimo therapeu. fit enim ut plurimum per adustionem cholerae, & minus per adustionem melancholice. & inter has medio modo se habent, quæ per adustionem sanguinis, & phlegmatis fiunt: sed rarius fit ex phlegmate, quam ex sanguine. considera. dicitur cuius: quoniam aliquando, ut supra de phlegmaticis, potest ex certis conditionibus phlegma de quarto in quartum motum facere: & tamen non erit melancholica. Diuidatur itaque febris hæc in quartanam ueram, & non ueram, siue notam. uera, quæ ex naturali melancholia fit: non uera, siue nota, quæ ex melancholia fit non naturali. propter quod scito, quod melancholia non naturalis est duplex: quædam talis per commixtionem humoris alterius cum ea commixtione non unita, sed tamen melancholia est tanti uigoris, ut trahat alium humorem ad motum suum: quædam per conuersionem alterius humoris in melancholiam, & ipsius in seipsam. & sic habentur species quatuor: nam quædam sanguinea; quia per conuersionem sanguinis in eam facta: quædam phlegmatica: quædam choleraica: quædam melancholica per adustionem melancholice naturalis genita: de quibus omnibus per ordinem dicendum.

Diuiditur secundò in continuam, & interpolatam: & de his etiam suis rubricis.

Differt uera à non uera: quoniam uera raro fit incipiendo: non uera autem ad alias sequitur ægritudines. propter quod dixit Auicenna. Quartana scilicet notha plurimum euenit successione feb. putridarum: nam, cum non euadunt patientes; interim humores, qui sunt grossi, à caliditate putredinali uruntur: & deinde quartanam causant, ipsis sic adustis, & putrefactis. & ideò benè dixit Hippocra. 3. prognosticorum. Febribus inordinatè uagantibus quartana futura sunt.

Corpora autem his parata sunt, quæ apta sunt multiplicare melancholiam; ut corpora complexionem frigidam, & sicca & ætatiuè talia, ut senes, & maximè frigidi, & sicci, & qui macri sunt, & uenas habentes angustas, & quæ regimine utuntur melancholico, ut comedendo lentes, caules, pisces salitos, & huiusmodi, quæ humorem generant melancholicum, ut supra tertio capitulo, & hæc maximè uera sunt, quæ do melancholia non est talis per adustionem: nam per adustionem talis maximè multiplicatur in fine iuuentutis. &

E ideò dixit Hippo. tertio prognosticorum. Et qui. xxxv. annos prætereunt, quartanarii efficiuntur.

Tempus autem quartanae propositum est autumnus, & finis ætatis, qui sapit principium autumnus. & est sententia hic Galeni secundo de crisi. ueritatem autem continet præcipuè, quando autumnus seruat naturam suam, quæ est frigida, & sicca.

CAUSAE. De causis autem eius dicatur, quod omne multiplicatiuum melancholice potest esse causa eius ex parte cibi, & potus, de quibus supra. 4. c. ite omne adustium aptum, scilicet humores adurere, & maximè quando præcessit adustio: nam in principio fiet fortassis choleraica, item oë accidens animæ melancholiam inducens, & calorem extinguens. unde Hipp. Timor, & pusillanimitas melancholiam perficiunt, si diu steterint ad descendendum, & maximè est uerum de primitiuis. quæ autem sint coniunctæ, & antecedentes patet. considera.

SIGNA demonstratiua in eis ponendis ea illum obseruabo ordinem, quem in phlegmaticis posui; quia scilicet ponam secundum ordinem signa demonstratiua uniuscuiusque speciei humoris ipsam quartanam facientis: & hoc iuxta diuisionem primam de ipso paulò ante positam. & antequam ponantur hæc signa specialia; quædam præmittam cõmunia, ut ex eis doctior efficiaris: omnis enim quartana cõ interpolatione incipit prius cum oscitationibus, alicibus, & huiusmodi: deinde sequitur horripilatio: deinde rigor: deinde frigus. unde patiens sentit in ossibus contractionem, & in iuncturis, ac si dissoluantur ita, ut deinde accidat tremor ita uehemens, ut dentium concussionem continere nequeat. & post succedit calor inter tertianam, & quotidianam medijs, & lente. postremò nonnullus, aut paucus sequitur sudor, de quo infra. quidam dixerunt, quod febris quartana cognoscitur ab alijs ex quatuor. primum, quod in eius aduentu est priuatio omnium signorum tertianæ putredinalis: imò multoties reperiuntur contrariæ: secundum, quod raro per se incipit, ut supra: sed successione aliarum. tertium, quod pulsus est, sicut illius, qui est in ultimo senii constitutus, & de ipso infra: quartum inchoatio cum rigore debili, qui augmentatur in processu, & sentitur frigus ita, ut sentiat osium concussio, atq; contractio.

SIGNA demonstratiua quartanae ex melancholia naturali factæ initium ut supra faciens ab exeuntibus. Urina in principio est subtilis, alba, aquosa, siue cruda cum priuatione digestionis propter humoris grossitiam, & frigiditatem, quæ longo tempore durat ad fuscenedinem declinans. uerum hæc multum uariatur: nam in die interpolationis apparet, ut dictum est: sed in die paroxysmi apparet subcitrina propter caliditatem putredinalem, & in die sequenti post paroxysmum; quia caliditas putredinalis egit longiori tempore in materia: apparet citrina semper cum quadam fuscenedine. in statu uerò ingrossatur: in declinatione autem uniuersali quandoque apparet nigra, quando scilicet quartana soluitur, & humor melancholicus cum urina commiscetur: & hoc maximè in ea, quæ est ex naturali. quod, si fuerit ex ea, quæ est innaturalis; apparet subnigra, uel ad nigredinem tendens. & quamuis urina in principio uniuersali sic colorata apparet in omnibus quartanis; tamen diuersitatem recipit ex parte coloris & substantiæ in alijs temporibus: & hoc in alijs quartanis ab ea, quæ est à melancholia naturali, ut dicitur; quia melancholia tenet diuersitatem, quam assumpsit ex parte humoris per adustionem in ipsam conuersi. unde & uariatur. Egestiones uerò ut plurimum sunt sicca ad nigredinem declinans. Sputum diuersificatur etiam; quoniam quod exit à melancholia naturali adusta, est acre, sicut acetum, quod cadens super terram ebullit. Sudor uerò eius per comparationem ad phlegmaticam est multus: sed paruus in cõparatione ad sanguineam, & cholericam; quia phlegma est uiscosum adhærens. uomitus est declinans ad acetositatem, siue ad acredinem, & color eius ad nigredinem.

A substantialiter inhærentibus; quia, cum calefit corpus, non fit caliditas uehemens: sed est paulatim suffumigans, ut accidit in lapide, aut osse, uel aliquo tali accenso, ut. 2. de

Melancho
liz diuisio

de differentiis. unde calor in hac non cito; sed paulatim accenditur, & non emittit flammam propter frigiditatem humoris, & eius grossitiam, & non comprehendit corpus totum, scilicet flamma eius subito, uel intense: imo in ea est caliditas cum horripilatione, hoc est, quia interiora sunt iam calefacta, existentibus adhuc exterioribus frigidis; quia flamma sic subito extendi non potuit. & est cum frigore. si uero; quia positiuo, uel etiam priuatiuo in exterioribus iam existentibus interioribus calidis; quia etiam caliditas naturalis differt redire ad exteriora.

A qualitate mutata Serapio. Color faciei est uiridis, ac assimilatur colori plumbi, & alba oculorum similiter plumbea sunt. & cutis in processu denigratur, & arescit, & fit sicca, & aspera, & dura. quod, cum perseverauerit iam sic nocivo splene; facies ipsa tumida fit, & pallida, & liuida cum tumore pedum. unde, ut infra, non raro sequitur hydrops.

Ab actione laesa; quia ipsa incipit cum rigore, ex quo patientes sentiunt in ossibus suis contractionem, non sic ex rigore aliarum, ut in Almanfore. & 18. continentis. Sensus rigoris ipsius non est, sicut sensus puncturæ: sed sicut sensus ei refrigerantis constringentis, donec dolor perueniat ad ossa. & sic dicunt patientes se sentire debilitatem in ossibus & concussionem in carne. ex quibus apparet, quod frigus in ea perceptum est positiuum, & cum aliquanto dolore, quasi frangat ossa: & est illic contractio, per quam strident dentes. uerum non sicut in phlegmatica. unde, quia materia melancholica in ossibus, & circa ossa magis reperitur, quam materia phlegmatica; eo quod nutrimentum eorum est melancholicum: hinc ab ea eleuatis uaporibus grossis, & siccis, qui occurrentes panniculis ossium, & musculorum, in eis malum causant sensum, ad quem sequitur eorum contractio, siue inspissatio, siue compressio: quod non facit leuis uapor phlegmatis. & hæc contractio est causa contractionis dicitur. ad quod adiuuat; quia, cum humor melancholicus ad extra super membra sensibilia spargitur; sua frigiditate, & grossitate uersus musculos cutis male expelli potest. unde remanens diu super musculos, & panniculos ossium in eis causat dolorem hunc profundum, & grauatiuum, quem contractionem dicimus. & quidam se citius expedientes dicunt hoc ex natura ipsius humoris contingere propter eius acrimoniam, & acetositatem naturæ multum disproportionatas. considera. & consimiliter fit dentium stridor in ea causatus à similibus uaporibus ad musculos mādibularum peruenientibus: qui quidem stridor est sicut spasmus. & aliquando est stridor ita uehemens, ut sit necessarium ponere inter dentes baculum, uel aliquod tale, ne ex forti collisione dentium adinuicem frangantur. est autem etiam uidendum, quis humor maiorem faciat concussionem, siue tremorem siue rigorem. & pro isto breuiter dicendum, quod tremor, & motus concussiuus est maior cæteris paribus in quartana, quam in phlegmatica, uel tertiana. & exponitur communiter maior scilicet extensiuè in quartana: licet in tertiana sit maior quia intensiuè: & tu considera. & cum primo est frigus ualde intensum respectu frigoris, quod est cum rigore tertianæ: nam frigus tertianæ est priuatiuum, uel propter priuationem accidit, ut supra de eo: quartanæ autem est positiuum. uerum Auicenna inquit, quod ipsa incipit in primis cum frigore paruo; quia in principio sui paroxysmi: quia humor melancholicus est tardi motus, & tardè mouetur ad putredinem, & tardius, quam phlegma. & idè tardè calefit. propter quod in principio principii paroxysmi frigus est paruus intelligendo per frigus positiuum frigus, sicut in phlegmatica. deinde incipit frigus eius addi; quia augeri, ut circa medium eius; quia in augmento magis subtiliata materia à caliditate, quæ & citius mouebitur, & maiorem corporis partem occupabit. postea minoratur paruus apud statum scilicet sui principii. deinde supple magis declinabit adueniente scilicet fine principii, & appropinquante augmento paroxysmi. & horum omnium causa est caliditas putredinalis; cum incipit minus à materia occupari, quod est in augmento principii, ut principium cuiuslibet paroxysmi particulariter diuidatur in quatuor tempora, ut habet ipse integer paroxysmus. & hic aduerte, quod quanto materia hæc magis calefit, & magis subtili-

A tur; tanto citius mouetur, & minus frigus causat. propter quod frigus est minus in augmento uniuersali febris huius: & similiter minus in statu uniuersali, quam in principio uniuersali. uerum rigor, & concussio est maior propter materiam esse magis factam calidam, ac magis penetratiuam, & mordicatiuam. & idè, cum uidemus in quartanis rigorem fortiolem; arguimus eius salutis appropinquationem, ut infra. & tu considera: quoniam iuxta hæc uerba Auicennæ, exponi possunt de temporibus uniuersalibus, ut, quia est frigus paruus in principio respectu augmenti, & minus in augmento respectu status: sed rigor augetur in augmento, & statu. in declinatione autè iam digesta, & paucificata materia remittuntur hæc omnia.

B Quod, si quæres, ubi maius est frigus, an in quartana, an in phlegmatica; dicendum, quod in phlegmatica est maius intensiuè, & extensiuè; quia duratione. & causa; quia, etsi in quartana accidat frigus positiuum à frigiditate materię: tamen in ea accidit plurimus propter reuocationem caloris ad intra: cuius oppositum est in phlegmatica. cuius causa; quoniam uirtus plus terretur ab ipsa melancholia; cum sit humor naturæ multum horridus, & phlegma multum amicus: cum sit propinquum naturæ sanguinis. etiam adiuuant ad hæc; quia phlegma frigidius est melancholia. & est locus speculationis, an aqua sit frigidior terra. itè quia phlegma magis mouetur, & ad maiorem corporis partem.

C Pulsus in principio strictus paruus, & occultus magis, quam in aliis febribus. itaque, si peritus medicus de pulsu eius sani habuisset notitiam; per ipsum pulsum solum cognosceret quartanam. & est sententia Almanfor. nam in hac, ut ipse dicit, est superfluitas paruitatis, & raritatis respectu phlegmaticæ. quare magis respectu sanguinæ, & cholicæ. inquit Auicenna. Pulsus quidem quartanæ melior est pulsu phlegmaticæ in paruitate, & frequentia: sed est similis in tarditate. & exponit Gentilis. Melior & cætera, idè, non ita paruus, nec ita frequens; quia uirtus est fortior in quartana. & quantum in febre phlegmatica ad tarditatem pulsus facit debilitas uirtutis; tantum facit ad tarditatem pulsus in quartana melior paucitas, siue non tanta paruitas, quanta est in phlegmatica. unde in phlegmatica per frequentationem fit recuperatio euentationis. & ista indigent speculatione. considera. Et in quartana apparet pulsus serinus; quia durus propter siccitatem humoris exiccantem arteriam. unde ipsa efficitur inobediens. & benè extendi, & in altum eleuari non potest. & diuersus quoniam est à materia grossa uirtutem multum grauante. & quia est cæteris materiis grossior; hinc maiore in pulsu causat diuersitatem, quam in reliquis reperiatur febribus. ut Aui. & licet in omnibus febribus putridis, ut supra in radicibus, systole sit maior, quam diastole; tamen in quartana propter grossitiam humoris uirtutem stimulantis maior est adhuc respectu tertianæ, in qua est maior calor. & tu benè considera.

D In quartanis circuitus est quasi proprium signum huius febris; quia hic circuitus in aliis non reperitur febribus: & hoc secundum naturam humoris facientis febrem. & duos dies integros puros, & quietos habet, & quarta die mouetur. Galen. secundo de differentiis febrium. Et durat eius paroxysmus. xxiiii. horis: & hoc, quando est pura: quoniam, si cum ea commisceatur cholera citrina; minuitur: si phlegma; prolongatur. considera. & licet omnia tempora ipsius sint longa; tamen principium est ualde longum respectu aliorum.

Sitis, ut Auicenna minoratur in hac, nisi sit à melancholia cholericæ; accidit tamen, ut in augmento, & statu aliqua sitis superueniat: licet parua, etiam quartana existente pura.

Item in istis quartanis splen læditur, ac dolet, & ingrossatur quandoque extra naturæ modum. Galenus ad Glauconem.

Item in ea accidit uisus debilis, si perseverauerit, propter uapores grossos turbidos eleuatos ad superiora spirituum uisibilem obfuscantes, qui ut supra causa erant stridoris dentium.

Accidit & his tussis cum difficultate propter nocuum his partibus communicatum: sed cum difficultate propter exiccationem pectoris factam ab ipso humore exiccante constringente.

Accidit & his appetitus fortis: & hoc si non fuerit oppilata uia, per quam uenit melancholia à splene ad os stomachi.

Item adest pigritia, grauitas crurium, & coxarum, & propter indigestionem laterum inflatio, dolor lumborum, inquietudo: item somnia mala timorosa: item cum calor expāditur, accidit aliquando frequentia mingendi. & horum causas ex dictis collige. & hæc febris habet declinationem ueram. quod dico propter phlegmaticam, quæ falsam habet ut supra: & hoc, quia eius materia fit sicut cinis, qui non potest esse uehiculum putredinalis. & ad eam cognoscendam maximè iuuat ætas, complexio, habitudo, consuetudo, regimen, tempus anni, & huiusmodi: quæ omnia cōsiderare debes attentè, ut & cætera. & hic aduerte, quòd hæc signa, quæ sic posita sunt particularia, ut respiciant quartanam ex melancholia naturali, etiam in parte eorum sunt, & alijs speciebus communia: post quæ ponam demonstratiua particularium specierum eius: deinde prognostica omnibus speciebus deseruientia.

SIGNA demonstratiua eius, quæ ex melacholia per adustionem phlegmatis facta: quia paroxysmi sunt longiores propter materiam esse magis uiscosam: nam ut supra alijs paribus uiscositas ad longitudinem febris operatur: & sicut paroxysmus est longior, ita & frigus in ea propter eandem causam. sed hic scito, quòd non accidit adustio absque hepatis caliditate. & hoc bene considera etiam pro sequentibus, & pro cura. eius adustum si fuerit subtilis substantiæ trahit ad dulcedinem: si uerò spissæ; trahit ad acetositatem, & ponticitatem. & habet hæc festationes, ut phlegmatica, non tamen tot, & tantas sicut illa. & tu uide causam in phlegmatica.

Et est sudor tardior, id est, tardius eueniens: uel etiam minor propter materiæ uiscositatem.

Vrina est in colore remissa, & maximè in die ante accessionem: sed in die post est tincta, & spissa: sed absolute est grossior, quam in alijs propter materiam esse grossiorem, quæ cum urina commiscetur.

Et pulsus est minus durus, quam in alijs: quoniam humiditas facit ad mollitiem, & magis diuersificatur: & est paruior & magis occultus, quam supple in alijs notis propter materiam esse frigidior.

Et tu hic adde alia signa componendo ex te: ut uerbi gratia; quia regimen fuit phlegmaticum, & propter caliditatem hepatis, aut huiusmodi est modò adustum, aut quod ad hoc concurrebat caliditas aeris, siue temporis constitutio. itè quia præcessit febris phlegmatica, & huiusmodi, ut supra: quodque in alijs fabrica.

SIGNA eius, quæ ex adustione sanguinis fit; quia incipit cum pauco frigore, & calor est satis mitis, & declinat cum fluxu sanguinis narium.

Vrina est ruffa cum quadam grossitie substantiæ: & hoc in principio: deinde apparet rubicunda. pulsus tendit ad plenitudinem cum uentositate, & terminatur cum sudore satis notabili.

Et in ore percipitur falsum cum pauca dulcedine, & ad potitatem declinans mixta acedine. & quod præcesserunt signa sanguinis ex parte febris; quia præcessit feb. sanguinea. itè percipitur in ore dulcedo declinans ad acedinem aliqualem.

Parum, aut nihil fitit. Somnus est grauis, & adiuuant ad eius cognitionem ætas, complexio, habitudo, regimen præteritum, tempus anni, & hmoi. quod, si fuerit quartana non ex adustione sanguinis: sed ex commixtione eius cum melancholia; erit urina in principio ruffa, & spissa, quæque cum quadam liuiditate, ac nigredine, & præcipuè in superficie. & erit frigus parum, caliditatis satis intensæ. & hora nona mouebitur cum capitis grauitate, ac dolore præcipuè post cibum.

SIGNA eius, quæ ex adustione cholera. Vrina ruffa ignea, pulsus uehementioris uelocitatis, & frequentia propter materiam calidior. & est cum minori diuersitate. & est durus, & incipit cum horripilatione, & frigore in carne: quia materia est subtilis apta sic subtiliata ad exteriora propelli. & sic magis sentitur in exterioribus, quam in profundo & alia.

E & huic citius succedit calor, & etiam intensior. & eius adustum trahit ad amaritudinem. & est sitis maior, & sudor copiosior, quam in cæteris alijs paribus. & est cum dolore frōtis acuto, cum defectu appetitus, cum uomitu cholericum quæque, & quandoque cum solutione uentris. & accidit quædoque his ira, furor, & inflammatio: & ipsam signant ætas, complexio, habitudo, tempus anni, regimen præteritum, item antecessio febris cholericæ. & hæc est breuioris spacij respectu aliarum, & cum copioso sudore terminatur.

SIGNA demonstratiua quartanæ, quæ est ex adustione melancholice sunt signorum præcessio, dominij melacholice & ægritudinum melacholicarum: & cum mouetur ad paroxysmum; incipit cum minori frigore, & calor citius ascendit & magis equaliter, & est acutior, quæ in melancholia naturali non adusta, & citius declinat, & cum maiori sudore, & est urina magis tincta, & subtilis in primis. & eius adustum ex subtiliori parte eius trahit ad acrem: sicut acetum, quod cadens super terram ebullit. & est pulsus uelocior, & spissior cum minori diuersitate, & inæqualitate existens. & concurrunt cum ea circumstantiæ similes ex parte ætatis, complexionis, regiminis, & huiusmodi, ut de alijs dictum est.

SIGNA prognostica. non raro ad quartanam succedit lapsus renum maximè, quando est per adustionem facta.

Raro fit quartana continua, ut supra in principio.

Febres erraticæ ut plurimum quartanæ fiunt.

Febres quartanæ multotiens fiunt successione nocuum splenis; quia non attrahet, sicut debet: & remanet cholera nigra, quæ deinde putrescit.

Quartana ex melacholia naturali, uel adusta magis fit in senio.

Quæ autem fit per aliorum humorum adustionem, magis fit in iuuentute, & maximè in fine eius, quando scilicet maior fit adustio. unde Hippo. tertio apho.

Qui xxxv. annos præterierunt quartanarij efficiunt. Alibi in autumno, & fine ætatis, & complexionibus habentibus siccas frequentibus solent accidere.

Quartana continua deterior est sua interpolata.

Et deterior specierum, quæ fit adustione melacholice naturalis: deinde quæ fit adustione cholera. Zoar.

Et cum prolongatur; perducit ad hydropem propter nocuum splenis.

Et saluior est illa, quæ non est cum apostemate splenis, aut alijs: quia alijs passionibus eius, ut est durities, oppilatio, grossities, dolor, & huiusmodi.

Ea, quæ est cum apostemate splenis, quandoque non solum ad hydropem: sed etiã ad perniciem ducit. & ideo sit attentus.

Consimiliter, si fuerit cum apostemate hepatis, & tales ut plurimum longæ sunt.

Quartana in ualde senibus non curatur propter debilitatem uirtutis. unde aliquando uidebis signa digestionis bona, & febrem declinare, & tandem morietur. & ideo in prognostico sit attentus: nam secundo apho.

Quæcumque enim ægritudines chronicæ eis fiunt, ut plurimum commoriuntur.

Quartana ut plurimum est salua: & hoc propter longam sui quietem, quod de periodica specialiter intelligas.

Quartana, quæ salua est, liberat ab ægritudinibus melacholicis, & ab epilepsia.

H Sanguinea uelocius curatur: post hanc quæ fit ex naturali, sed quæ est facta ex phlegmate, & cholera uicellina, uel nigra ualde, est nequior, & plixior, & præcipuè si est oppilatio siue apate splenis, aut hepatis, & frequenter, ut dictum est, ducit ad hydropem, & non curatur. Gerardus. uerum quæ ex adustione phlegmatis fit, citius curatur, quam quæ ex adustione melacholice naturalis. & ista est alijs difficilioris curæ.

Quartana, quæ incipit per conuersionem alterius ægritudinis in eam, facilius curatur, quinto Apho.

A quartanis habiti non ualde à spasmo apprehenduntur, scilicet repletionali propter humorum esse siccu grossum non aptu per neruos fluere. multos recipit hic apho. intellectus, quos suo uidebis loco. & dixit non ualde; quia non frequenter, uel quia non intensos, sed remissos spasmos in abundantiam humoris phlegmatici in copore quartanarij existens.

Quartana spasmu curat eius exiccado materiã. & tu pro his aphorismis lege in tertio cap supra, ubi inuenies eos, & de

de quartana loquunt. Quartana salua liberat ab ægritudi-
nibus malis melancholicis, sicut lepra, melancholia, hmoi.

Æstiuæ quartanæ ut plurimum sunt breues: autumnales
uero longæ, & maximè quæ hyemi coniunguntur.

Æstiuæ aliis paribus breuior, & quo ad tempora sua, &
quo ad totam ægritudinem, habet tamen fortiora acciden-
tia ex parte inquietudinis, sitis, acuitate caliditatis, &
huiusmodi.

Quartana, nisi accidat in ea error, non addit supra annū.
& causa; quia insequitur motum solis, sicut acutæ motū lu-
næ: modò in unò anno terminatur motus solis.

Quartana quandoque durat .xii. annis, & quòd est infra
eos: & hoc quando in ea committitur error. & secundum
quantitatem erroris accidit prolongatio eius. raro, uel nū-
quam absque nocumento splenis accidit.

De cura quartanæ in uniuersali. Rub. 2.

QUARTANÆ cura est difficilis; & si quidam em-
pirici cum suis delatoriis experimentis eam facile
pronunciant, cuius difficultatis causa est ineptitu-
do humoris ad digestionem, & plus cæteris: nam frigidus
est, & siccus compactus, & ut ita dicam, durus, & cum calo-
re naturali in nulla qualitate conueniens, unde medici ma-
ximè, & principaliter student humectationi in eius cura.
secundò operatur ad eius difficultatem compactio corpo-
ris, in quo ut plurimum fit: sunt enim melancholici stricto-
rum pororum, à quibus parua fit resolutio. tertio ad illud
adiuuat tempus, in quo ut plurimum accidit; ut autumnus
tempus distemperatū ualde, ad quod succedit hyems apta
prolongationi eius. quartò, quia tardè mouetur materia
contra naturam, & è conuerso.

Et accedendo ad curam eius dico, quòd cura eius diuer-
sificatur, ut supra de phlegmatica ex parte duorum: primò
quidem ex parte diuersitatis materierum: ut quia primò cō-
sideretur, an sit melancholia phlegmatica, an sanguinea, &
huiusmodi: quoniam, cum hæc febris materialis sit, & à fe-
bre ipsa parua sumatur indicatio; debet principalis inten-
tio esse ad causam iuxta illud tertio techni. Oportet unius-
cuiusque causam prius abscindere: secundò recipit diuersi-
tatem ex parte temporum: quoniam alia debentur in prin-
cipio, alia in augmento, & sic de aliis, ut infra. & subicit
Auic. hæc secundam diuersitatem dans ipsam intelligere
ex habitis de phlegmatica.

CANONES. Ordinatio diætæ, lenitio, minoratio, dige-
stio gradata, euacuatio gradata, mēbrorū nutritiuorū sple-
nis scilicet, hepatis, & stomachi confortatio, prouocatio, re-
sidui resolutio, accidentiū correctio, & quoniam ægritudo
est longā, cui non minus succurritur diætā, quā potione;
ideò tu diætā eius esto diligens executor.

Et pro primo dicendum cum Mes. capitulo de soda au-
thoritate Gale, quòd cura omnium ægritudinum melācho-
licarum non est spolianda à regimine inpinguatio, & hu-
mectatio præter hoc, quòd cadere faciat in oppilationes:
& hoc ideò, ut lenificetur, & habilitetur corpus, & ut hu-
mor melancholicus digestionem recipiat, & seruetur in
medio, principio, & fine: nam in hac plus consideramus sic-
citatem humoris, quā frigiditatem, & ideò authores plus
sunt intenti humiditati, secundò quòd in hac non tantū fri-
giditas cibi, & potus timetur, sicut in illa, quæ est ex adustio-
ne phlegmatis, non falsi, & melancholiæ adustæ. dico non
falsi; quia in adustione falsi dicendum, ut de adustione chole-
ræ, licet remissius. tertio diætā aliter ordinare oportet
nostris temporibus, ut supra quarto capitulo: & tu ad hoc
attende: quia etiam cura temperatiua securius est diætā
subtiliare in principio, dum dubitatur, an sit longā, uel bre-
uis: quoniam, si est breuis, & tu diætā grossè in principio
tu prolongabis eam, si longā, & tu ingrosses; etiam longio-
rem facies. & hunc modum curæ dicunt uoluisse Auic. cum
inquit. Rectius est, ut inclinetur regimen earum in primis
septimanis usq; ad tres septimanas ad subtiliationem, quan-
dam, accedente uero statu est subtilianda attentò semper
tenore uirtutis, & hic attende dictum Isaac, & est Constā-
tini, quòd cures, ne ex tua inducta abstinentia corpus ad he-
cticam perducas. quartò in diætā procede à principio usq;

A ad .xv. dies, uel circā cum subtiliatione eius. & hoc consen-
tiente uirtute, abstinendo à carnibus, & ab eis, quæ multum
dant nutrimentum; ut materia subtilietur, digeratur, & pau-
cificetur, & ægritudo ipsa abbrevietur. & hic aduerte, quòd
oportet, ut in principio benè consideres ægri dispositionē,
& regimen præteritum: quoniam, si fuerit plenus, siue re-
pletus; ordina diætā subtiliorem: si uero non, quia etiam
ante aduentum febris fuit abstinens, & febriens; tunc non
procedas cū ita subtili diætā. & ideò Auic. in uno loco pro
subtili diætā dabat aues minutas, siue paruas, & ingrossan-
do dabat pullos, ut puris cholericis macris, & facile resolu-
bilibus. & in alio loco eiusdem capituli, quia de cura quar-
tanæ subtiliando diætā iubebat ægrum à carnibus abstine-
re: ut sunt sanguinei, carnosī, & huiusmodi. debes dein-
de procedere cum ingrossatione, alii autem, ut Almanfo.
uidetur, quòd, quia itur uersus statum; diætā debeat subtilia-
ri. & tu considera, nam supra habuisti huius rei dissolutionē
ita quòd in summa Auic. & Isaac incipiunt cum subtilia-
tione, & gradando ad grossitiem tendunt: alij contra.

B Quintò, quòd cibus quartanarum nō debet esse crudus;
imo cruditatem resoluens, non grossus: imo subtilians, non
constrictiuus: imo, uentris lenitiuus.

Sextò sanguinis laudabilis generatiuus; cuiusmodi sunt
cibaria calida, & humida; ut caro bona, oua forbilis, & cali-
da cum æqualitate caliditatis, sicut commixtio ficuum cum
endiuiā. Auic. Et sunt iuuatiua ualde. & aliquando con-
cedit Auic. calida ultra æqualitatem in phlegmatica. & hoc
in principio. & debet dari in parua quantitate. item conse-
runt frigida, & humida facilis digestionis, & boni chymi.
& sunt cōuenientia febrī, ut febris est, & siccitati humoris
contrariantur, uerū eorum frigiditas contemperetur, ut
exigit necessitas, & applicentur sæpe, nisi timeatur indige-
stio, & ex eis oppilatio. unde Auic.

C Cibi non prohibeātur nisi propter uehementiā frigoris
& ideò prohibetur lactuca in ea, quæ ex adustione phleg-
matis, aut melancholiæ fit, nisi commisceatur eruca, quæ tol-
lit eius nocumentum, aut aliquod tale. item euitetur omne
oppilatiuum quodcunq; grauis digestionis, uiscosum, tardè
transiens, inflatiuum, & huiusmodi; ut caro porcina, uacci-
na, bouina, pisces, faba, & lenticula, caseus siccus, uinum ni-
grum grossum, & huiusmodi, quæ habent humorem melā-
cholicum generare, de quibus .3. cap. item alienetur omne
frigidum, & siccum, ut Auic.

D Septimò, quòd si uirtus, consuetudo, &c. patiuntur; absti-
neat à cibo in die paroxysmi. unde Auic. Præcipiatur ei il-
la die ieiunium: rectius enim est, ut adueniat paroxysmus
uentre uacuo, ut non occupetur natura cum materia alia;
sed uacet febrī, & causæ eius, donec expellat. & est de regi-
mine bono eius. Auic. Et non sumat cibum, donec consu-
mitur paroxysmus. tu tamen sis memor eorum, quæ dicta
sunt de cibatione febricitantium: quòd aliquando in princi-
pio, & in paroxysmo oportet cibare corpora cholericā re-
solubilia. & quòd patiens ieiunet ea die, est mens Rasī. 1. 3.
continentis, Serapionis, & aliorum authorum, & modernorū.
& est inter uulgares nostros tanquam præceptum ob-
seruatum, quòd si cibare oportet; illud fiat per horas sex au-
te paroxysmū. & sit cibus subtilis, cito digestibilis, actu ca-
lidus: & in die interpolationis uberius reficiatur.

Et ex cibus commendatis sunt carnes arietinæ iuuenes,
& à proprietate: item perdices, & carnes temperatæ supra
quarto capitulo: item columbi iuuenes, maximè elixati, tur-
tures, oua mollia. & ex fructibus, qui sunt calidi humidi; ut
passulæ, amygdalæ, & huiusmodi quarto capitulo. laudatur
pepo, laudantur persica, & maximè quando comeduntur cū
rectificantibus: ut cū uino bono fuerint prius infusa, & ma-
ximè quando corpora sunt munda, in quibus non timetur
putrefactio: item ipsa præparata cum melle, & aniso. & de
regimine bono est continuatio deliciarum quietis: & ab-
horre exercitiū, motus corporeos, & animales. unde hæc
febres omnes humectatione indigent. quòd, si aliquando
comeduntur exiccatiua calida; ut porrum, raphanus, & fina-
pi; hoc erit post digestionem materiæ, et in pauca quantita-
te: non ut exiccet; sed ut stomachum confortent, materiā
incidant, & abstergant, & solutionem uentris stimulant.

virtutem inducant: & hoc maxime quando timetur caliditatis augmentum, propter quod in cholericis, & quæ est ex adustione sanguinis, non uidentur sic competere, ut in ea quæ est ex phlegmate. De potu die paroxysmi ab aqua abstineat Aui. In quartana conuenit uinum album, tenue, in uigore medium, & lymphetur secundum exigentiam potestatis eius, ætatem, consuetudinem, tempus anni, & huiusmodi. sed scito, quod nouum clarum magis humectat, uetus non exhibeatur, nisi post signa digestionis, & lymphetur, ut dictum est, si non fuerit oppilatio in hepate, aut splene. & quia ex habitis facile comprehendere potes, quomodo reliquæ res non naturales se habere debeant; hinc ab earum particulariori effusione supersedeo: & ideo maxime quoniam in particularibus dicendis uniuersalia comprehendent.

Pro secundo, qui est uentris lenitio, dicatur, ut Auic. Et fiat lenitio naturæ in principio cum eis, quæ sunt, sicut illud, quod ex uolis, aqua casei, & polypodio, aut syrupo acetoso cum epithymo, aut cassia cum aqua fumiterræ, & lupulorum, aut aqua casei: est enim bonum uehiculum in medicinis, quæ dantur in ea: imo quandoque ipsa sola sufficit; & maxime in notha, & etiam fiat cum his, quæ humectant, & materiã ipsam aliquantulum respiciant: de quibus plenè supra in radicibus uniuersalibus, & quinto capitulo.

Pro tertio dicatur, quod omnes conueniunt in humectatione: ex parte autem qualitatum primarum disconueniunt, ut infra suis patebit locis. & de digestiuis ipsarum secundum diuersitatem earum habitum est quinto capitulo. & tu ibi tu tamen hic attende dictum Isaac: inquit. Cũ quartana fiat de materia grossa; oportet ad duo prouidere: primũ, ne detur in principio res multum calefaciens: ne inde multum calefiat materia, & duæ deinde febres generentur: una acuta continua, & alia interpolata: nam sic esset periculosum: quoniam uirtus non potest simul sustinere morbi prolixitatem, & eius acumen. secundum, ne dentur refrigerantia, ne congeletur, & induretur materia, & inobediens fiat digestionis, & ægritudo prolongetur. ideoque aqua cruda non competit, & similia. & dictum fuit gradata digestio: quoniam oportet, ut à debiliore ad fortius procedas: quoniam materia est difficilis digestionis: ut supra de phlegmatica. propter quod oportet, ut cum digestiuis eius procedas pluribus diebus: nam, si quæris eius euacuationem ipsa non bene prius digesta; reddetur inde præuor, ut Gale. & debet esse digestiuum, subtiliatiuum, aperitiuum in qualitatibus primis moderatum, ut materiæ conueniet; & ut infra suis rubricis. unde Auic. laudat mel ros. cum syrupo acetoso, & aqua hordei: & hoc in principio. & ualet hic potus datus bis, uel ter in die paroxysmi loco potus: nam sitim extinguet, & materiã digeret. consimiliter ualebit in die interpolationis exhibitus: sed in die paroxysmi detur quatuor horis, uel tribus post cibum ad minus. istud est commune digestiuum, tu tamen ordina, ut uidebitur expedire ex habitis quinto capitulo. & in hyeme fiat cum melle, & pauca aqua hordei: in æstate uerò cum zuccharo, & multa aqua hordei: & tu complexionem, & ætatem consimiliter considera. item, cum trãsis ad fortius digestiuum; da tale, quod sit aperitiuum, subtiliatiuum, & incisiuum, temperatum in actiuis, declinans tamen ad calidum, ut decebit, & humectatiuum, ut, 5. colliget. item & spleni appropriatum; quia est huius materiæ receptaculum. & ipse quidem splen medicinas fortiter aperitiuas sustinet absque nocumento; ut sunt scolopendria, tamariscus, cortices capparum, & hmoi. & digestiua liquida sunt conuenientiora; quia oppilationes sunt fortes, & liquida per eas melius penetrant, ac facilius.

Pro quarto dicendum, quod in principio competit minoratio. unde Auic. uerum omnibus suis sunt indicia, quibus comunicant. & illum est, quia ipsæ omnes minuuntur in principio: & hoc tam ex parte phlebotomiæ, si conuenit, quam pharmaciæ. & hic canon ex sequenti apertus erit.

Pro quinto dicendum Mesue allegato loco primò, quod multam, & subitam non faciamus euacuationem: sed per interualla habentem temperiem, ut natura euacuationem regulet, & non euacuatio naturam. fiat itaque; ut de phlegmatica dictum est, paulatina euacuatio. secundò quod medicinæ solutiue sint commensuratae non recedentes à gra-

du medicinarum benedictarum, siue incolumnium. tertio, quod non spolientur à re humectante: nam operatione beatificant. quartò quod à splene euacuent: quoniam melancholia est receptaculum, propter quod cum ipsis commisceantur, quæ splenem ipsum respiciant. & quia euacuatio completur pro nunc phlebotomia, uomitu, & medicina; hinc de his seriatim dicendum, & de phlebotomia primò: nam, ut in præcedenti canone istæ euacuationes debent esse minoratiuæ. & ideo bene considera pro complemento eius, & præsentis.

Quid est minoratio, & eradicatio in radicibus est declaratum. Phlebotomia itaque in hac conuenire uidetur in tribus casibus: primus, ubi quartana fit ex sanguine adusto: secundus, quando est melancholia sanguini admixta; tertius, quando corpus esse plethoricum, & ratione ipsius competit ipsa phlebotomia. sed hic aduerte, quod si fiat, & non conuenit; uehementer lædit. unde Aui. Et, quando non est necessaria phlebotomia; tunc phlebotomia est nociua, in quantum debilitat, & in quantum educit contrarium melancholiae. unde magis incrudatur melancholia: & in quantum mouet humores ad exteriora; quia ipsa phlebotomia trahit humores circa locum phlebotomiæ, & ad extra. & ideo, quando materia non est apta per phlebotomiam moueri; cum ipsa iaceat circa uenas splenis, & hepatis, ipsa commouetur & agitur, & uersus cutim, & carnem mouetur. unde sic ipsa distat magis à locis euacuationi aptis. scilicet à uenis meseraicis, & locis intestinorum. & sic impeditur eius debita euacuatio. & iuxta hoc nota, quod phlebotomia trahit ad intra sanguinem in cute existentem. & ideo uituperatur phlebotomia in uariolis, & uenenis. trahit autem & secundò à profundo corporis ad locum phlebotomiæ. propter quæ cessant argumenta hic de prædictis moueri solita. secundò aduerte, ut Rasis. 13. continentis autoritate Gal. quod cum phlebotomiam facies in quartana, debes sanguinem considerare: quod, si fuerit niger, & spissus; securius euacuare poteris inspecta ætate, uirtute, &c. quod si tenuis, siue subtilis fuerit, & rubeus; mox reprime, & uenam constringe: quoniam talis est sanguis bonus, per cuius euacuationem debilitatur uirtus. & dixit Gale. ad Glauconem; quod, quando patiens est iuuenis, & corpus repletum; phlebotomia una uice post aliam. & possibile, ut hæc sola cura sufficiat. & uena phlebotomanda est basilica sinistra. & de his omnibus particularibus in de cura eius, quæ sanguinea scribitur. conuenit quandoque in declinatione phlebotomia: primò; quando est in sanguine inflatio, aut ex usu medicinarum calidarum, aut ciborum etiam ipsorum copiositate: & sic de aliis. nonnulli pro secreto tenent phlebotomiam basilicæ sinistrae factam in hora coniunctionis lunæ punctuali, & dicunt se multos curasse. & ego aliquando feci, & bene successit, uidelicet maxime sanguinea. & huius causam considera. quidam ut Ferrarius consulit, ut fiat in secunda ætate lunæ de saluatella sinistra.

De euacuatione autem minoratiua dicatur, quod, cum melancholia non sit humor repletionalis multum, ut phlegma, & ineptissimus motui, & euacuationi in principio principii non competit minoratio, ut in phlegmatica; sed bene in principio; quia circa medium eius, quando. scilicet aliqua incipit apparere digestio. & ideo dicebat Auic. illud. n. apud digestionem est, ut ly apud dicat ultra principium principii. quod si queratur, qua die dandum est minoratiuum; dicendum cum Aui. quod per diem ante accessionem: quia tunc est uirtus magis confortata supra debilitatem, quam recepit ex præcedenti paroxysmo. secundò, quia materia melancholica incipit tunc coadunari, & aliquem motum habere pro sequenti paroxysmo in locis, in quibus, & non ad alia loca. & hæc maxime conferunt ad euacuationem. multi tamen sunt casus contingentes, quibus oporteret aliud tempus eligere: sed regularius sic operandum. quidam dederunt in principio paroxysmi medicinas fortes educentes melancholiam, & similiter in principio principij, & eis successit, quos minime sequi debes. unde Auic. Sed est rectum ab errore. i. medicus sic operans regitur cum errore, uel rexit se erroneè, sicut duci exercitus aliquando erranti bene succedit: non tamen laudandus; nam liberatio huius quartanarij fuit casualis.

Phlebotomia cur non competit in uenenis & uariolis.

causalis, & indiuidualis; quoniam in alio deterius contigisset. & ut supra aduerte, quod medicinae non sint fortes absolute: sed fortes debiliter, ut supra de phlegmatica. tu itaque procede gradatim in euacuatione, ut de phlegmatica dictum est. De uomitu. uomitus est euacuatio propria in febre melancholica, & proprius in phlegmatica, ut infra: quoniam stomachus est lacuna, & receptaculum phlegmatis, & ad ipsum peruenit melancholia praecipuo diuino, ut Aui. de humoribus. & Aui. Est de rebus iuuantibus in ea, & non in principio tantum: imo in omni hora, & in paroxysmo cuiuscumque humoris factus, ut dicitur: nam sic alleuiat paroxysmum, aut eradicat eum Aui. sed dices. 4. aphor. docet Hippo. melancholicos per inferius euacuari. amplius fortior est euacuatio per uomitum, quam per pharmaciam, quae in principio paroxysmorum omnino prohibetur, &c. dicendum, quod uomitus in principio paroxysmi factus, ut dicitur, alleuiat, siue minorat, aut eradicat paroxysmum ut supra de radicibus. & causa est; quoniam materiae, quae sunt in stomacho quartanorum multiplicatae propter nocentem digestionem stomachi ex causa febris, & roritate eius ad stomachum, per ipsum euacuatur quae erunt, ut causa fouens febrem, & accidentia eius. secundum; quoniam multae materiae melancholicae habent fundamentum in quartana circa loca splenis; cum ipse sit melancholiae receptaculum proprium, & illa loca stomacho communicant propter multas uenas magnas. in die ergo paroxysmi humor melancholicus incipit moueri in locis illis, & suo motu propelli ad extra uenas. unde per uomitum materiae melancholicae sic diuertuntur, & trahuntur ad concauitatem stomachi, & intestinorum. quare per ipsum uomitum minoratur, & aliquando eradicatur paroxysmus. facit propter eandem causam uomitus ad remotionem rigoris diuerso sic humore, & prohibito effundi super membra sensibilia. & tu considera. sed quares, non ne fenna, aut aliquod tale in principio paroxysmi exhibitum idem operaretur; dicendum primo, quod pharmacum non potest quo ad suum effectum regulari, ut uomitus: ut quod eius operatio cito, uel in toto tempore fiat ante aduentum paroxysmi. item quod non fiat per eum in toto remotio, sicut de uomitu: nam per pharmacum commouetur non solum humores, qui sunt in stomacho, uel stomacho propinqui: sed & hi, qui sunt post hepar. unde in toto fit magna commotio, qua accidit infirmis debilitas non parua: cui si succedet paroxysmus amplius debilitans; malum. haec autem ex uomitu saltem leui non consequuntur. dico leui: quoniam fortis ex eisdem causis in principio non conuenit. & ideo fit uomitus cum decoctione raphani, aut seminum eius ad maius. sed incipe a faciliore; ut a syr. acetoso, uel oxymelle cum aqua, ut supra de phlegmatica, & in de radicibus. & tu ibi. fortis autem, ut cum elleboro factus, aut lapide lazuli fiat in die quietis. & tu ad ipsum faciendum bene considera. Hora autem factionis eius est hora una, uel media uel circa ante paroxysmum, uel prope inchoationem typi, ut uidebitur tibi. item ad faciendum uomitum facilius datur prius sicut siclam, allium, porrum, sinapim, pisces salitos, & huiusmodi, quae habent abstergere, incidere, & subtiliare: & hoc in pauca quantitate, & cum alijs remittentibus illa propter febrem. deinde cum aqua tepida, & syr. acetoso fac uomitum, uel cum decoctione raphani, uel semine eius, si uis fortius. & plures tentauerunt liberare hac uia quartanarum: quia, si patiens magna cum difficultate, aut periculo uomitum faceret, quia stricti pectoris esse, & huiusmodi; tunc ab eo abstinere. item sis memor, ut supra, quod proprius ualet in quartana phlegmatica. quidam uomitum faciunt cum uino, ut fecit Forliuensis noster: quidam cum aqua, & uino. unde oportet te in his moderare habito respectu ad febrem, ut febris est. quidam laudant uomitum in augmento febris factum, & dicunt ipsum plus ualere ad materiae minoracionem, quae iam in principio mota est, & iam accepit aliquam digestionem. considera: nam & ipsum sic approbo.

Pro sexto confortentur membra nutritiua iam dicta cum unctionibus, emplastris, cerotis, confectionibus, trochiscis, electuarijs, potionibus, & huiusmodi, ut ipsa exigit dispositio: quae omnia quae renda sunt a te proprijs capitulis in tertio occurrendo diuersimode secundum causarum diuersitatem. & pro nunc tantum dicatur, quod tua sit sollicitudo cir-

A ca corinuplum confortando cum rebus generantibus in eo mineram gaudij, secundum quod attentus sis hepatis: quoniam ipsum est causa principalis adustionis, & conuersionis humorum in melancholiam. tertio, quod cognoscas ut supra, quod splen est receptaculum eius, quod aduritur. & auctores conueniunt ordinare trochiscos. has comprehendentes intentiones ex aperitiuis calidis, & frigidis mixtis eorum membrorum hepatis scilicet, & splenis confortatiuis: ut sunt succus eupatorij, scolopendria, spodium, lactuca, endiua, semen portulacae, semina frigida maiora, anisum, foeniculus, & huiusmodi. & dicit Auicenna. Oportet, ut seruentur splen, & hepar, & regantur taliter, ut non indurentur: nam in hac febre multum studere debes humectationi. & sermo eius complebitur cum prohibentibus oppilationem, & consimiliter de stomacho inquit. Oportet, in eis obseruetur stomachus cum emplastris bonis confortantibus, quae sunt inter uirtutem caliditatis, idest, intensam caliditatem, & subtilitatem, idest, remissam: quoniam dispositio eius quandoque indiget calidioribus: quandoque remissioribus: quandoque medijs. & tu considera.

B Pro septimo, & est prouocatio, dicendum, ut in radicibus, quod in principio, quia materia non ente digesta, fortiora non competunt prouocatiua. & ideo dicebat Auicenna. Non oportet, ut fiat prouocatio scilicet urinae in primis, quia in principio cum fortitudine, quia diuretico forti: nam haec dimitti debent, ut in canonibus generalibus usque ad digestionem manifestam, & plures euacuationes. dicendum secundum, quod leuia concedi possunt post paucos dies a principio, ut excludantur materiae communes in uis uirialibus, & locis sibi affinibus inuentae. tu itaque in decimo, uel duodecimo die poteris eis uti leuibus, & cum trinas feceris euacuationes cum digestiuis suis iam manifeste apparente digestionem; dare poteris prouocatiua fortia, etiam in eis gradum ponendo, ut de digestiuis, & solutiuis dictum est.

C De prouocatione sudoris dicatur, ut uisus est uelle Auicenna. quod in principio uniuersali, siue particulari medicus non debet presumere recte operando dare prouocatiuum sudoris: est enim fortius, quam prouocatiuum urinae, ut in radicibus. quod si contingat aliquando ex eius tali exhibitione infirmum liberari; hoc enim rectum est ab errore, ut supra expositum est de euacuatione. & ego uidi tales, qui certe aliquando euacuauerunt: dico multos suis diebus cum prouocatiuis sudoris exhibitis in principio quartanae uniuersali. quod forte euenit aut paucitate materiae, aut indiuiduali proprietate: nam est uerisimile, ut ex eo sic prouocato aegritudo prolongetur: quoniam fit in materia commotio, & fluxus bonae ad locum malae, ubi commixtae adaugent morbum, sicut de balneo dicitur. & sic aegro deterius contingit. item fit resolutio subtilis, & ingrossatur materia, & sic grossa remanens difficilius digeritur. & tu quare alias causas supra in radicibus de prouocatione sudoris.

D Quidam dant post tres euacuationes uinum decoctionis menthaltri cum permixtione drach. i. uel. ij. theriacae, & drach. iij. aquae uitae. & hoc per mediam horam ante accessionem. & est uinum calidum, & bene cooperiunt eos. & sic faciunt ter, uel quater, ut uidetur eis expedire. & sic eos liberant.

Quidam idem operantur cum aqua uitae, & puluere garyophyllorum.

Quidam dant uinum purum aromaticum cum puluere gentianae calidum, & est secretum socij mei, quo dicit se plures curasse.

Nonnulli secreto tenent, quod dictum est de phlebotomia supra.

Alij faciunt ignem accendi clarum, & exponunt patientem ei, & bene cum prius calefaciunt ante, & retro: & hoc per horam ante paroxysmum. deinde inungunt dorsum totum a nucha usque ad finem spondylium cum oleo rutaceo, cinnamomo, garyophyll. & pauco croco. deinde superponunt pannum calidum. postea dant ad bibendum unc. xvi. uini maluatici calidi cum cinnamomo, & gentiana puluerizatis, & sic dimittunt eum stare coopertum pannis circa ignem

ignem, & procedunt ut ceteri. dixit Gentes noster. Nos autem ad quartanam nullum experimentum secretum habuimus; sed curauimus cum canonibus predictis: cum quo usque nunc permansi & ego: sic ergo sudoris prouocatiua non dentur nisi post manifesta signa digestionis apparentia, & multis inde precedentibus euacuationibus. Gordonius noster multum laudat succum calamenti ante accessionem exhibitum: curat. n. omnem quartanam.

Pro octauo dicendum, quod in resoluendo residuum materiei competit balneum, quod non debet fieri nisi in declinatione manifeste uniuersali ipsius febris, quo tempore precesserunt multae, ac plurimae euacuationes. Balneum tamen apud nos non est multum in usu, sed de ipso infra de quartana cholericam. item competit ad hoc medicamen calidum resolutiuum exiecatiuum; ut theriaca, mithridatum, diatrion perpereon, diacalamentum, & huiusmodi. sed tu debes esse attentus, quod in cholericam, & sanguineam, theriaca, & huiusmodi sunt suspecta, ut infra de eis. unde ante digestionem nocent; quia aliquando materiam multiplicam eam, & maligniorem faciunt. & sic possunt duplicem quartanam, & alias aegritudines melancholicas facere, & fortassis septimus conplebit octauum.

Pro nono, qui est correctio accidentium, dicatur in praesentiarum, quod accidentia, quae corrigere oportet communiter in quartana, sunt nocumeta splenis principaliter; quia consuevit accidere oppilatio, induratio, apostematio, & huiusmodi. unde deinde fit quartana prolongatio. & consequenter fit hepatis dyscrasia, & stomachi: quoniam nocumetum suum comunicat hepati, & stomacho: nam splen sic ex multa materia frige factum frigiditatem comunicat stomacho, & digestiuam eius sic debilitat: & hepar consimiliter: item quia propter oppilationem in hepate remanet plus, quam deberet de melancholia, quae ipsum dyscrasiam, & ideo attende ei, & remotioni malae suae dispositionis, aperiendo, confortando, prouocando, resoluendo, ut exigit dispositio. & cura eorum ut supra suis requirant capitulis.

Consuevit & rigor, siue frigus ipsum multum egrum molestare. propter quod attende eius remissioni, occurrendo per horam, uel circa ante paroxysmum cum pannis calidis extremitatibus applicatis; item cum applicatione laterum calefactorum, aut alterius instrumenti tenentis caliditate: item etiam cum fricationibus, ut supra de phlegmatica. & tu ibi. item cooperiendū egrum cum pannis multis: ite inducendū uomitum: nam Auic. est inuatiuus ad illud. & dicta ex causa. quidam operantes sic faciunt fieri fricationes prius: deinde cooperiunt egrum pannis multis, & extremis applicari lateres, siue tegulas calidas, & panos. quidam inungunt dorsum prius cum oleo rutaceo, & huiusmodi. tu itaque operare aggregando ex his, ut uidebitur. & pro his supra de acutis de rigore.

De canone, qui est alteratio nihil aliud, quam de ipso dictum est in de phlegmatica. & tu ibi.

SIMPLICIA, ac composita digestiua, & solutiua habuisti supra. 5. cap. & de ipsis particulariter secundum particulares materias. uerum hic tantummodo de his, quae a proprietate, & de expertis mentionem faciam.

Semen hyperici cum uino datum quartanam soluit, & est expertum. & tu scis ex positis supra, quod talia debent dari ante accessionem per horam cum media, uel circa. ideo operatur nepita cum puluere data cum aqua calida. ite mille folium cum uino laudat Auic. affam. & ex expertis. Recip. affa foetida, foliorum ruta, piperis longiana 3. ii. confice cum melle. detur ante accessionem. item baccharum lauri 3. i. zinziberis 3. 5. fiat puluis, de quo ante accessionem detur 3. ii. cum uino subtili: deinde cooperiatur infirmus, & pannis calidis, & tegulis calidis appositis sic dimittatur. quidam mihi dixit se pluries fuisse expertum 3. i. gentianae cum uino subtili.

Quidam conficiunt unguentum hoc. Recip. theriacae 5. ii. spicae nardi 3. i. gariophyl. 3. i. 5. olei antiqui, uini optimi ana 3. ii. bulliant super prunas: de quo unguento inungatur dorsum, & spina tota ad ignem magnum. deinde cum pannis calidis cooperiatur. & postea dabis uinum subtile decoctionis gentianae calidum cum modico zucchari, uel con-

fectionis Adriani descriptione Nicol. idem operatur unguentum aragon Nicol. sed bene considera tenorem uirtutis: quoniam in talibus oportet egrum fortem esse. quatuor grana, uel folia trifolii ante accessionem cum uino bibita quartanam tollunt. Auic. Idem operatur 3. i. pulueris cranei humani, & quidam me docuit pro magno secreto. idem confirmatur, si cum hoc teneatur magna pars cranei sub asella sinistra iuxta cor. cor leporis recenter mortui collo suspensum, uel brachio sinistro quartanam tollit.

De cura quartanae nothae, siue non uerae initium facies a cura quartanae sanguineae. Rub. 3.

ET, ANTE QUAM ad curam eius accedam; aliquos hic annotabo canones speciebus ipsis omnibus conuenientes. Canon. in quartanis non ueris talibus per adustionem conueniens est humectatio, in quo quidem omnes nothae tales conueniunt.

Secundus, quod ubi fuerit quartana non uera non ex adustione, sed alterius humoris commixtione; debet humectatio haec considerari: quoniam in quibusdam minor conuenit; & in quibusdam maior. exemplum primi, ut quae ex sanguine, aut phlegmate: exemplum secundi, ut quae ex cholera, & melancholia.

Tertius, quod secundum plurimum est humectandum in non uera: quoniam ut plurimum ex adustione cholerae fit quartana ipsa.

Quartus, quod medicinae liquidae in ea, quae ex adustione est, conuenientiores sunt solidis, ut supra.

Quintus, quod ante euacuationem faciendam debemus expectare apparitionem digestionis: quoniam materia ipsa difficulter digeritur, & euacuatur. & ideo nisi per septimanas danda sunt solutiua. consimiliter & euacutiua debent esse facilia, ut in precedenti rubrica.

Sextus, quod sicut tardatur euacuatio, & expectatur super digestionem; ita expectare oportet super prouocationem.

Cum itaque ad curandam sanguineam accedes; debes diligenter considerare, an sit talis per admixtionem sanguinis cum melancholia, aut ex ipsius sanguinis adustione, ut causam ipsius diligenter cognoscas: quia cognita te ad canones referas, ut in precedenti rubrica ex parte dietae, lenificationis, digestionis, euacuationis, confortationis, prouocationis, resolutionis, & suorum accidentium correctionis.

Et pro primo scito, quod dieta debet ordinari ad contrarium cause. & ideo in sanguinea ex adustione frigidiora, siue remissius calida conueniunt, quam in ea, quae ex admixtione sanguinis fit. unde primo aerem corrige, ut dicetur statim de ea, quae est ex adustione cholerae. uerum adhuc frigidior competit in ea, quae est ex adustione. & ideo lege, quae in sequenti rubrica scripta sunt. & te modera, ut opus erit.

Pro secundo leniatur uenter, ut in sequenti dicetur moderando proportionabiliter, ut de dieta actum est.

Pro tertio uero dicendum, in ea non fit ea expectatio in digestionem ut in ceteris. & ideo potest transire immediate ad euacuationem per phlebotomiam. & ideo, si repletionem comprehendis in toto, & in hepate magis; fac phlebotomiam primo ex basilica dextra proportionalem repletioni, uirtuti, & tati. quod, si repletio fuerit magis in splene; euacua ex basilica sinistra cum proportionem, ut dictum est: deinde redeas ad lenitionem: postea fac euacuationem cum medicamentis sanguinem, cum lupulo, capil. ue. boragine, fumoterra, epithymo, agarico, myrob. citrinis, cassia, fenna, chebu. & huiusmodi ut supra. 5. cap. & hic nota, quod secundum Mes. non uidentur reducere melancholiam: sed secundum Auic. sic considera.

Post autem euacuationem potes ordinare digestiuum ex endiuiam, buglossa, floribus boraginis, fumoterra, niolis, lupulo, & huiusmodi, acetosando ipsum, ut uidebitur. & scito, quod zuccharum, & mel in casu nostro remouent nocumetum aceti: & de his. 5. cap. ubi habes, & digestiua, & solutiua tuo proposito conuenientia. tu itaque procede de debili ad forte, & pluries usque ad eradicationem.

Confortatio fiat cum electuariis, confectioibus, trochiscis. ut in precedenti rubrica, etiam in alijs epithemando eor.

in administrando prouocatiua, & reliqua, ut in præcedenti rubrica, & in sequenti latius dicitur. postremò scito ut Aui. Et hoc quidem genus uelociter. s. respectu aliarum quartanarum recipit curationem.

Quid autem dicendum sit de accidentibus animæ, & reliquis non naturalibus, patet ex dicendis in sequenti rubrica. quare ad eam te transferas.

Ex digestiuis usualibus. Recip. syru. acetosi simplicis ʒ. i. syru. uiolati ʒ. ʒ. aquæ ediuicæ, capillorū ue. lupulorū ana. ʒ. i.

Quòd si uis magistrale; sic facias. Recipe endiuicæ, lupulorum ana M. i. florum boraginis, buglossæ, uiolarum, bedeguar ana M. ʒ. decoquantur in lib. iij. aquæ ad consumptionem tertiæ partis, & cū lib. i. zuchari, & ʒ. i. ʒ. aceti fiat syrupus longus, de quo accipiat ʒ. iiii. pro uice.

Ex solutiuis da leuiora, quàm in aliqua alia specie: ut uerbi gratia, Recip. cassiæ, uel mannæ ʒ. i. ʒ. rhabarbari triti ʒ. i. syrui uiolati ʒ. i. spicæ gra. iij. extrahatur cassia cum decoctione capillorum ue. uiolarum, passularum, lupulorum, cucutæ, tamarindorū, iuiubarū. & dosæ, ut uidebit expedire.

Vel recipe diaprunis nō scamoneati ʒ. i. electuarii de succo rosat. ʒ. ii. da cum decoctione prædictorum.

Ex pilulis conueniunt communes, & aliæ ut suprâ. 4. capitulo. ualet & decoctio fumiterræ Mes.

Vel sic. Recipe rhabarbari scrop. iij. myrobalanorum citrinorum, indorum ana ʒ. i. epithymi, fumiterræ, folliculorū sennæ ana ʒ. i. puluerizentur: deinde.

Recip. spicæ scrop. ij. & cum eis infundatur rhabarbarū in uino aromático: frixentur cum oleo amygdalarum dulcium, & ipsis exiccatis sint pilulæ cum electuario succi rosat. dosis ʒ. i.

Ex confectionibus conuenit confectio, Recipe margaritarum albarum scrop. ʒ. fragmentorum hyacinthi, smeragdi, sapphyri añ. gra. ij. terræ sigillatæ gra. iij. serici crudi sufficienter scrop. ʒ. sandalorum rubeorum ʒ. ʒ. fiat confectio cum ʒ. vii. zuchari albissimi, cum aqua buglossæ, endiuicæ, & rosæ. ana. Item ex prædictis margaritis cum speciebus diarhodon abbatis fieri potest confectio, & tu describe, & maximè in fine augmenti, & status. Conueniunt manuscripti perlatum, triasandali, maximè quando est notabilis inflammatio.

Electuariū. Recipe zuchari buglossati, boraginati, uiolati ana. ʒ. i. manuscripti perlati. ʒ. i. ʒ. triasandalorum ʒ. ʒ. incorporentur, & deaura.

Ex pulueribus prædictorum fac trochiscos, qui tamen non sunt in usu: sed de ipsis pilulas fac, ut de pilulis suprâ.

Cordialia fac epithemata, & similiter hepatica: & hoc ubi flamma sit notabilis. unctiones etiam membris læsis ut suprâ: nam ad oppilationem splenis sequitur debilitas stomachi, & hepatis, & prolongatio febris.

De expertis, & à proprietate talibus dictum est in secunda rubrica de melancholicis.

De cura quartanæ cholericæ. Rub. 4.

CANONES. In hac competit infrigidatio, & humectatio maior, quàm in reliqua alia quartana: quoniã materia est calidior.

Ordinatio diætæ primò ex parte aeris. sit temperatus ad frigidum parumper declinans, ne in calore superfluens intensionem faciat in cholera: similiter neq; superfluè frigidus, ne poros claudat, & intrinsecus faciat ebullire, & ne adustionem grossi prohibeat. debet & ad humidum declinare: ut caloris incendium remittas, & exiccationem ulteriorem prohibeat: quem aerem in hyeme facile est inuenire: aliis autè temporibus oportet ipsum rectificare. & modum rectificationis eius quære suprâ de pestiferis.

De motu, & quiete. non confert motus cum ad incitationem, seu caloris excitationem faciat: tamen in die quietis per cameram leuis fieri potest. & loco eius etiam in die paroxysmi; quia in declinatione, fiant leues extremitatum frictiones. unde Auic. deliciarum cōtinuatio, & quietis, qui est de regimine eius bono.

De somno, & uigilia. plus competit somnus, & debet esse copiosus. considera tamen ætatem, consuetudinem,

A & huiusmodi. Inanitio, & repletio. competit moderata superfluitatum euacuatio, & euitetur oris superflua inanitio. consimiliter, & repletio superflua ex parte cibi, & potus. euitetur coitus, nisi patiens esset multum consuetus, & retinuerit sperma aut propter timorem, aut Dei reuerentiam.

Accidentia animi confert temperatum gaudium, aspectus delectabilium, & breuiter quæ sanguinem clarificant, & floridant. euitentur quæ sanguinem adurunt, calefaciunt, & exiccant: ut ira, rixa, & huiusmodi. de timore dicit Rasis. xvi. continentis, quòd fortis timor, siue terrefactio, & subito factus quartanario improviso, frequenter eum à febre liberat: ut improvisè eum aggredi cum ense euaginato, aut super ipsum proiicere serpentes dentibus prius euulsis: aut ipsum de loco alto proiicere in aquam ipso improviso, ut factum fuit Marchioni Estensi, & ita de aliis: nam existimatur subita reuocatione calor ita eum fortificari, ut possit materiam feb. sic ex timore agitatum, & commotam consumere, aut ad extra pellere. quòd maximè ueritatem continet, quando speratur materiam esse paucam subtilem, ut in cholericis: aut quando hoc fieret paucificata materia per multas euacuationes. & tu considera. hic modus raro, & à paucis obseruatur, & est opus prudentis, & experti medici.

Et quia de balneo hic suprâ promissum est; idè de eo sic dicatur, quòd balneum administratur ratione duorū: aut. s. humectationis tantum: & tunc debet patiens in eo poni ante diem accessionis, in quo nullo modo sudare debet. datur autem, ut resistat exiccationi humoris, & non ut ipsum commoueat. & quidam hac uia processerunt in curatione quartanæ administrando bis in die, ut materia sic mollificata in die paroxysmi citius expellatur: est. n. apud eos digestiuum optimum, & dicunt infra mensem quartanam curare. secundò administratur gratia resolutionis ut suprâ. & non nisi ut Serap. ablutio autem non administratur, nisi sit sufficientia super paucum. s. materiæ, de cuius paucitate est spes, quòd ipsa resoluet, quòd supple continget præcedentibus multis euacuationibus. unde Almanf. Si ultra. 80. dies ægritudo prolongata fuerit; æger balneum ingrediatur, & sudet in eo: non tamen in die accessionis. & Auic. Si fuerit digestio. s. completa, & ægritudo iam in declinatione, & præcesserint plures euacuationes minoratiuæ; ingrediatur balneum in die. s. ante accessionem. quòd si humectatiuum; competit maximè in casu isto, & etiam suo tempore resolutiuum. considera.

De cibo, & potu. debent moderari, & declinare ad frigidum, & humidum, ut de aere dictū est. & similiter carnes alterentur cū endiuia, boragine, & huiusmodi, ut uidebitur expedire: nam temperata, & ad humidum declinantia sunt cōuenientia. conueniunt pisces elixi. & ita dicatur de alijs ex parte diætæ sumptis. & tu ad capitulum quartum recurre.

Pro secundo leniatur uenter ut suprâ in canonibus generalibus cū uiolis, aqua casei, polypodio, epithymo, & huiusmodi, & teneatur uenter lenis.

Pro tertio dentur digestiua appropriata subtiliatiua, & incisua, in gradu non eleuata, ut suprâ. ʒ. cap.

Pro quarto dentur solutiua appropriata in forma liquida, ut suprâ, aut pilulari; si aliter accipere nō poterit, de quibus. ʒ. cap. Et scias, quòd aqua casei est bonum uehiculum. Aui. & idè dabis solutiua; ut cassiam, & hmōi cum aqua casei. tu itaque procede de debili ad forte gradando in digestiuis, & solutiuis. & nota, quòd solutio eius integra. i. eradicatoria apparet post. xx. dies: quoniam digestio apparet in ea, Aui. unde Gordonius in eo tempore est status ægritudinis: item sis memor de eis, quæ suprâ de uomitu dicta sunt; nam in hac etiam multum conuenit facilitate cholera ad exitum per superius. quòd si comprehendes ex urina, & alijs sanguinem esse melancholicæ tali commixtum; tunc phlebotoma ex basilica, aut saluatella habito respectu ad ætatem, complexionem, consuetudinem, &c. quæ ut suprâ sæpe in omnibus considerare debes.

Pro quinto confortetur membra nutritiua: ut uerbi gratia, primò splen. Recipe oleorum de capparibus, uiolati, aceti ana ʒ. ʒ. seminum portulacæ contritorum ʒ. i. scolopendriæ

driz. ℞. ij. & cum cera alba fac unguentum.

Cōsimiliter stomachus maximè. si in eo apparuerit phlegma, ex oleo ro. corallis, coriandro, & lambrusca: item eshibendo ad intra succum granatorum, & huiusmodi.

Cōsimiliter cordi applica epithema dando per os etiā cordialia secundum imminentem necessitatem, secundum tempus corporis, habitudinem, uirtutis tenorem, & huiusmodi ut sæpe: secundum quas conditiones omnes, nisi prius medicus informatus fuerit, impossibile est benè describere. & idè tu ad sua loca recurras describendo, ut decebit.

Tempore autem actualis paroxysmi fiat, ut dictum est in præcedenti rubrica, ex parte cibi, prohibitione somni, ut in canonibus generalibus applicatione calidorum propter frigus, & rigorem, & adueniente augmento conueniunt fricationes, ut materia subtilietur, & citius ad statum, & declinationem ueniat. neq; regulariter tunc competit potus infrigidatiuus: quoniam ingrossat materiam.

Quòd si siti molestabitur; colluat os suū aqua hordei, aqua zuccharata & conueniunt magis calida: item in statu granata muza, & huiusmodi.

Item Recipe zucchari uiolati, buglossati, boraginati, manuschristi perlati commiscendo hæc, aut seorsum dando cum aqua cocta.

Item confectio cordialis ex lapidibus cordialibus cum margaritis facta, & huiusmodi.

Quòd si uideris renum caliditatem, aut infirmum nimia siccitate extenuari; tunc inunge dorsum. & cōsimiliter, si uigilias pateretur, aut aliquod aliud accidens; recurre ad propria capitula, & succurre, ut exigit dispositio.

Pro sexto & alijs sufficiant, quæ dicta sunt in præcedenti rub. & in ista: nam prouocantia in hac debet esse remissi caloris respectu aliarum, ut patet.

Digestiua simplicia, ac composita quære allegato loco, & ex consuetis.

℞. Syru. uiolati. ℞. i. acetosi simplicis. ℞. s. aquæ endiuia, buglossæ ana ℞. i. s.

Sy. magistralis in augmento, & in alijs temporibus uales ℞. endiuia M. i. florum buglossæ, capillorum ue. spinæ albæ, fumiterræ, lupulorum an. M. s. passularum. ℞. s. fiat decoctio in li. iij. aquæ ad consumptionem tertiæ partis, & in fine addas. ℞. s. epithymi: & cum li. i. zucchari, & ℞. iij. fiat sy. lōgus, & adde aceti ℞. iij. & cum aquis sublimatis prædictorum ordinata digestiua, etiam cum abhorretur sy.

Ex solutiuis. ℞. casia. ℞. i. confectiois hamech. ℞. ij. extra hatur casia cum decoctione passularum, florum buglossæ, niolarū, tamarindorum, prunorum, & hmōi. & hoc adde, ut supra q̄ melior est medicina liquida, q̄ solida. q̄, si solidā dare oportebit, quia eam uellet infirmus, & non aliam: ordina ex pil. supra tertio cap.

Ex confectioibus ualent triasandali, maximè q̄n flāma magna est in hepate. item in augmento uersus statum diarhodon abbatis, item confice ex electuario de gemmis, aut ex spēbus diamargaritō, aut diamusci dulcis, & triasandalis, aut diarhodon, & huiusmodi. contemperādo, ut tibi uidebitur.

Electuarium. ℞. zucchari rosati, buglossati, boraginati an. ℞. i. uiolati ℞. i. s. margaritarum scrop. ij. manuschristi perlati ℞. i. s. gemmarū, electuarij de gemmis. ℞. i. & cum iulep uiolato confice, & deaura. potes & cum gemmis his, & corallis & cortice citri, & huiusmodi, cū aqua buglossæ, acetosæ, & huiusmodi confectioem solidam facere. attendatur spleni in unguendo, & canones suos. de expertis, & à proprietate talibus iam dictum est in prima rubrica præcedenti.

Franciscus de pede montium Syr. expertus in quartana cholericā, quo plures curauimus. ℞. chalendule, lauendule, pimpinellæ, lupulorum, quinq; folij, trifolij, linguæ arietis, capil. ue. endiuia, radicū boraginis, fumiterræ, radicū buglossæ, utriusq; florū earū, hepaticæ, cichoreæ, bedeguar, querculis, caparorum, corticum radicis eorum, corticū tamarisci, scolopēdriæ an. M. i. uiolarum florum boraginis an. ℞. ij. prunorum, sebestē an. nu. xxv. fennæ, cuscute, thymi, epithymi, anisi, sceniculi an. ℞. s. liquiritiæ, passularū, stocados ana. ℞. s. hordei mundati, pistati, corticum citri an. ℞. ii. squinanthi ℞. ii. radicū quinq; cum residentia in aceto an. ℞. ii. bulliat in l. vi. aquæ ad consumptionē medietatis, deinde co

lentur, & colaturæ addatur succi buglossæ, pomorū dulciū ana lib. i. s. zucchari li. ii. mellis ros. lib. s. aceti prædictarum radicū unc. iiii. aromatizetur cum sandalis. ℞. i. gariophyllis ligno aloes ana ℞. s. dosis unc. ii. & detur maximè apparente digestionē in materia.

De cura quartanæ phlegmaticæ. Rub. s.

CANONES ut supra seruentur eo ordine, qui scriptus est. sed hic aduerte, q̄ sicut phlegma diuidit̄ in plures spē ut in præcedenti c. ita & quartana phlegmatica diuersificat̄ in eius cura s̄m diuersitatē phlegmatis melancholiæ cōmixti. hic itaq; primū attēde ad prohibendā phlegmatis multitudinē: secūdō ad prohibendum, ne cā antecedens, ut phlegma trāseat in cōiunctā: tertio, ut abiiciatur cōiuncta, & antecedens. vñ imagineris duplicē cām antecedentē: prima ē phlegma in melancholiā transiturū: secunda melancholia nondū mota ad minerā putredinis, in quā phlegma transmutatū est. ex quib. habes, q̄ primū completur per calefaciētia, & exiccātia: s̄m per prohibentia adustionē, q̄ de se frigida sunt, & humida: tertiu per subtiliantia, & humectantia. & quia tam cā

F antecedens, q̄ cōiuncta melancholica pendent ab antecedente phlegmatica; idè primò attendendum esset, & maximè in princ. ægritudinis ipsius, si phlegmaticum sit in quātitate maius, & melancholia pauca: cumq; istæ intentiones quodammodo cōueniant; oportet mediū regimē administrare morbis: etenim cōpositis curæ cōueniunt cōpositæ, & regimen.

Et ab aere inchoās dico, q̄ aer debet esse subtilis, clarus, lucidus: in actiuis temperatus: ne frigiditate phlegma adaugeat, & stricturam pororum faciat, resolutionē impediāt & caliditate in adustionem faciat, non uentosus. q̄ si eū naturaliter talem non habebis; fac illum tuo artificio.

De motu, & quiete. cōpetit motus in die quietis, & exercitium constante uirtute. & nō sit contra intentiones, sicut pistare, fullare, & huiusmodi.

De somno, & uigilia quasi æquetur in principio: sed cum benè constant, quòd sit phlegmatica, sit uigilia prolixior.

Repletio euitetur, inaniatur ueter; ut dictum est. & quia coitus ē de annexis; euitet oīno, attētis uirtute, ætate, & c.

De accidētibus animi dicatur, ut in præcedenti rub. euitentur, quæ apta sunt melancholiam multiplicare.

G De cibo, & potu. euitet omnia, quæ phlegma aut multiplicānt, aut apta sunt multiplicare; ut pastillicia, carnes porcina, aquatica, & similia, de quibus omnibus. 4. ca. & tu benè considera conditiones, quas debet habere cibus quartanariorū in princ. huius capituli postea. uinū eligatur albū, subtile, ut supra in princ. capituli. & in hac potissimè euitet aqua frigida cruda: q̄m humorē ingrossat, oppilat, & ipsum incrudat: & si rōne prohibitionis adustionis cōuenire uideret; maius. n. est nocumētū. lymphet, ut decebit: minus tñ, quàm in cholericā. cōpetit & aqua hordei cū zuccharo, aut aqua cocta cū zuccharo: & tu attēde cōsuetudini, ætati, & c.

Pro secundo leniat uenter. euacuādo materias cōes intestinorū, & in locis stō p̄p̄inquis adiacentes. itē minores materia: q̄m ut supra in phlegmatica est semp maior quantitas humoris, quàm in alijs. & idè in hac addas canone prædictis, qui est minoratio. itē in hac minorabis cū uomitu: est. n. multū cōueniens in ea: q̄m aut in stō, & uenis stō adiacentibus, ut supra de uomitu declaratū fuit. & tu habuisti exēpla in radicibus de lenitiuis. & potes addere, si uis, polypodium, & huiusmodi materiam melancholicam respicientia.

H Pro tertio administrabis digestiua p̄pria, ante quorum administrationē rememorabo aliqua et satis in prin. capituli tacta. sed quia in hac materia memoria digna sunt; ea rememorare nō ueritus sum: nā est auri cribratio. Primū, ne nīmū calefacientia administremus, quibus subtile educatur, & melancholia augeat, uel genita ingrossetur. Secundum, q̄ nīmū frigida euitemus, ne uia constipent, materia ingrossetur, & à resolutione proibeatur. Tertio euitentur nīmū sicca p̄p̄ causam primā, & secundā. unde acetum euitandum est in usu cibi: sed in uia medicinæ ad subtiliandum aperiendū, incidendū, dari poterit cū melle, aut zuccharo, quæ eius malitiam corrigunt. unde Mes. sy. acetosum simplicem cōmendat in cholera nigra; quia facit medicinas penetrare ad locum, ad quē sine aceto non penetrassent. facit & separationē, & maius est sic iuuamentū eius suo nocumēto.

Quartō

Acetū euitandum in usu cibi & quartana sed in uia medicinæ potest exhiberi

Quartò euitetur nimia regiminis subtilitas; ne chronicitate morbi succumbat uirtus.

Quintò, quòd in digerendo in principio euitetur fortia prouocantia; ut oxymel compositum: ne ab ea agitata materia ad uias angustas perducatur, & oppilationem causet. propter eius grossitiem: item ne educatur subtile, & remaneat grossum.

Sextò euitentur euacuantia grossa propria à principio propter ineptitudinem materiei ad exitum. quòd, si fuerit in principio materia multa melancholica, uel phlegmatica antecedens ad melancholiam; poteris securè uti minoratiuo, ut in cura phlegmaticæ dicebatur. item etiam minorando poteris introducere uomitum, qui in hac est maxime conueniens, ut supra de uomitu in generali in hoc eodem cap. Digestiua itaq; appropriata, & tuo proposito commoda habes supra. 5. cap. & tu ibi. & hic nota, quòd digestiua, ut sint constantiora; propter resistantiam materiei non debent iulepizari. tu itaq; procede de debili ad forte gradando, ut sæpe supra. & tu ea digestiua habes. 5. cap.

De euacuatibus autem appropriatis habes allegato loco & tu consimiliter procede de debili ad forte usq; ad eradicationem, quæ in ista cum sit multum longa respectu aliorum, & difficilis curationis: non erit tentanda nisi post multos menses, & hoc pro. 4. & 5.

Pro sexto confortentur membra, stomachus, splen, & hepar, ac cor, ut dictum est, cum epithematibus, unctionibus, electuariis, confectionibus, potionibus, & huiusmodi. prouocantia dentur deinde fortia, & fortiora gradando: sed in hac fortiora competunt, quam in aliis.

Et pro octauo detur theriaca, mithridatum, diacalamentum, diatriopipereon, diamargariton, & huiusmodi cum uino aromatico, aut aqua sublimationis boraginis, buglossæ, & huiusmodi. consimiliter, si opus erit prouocare sudorem; tu ipsum prouoca, ut dictum est in capitulo isto.

Accidentia animi corrigantur reducendo te ad loca propria, ut pro oppilatione hepatis ad. xiiii. fen. tertij, pro oppilatione splenis, & uentositate eius ad. xv. pro dispositione stomachi ad. xiii. pro corde ad. xi. pro rigore, & frigore ad ea, quæ in hoc capitulo de regimine eius scripta sunt, & tu ad ea loca te semper transferas: quoniam est omnino necessarium. considera.

Postremò scito, quòd fortius uomituum competit in hac propter humoris maiorem uiscositate, & grossitiem. & idèd potes conuenienter exhibere uirtutem ellebori.

Aui. pro rigore tollendo fomentationem facit ex abrotano, floribus chamæmilæ, meliloto, absinthio, stoechade, & huiusmodi bullitis in aqua, & infusa spògia, & expressa dorso calidam applicat. non est usuale. sed est tamen rationale, & bonum. & si benè aduertisti; additus est ultra canones communitè positos canon, qui est minoratio propter multitudinem materiei, quæ sic in aliis non inuenitur, ut supra de phlegmatica. tu tamen te semper in his canonibus de putridis referas ad canones generales, ubi eos secundum ordinem contrahendo ad diuersas species humorum habebis, quod optabis. itè aduerte, cuius speciei est phlegma, quòd aduritur, ex cuius adustione causatur quartana: quoniam, si fuerit phlegma salsum; aliud requirit regimen, quam si fuerit phlegma naturale. unde tunc te transferas ad capitulum de phlegmaticis, & illas medicinas, & regimen compone cum medicinis, & regimine ad quartanam.

Digestiuum commune, & in principio. R. oxymellis simplicis. ʒ. i. ʒ. aquæ foeniculi, fumiter. absinthii, an. ʒ. i. deinde gradando transeas ad oxymel compositum, uel facias magistralem talem.

R. stoechados, melissæ, florum boraginis, buglossæ ana M. i. scolopendriæ, giemandriæ ana M. ʒ. radicum foeniculi, apii, petroselini ana. ʒ. vi. polypodii. ʒ. iii. passularum. ʒ. ʒ. decoquantur in lib. iii. aquæ ad consumptionem tertiæ partis, & colentur, & cum lib. i. zucarari: uel, si uis, stringe eum, & perfectè decoque, & da. ʒ. i. ʒ. pro uice cum aqua foeniculi, fumiterræ, & buglossæ ana. ʒ. i. & hoc attende ad sy. Mes. ut supra. 5. cap. nam est efficax, & expertus etiam per me in quartana phlegmatica.

Ex solutiuis R. cassiæ. ʒ. i. ʒ. quæ extrahatur cum aqua la

A stis, in qua steterint in in fusione epithymu, & polypodiu: & addè turbitu. ʒ. ʒ. zinziberis gra. v. item ualent pilulæ, de quibus. 5. cap. & pil. Aui. i. quarti de cura eius, quarum initium Pil. leues, quæ administrantur in omnibus quinq; diebus semel; & sunt iuuantes, & expertæ. ualent & pilulæ ipsius: in eo loco inquit. Et, cum materia est phlegmatica; cõferunt istæ pilulæ.

R. epithymi, ameos, &c. & quia communiter hæc est longa; permittè ægrum quiescere aliquibus diebus: deinde redeas ad digestiuum fortius, & sic paulatim gradare dando fortiora secundum, quòd maior apparuit digõ in materia.

Quòd si cupis syru. magistralem: tamen sic describe. R. radicum brusci, asparagi, apii, petroselini, foeniculi ana ʒ. ʒ. chamedryos, eupatorii, calamenti, cichoreæ, scolopendriæ ana M. ʒ. melissæ, florum buglossæ, boraginis ana. ʒ. ʒ. ʒ. feminum anisi, foeniculi ana. ʒ. iii. spicæ, polypodii ana. ʒ. ii. passularum. ʒ. vi. decoque in lib. iii. aquæ ad consumptionem tertiæ partis colentur, & cum aquæ fumiterræ li. ʒ. & ʒ. iii. aceti, & ʒ. x. zucarari, & lib. ʒ. mef. dispumati fiat syru. longus cum cinnamomo aromatizatus. dof. ʒ. iii. cum aqua buglossæ, foeniculi ana. ʒ. i.

B Et sic de solutiuis procede ad fortiora.

Factis euacuationibus dare poteris de theriaca usque ad ʒ. ii. ʒ. cum uino aromatico: similiter de mithridato. item cõuenit cinnamomum confectum: item confectio, cuius sit respicere stomachum hepar, & splenem, ut

Recipe margaritarum, fragmentorum sapphyri, smeragdi, granati, hyacinthi ana gra. iii. specierum diamusci dulcis descriptione Mes. ʒ. ʒ. specierum diarhodon eiusdem. ʒ. ii. cõfice cum aqua buglossæ, dosis. ʒ. iii. pro uice ante cibi sui assumptionem per horam.

Electuaria confice ex zucarato buglossato, boraginato, ana. ʒ. ii. specierum diarhodon. ʒ. i. specierum diamusci dulcis. ʒ. i. ʒ. fragmentorum &c. ʒ. ii. uersus uerò declinationem procede cum resolutiuis magis, omittendo frigida, & car. & deaura.

Ex rebus datis, & puluerizatis fac trochiscos: & de ipsis supra in prima rubrica de melancholicis, & in Auic. suo loco; quia iuuantes sunt.

C De unctionibus uerò, & similibus dicendum, quòd stomacho, & spleni, & hepati est maxime attendendum. sed ponere unctiones, & talia his conuenientia uidetur superfluum nam suis locis recurre, ut exigit dispositio ipsorum. sat tibi sit, quòd te aduertentem facio. sed de unctionibus factis ante accessionem ad ignem fac, ut dictum est in prima rubrica de melancholicis. sed hic nota oleum expertum in remouendo frigus, siue rigorem quartanæ.

Recipe pomum colocynthidis, & ipsum euacua: in quo ponas piperis, pyrethri ana. ʒ. ʒ. euphorbii. ʒ. i. puluerizata: deinde superinfunde oleum anethinum, & fac super cineres calidos permittas decoqui usq; ad consumptionem olei deinde superinfundas de eodem. quod cum aliquantulum sumptum fuerit, per petiam exprime: & tali oleo spinam unguatur, ut supra ante. f. accessionem, & se ponat patiens in lecto, ut supra allegato loco.

D De cura quartanæ ex melancholia foecali, & non ex adustione. Rub. 6.

CANONES in numero sunt, ut supra de cholericis. Et pro primo, qui est ordinatio dietæ. declinet ad calidum parumper, & ad humidum: & fiat talis artificiosus, si naturalis haberi non possit.

De somno, & uigilia. somnus sit copiosus: quoniã in hac multa egemus humectatione.

Motus, & quies. quies conuenit absolutè magis motu: motus tamen suauis, & per loca delectabilia horis conuenientibus factus equestri, aut pedestri, benè conuenit. itè maxime conferunt fricationes in quartana hac.

Inanitiõ, repletio. extremas euita, & superfluitatum fiat conueniens, & moderataeductio.

De accidētibus. aia dica, q̄ euitent, q̄ calorē suffocāt, & tristitiam gignunt, & melancholiã: ut timor, cogitatio, & hmõ. gaudio, & iocunditate utatur, de timore autem dictum est,

Cano. Sauo.

M

quo

quo confert in quartana cholericā: & tibi, & statim aliud. De cibo, & potu. conuenit cibus declinans ad calidum, & humidum, ut de aere dictū est. & hic de pane nota, quod pars inferior eius, siue crusta non conuenit. carnes conueniunt temperatę, & ad calidum, & humidum declinantes. & tu pro his ad quartum capitulum, ubi ad plenum. pipionib. impinguatis, & qualeis, siue turturibus aliqñ, & in ferculis in principio. euita aperitiua ex canone saepe posito. item cō similitur dicatur de fructibus, saporibus, condimentis, & huiusmodi commiscendo, quando tibi non seruiunt simplicia. & hic aduerte, quod inter ceteras hæc est chronica. & non oportet procedere cum subtiliatione diætę magna.

Pro secundo, qui est lenicio leniatur uenter cum clysteri aut pharmaco. & nota, quod aqua lactis est uehiculum bonum aliarum: & per se etiam sumpta.

Pro tertio administrabis digestiua appropriata. dico appropriata: qm̄, si cum tali melancholia fuerit aliquid adustū cholera commixtum; & tu cum digestiua suo compone: & similitur intellige de euacuatione. & ut saepe semper gradare de debili ad forte, & ad fortius, quod de euacuatione sentito. quod, si ex urina grossa rubea, & huiusmodi comprehendis sanguinem esse ipsi melancholia mixtum; fac phlebotomiam considerata ætate, uirtute, consuetudine, & huiusmodi. confortentur membra nutritiua. prouocationes fiat, ut in præcedentibus rubricis.

Resolutio autem fiat cum theriaca, diacalamento, diambrā, diamusco dulci, diagalāga, & huiusmodi, & ut supra præmissis euacuationibus pluribus, & non ante digestionem. si perfectam; quia aliter componeres quartanam cum quartana. Aui. & similitur in declinatione administretur balneum quamuis non sit in usu. quod si fuerit quartana per adustionem melancholia; oportet te in his moderare ex parte caliditatis, & humiditatis: qm̄ diætā debet declinare ad humidum magis, & minus ad calidū. & proportionabiliter dic de aliis.

Hora autem paroxysmi fiat, ut in præcedenti rub. dictum est. item uomitus est in hac iteratus conueniens, & ut Aui. est radix. i. curæ: quia materia habet minerā apud splenē, & circa stomachum, & loca ei propinqua. & troc. Aui. Quorū initium est, & de trochiscis iuuatiuis in hac hora, & apud declinationem sunt iuuatiui pluribus modis: quia aperiendo, confortando hepar, & splenem, & omnia nutritiua, & prouocando, & resoluendo.

Digestiuium usuale. R. oxymellis simplicis. ʒ. i. ʒ. aquæ buglossæ. ʒ. ii. absinthij. ʒ. i. deinde transeas ad fortius apparente aliquali digestionem, quia ad oxymel compositū, & de epithymo cū aqua scolopēdriæ, de epithymo, buglossę, & hm̄i uel fac magistralē talē. R. radicū brusci, asparagi, florū boraginis, buglossæ ana. M. i. scolopēdriæ, stœcados, chamediyos an. M. ʒ. passularum. ʒ. i. ʒ. decoque in li. iii. aquæ ad cōsumptionē tertię partis: deinde adde in fine epithymi. ʒ. ʒ. & cum lib. i. zuchari, & ʒ. ʒ. mellis, & ʒ. iii. aceti fiat syr. debite coctus, de quo detur unc. i. ʒ. cum aqua buglossæ, boraginis, & absinthij. Ex solutiuis habes plura. ʒ. ca. sed hic unum hoc describe. R. myrobalanorum indorum ʒ. iii. citrinorum ʒ. ii. infundantur unc. ii. aquæ lactis per horas. x. deinde calefiant, & fortiter exprimantur. deinde addas expressioni calfiæ, uel mannæ tractæ cum aqua decoctionis florū buglossæ, boraginis, stœcados, passularum unc. i. uel circa. etiam in decoctione addere poteris epithymum: item & mel ros. cū ipsa casia, ut libebit. item ualet diasenna, & puluis fennæ, electuariū hamech, & huiusmodi, de quibus. ʒ. cap.

Ex confectiōibus ualet diamargariton, diamuscum dulce, diacalamentum, & huiusmodi. sed nota, quod in principio, propter eorum caliditatem non sunt sic, ut in principio, & augmento conuenientes. & modera ipsas cum sandalis.

Vel sic describe, & est cōfectio mirabilis in isto casu. R. xyloaloes, macis, charabę, folij, corallorum rub. ozymi gariophyllati, zinziberis, piperis lon. an. scrop. ii. margaritarum splēdidarum. ʒ. i. ʒ. ra. eboris, sandalorum citrinorum an. ʒ. ʒ. smeraldi, granati, ovis de corde cerui an. scro. iii. auri subtilissimè limati ʒ. ʒ. musci gr. i. cōfice cum zucharo, & aqua buglossæ. Electuariū confice ex zucharo uiolato, boraginato, buglossato, addendo de speciebus, confectiōibus, & aliis simplicibus appropriatis, & de auro.

Ex trochiscis sequere Aui. in proprio cap. Pro unctionibus attende spleni, hepatis, & stomacho cū requirendis suis capitulis.

De appropriatis iam dictum est in secunda rub. huius capituli. poteris uti theriaca, ac mithridato, ut supra cū uino aromático post euacuationes, & digestiones. considera.

De quartana continua. Rub. 7.

QUARTANA continua est febris continua à melancholia naturali, siue non naturali: ad intra uasa putrescente secundum plurimum cōtingens. cuius est ægrum de quarto in quartum magis affligere secundum naturam humoris propriam, quæ tot horas habet falsæ quietis quot ueræ quietis habet interpolata. dicitur secundum plurimum: quoniam nunquam, uel raro fit à materia extra uenas: nam in loco cordi propinquo non contingit materiam melancholicam aggregari, & ibi putrefactā febrem facere propter malitiam humoris, ut supra de cōtinuis actum est. possibilitas tñ est res ampla. dr̄ quæ tot: qm̄ continua quartana habet tot horas in sua exacerbatione, quot habet sua interpolata. reliqua in descriptione posita non sunt.

DE CAUSIS autem eius dicatur, quod eadem sunt cōtinuæ, & interpolatæ.

DE SIGNIS demonstratiuis dicatur proportionabiliter, quod apparent in continua signa interpolatæ: uerū prouidentur aliquantulum differre, & licet in paucis: qm̄ ut Aui. & nō diuersificat ab ea. si interpolata nisi in reb. paucis. ponā itaq; aliqua, ut p̄ posse tibi satisfaciā ab urina initiū faciēs.

Urina in continua est rubea, uel subrubea turbida per totū. q̄ si fuerit a melancholia inaturali: erit glauca, uel liuida.

A substantialiter inhærentibus. caliditas est continua, & disproportionata.

A qualitate mutata est cū siccitate linguę, & asperitate.

Ab actione lesa; quia est absq; rigore, & frigore plurimum nam aliquādo in eius principio retracto calore apparet in extremitatibus frigus quoddam absq; rigore: tamen pulsus est apparentior, uelocior, spissior, quā in interpolata. Sitis fortior: & si est de melancholia non naturali, apparent pro magna parte signa eius. diuersificatur tamen secundum diuersitatem speciei ipsius melancholia. & ideò benè consideranda prius, à qua melancholia ipsa proueniat.

SIGNA prognostica. aliis paribus deterior est interpolata. & ideò prognostica, ut supra de interpolata, cum tamē maiori nocimento.

CANONES Primus, ut Aui. canones eius sunt homogenei canonibus interpolatæ, ut tu doctior efficiaris etiam imponendo canones tuos; oportet, ut tu attendas, quoniam cautiore esse debemus in curando quartanam continuā, quā interpolatam: nam continua quartana est magis periculosa et quod continuè affligit: secūdo quod uirtutem ex hoc magis lædit, & prosternit: tertio quia eius causa tā antecedens, quā coniuncta est ad intra uasa: in interpolata uerò ad extra saltē coniuncta; & si antecedens reperiat ad intra uasa. itē semp aliis parib. in cōtinua sanguis est ebullientior. ex quibus manifestè ponere habes differentiā inter unā aliā: primò ex parte diætę: nā aliis parib. subtilior cōuenit diætā in continua: quia est breuior, intensiorū accidentiū, & plus uirtutē grauans. & ideò non ita cito carnes in continua dandę sunt. & ideò dicebat Aui. de ea. Et de istis. i. in quib. differunt est, quod licentia in carnibus in hac est minor causę huius

item quia interpolata plures est habitura crises. sed continua unā; quia tā antecedens, quā cōiuncta est ad intra uirtutē magis stimulans. & ideò in relatione ad statū oportet diuersimodè procedere. item cū quartana ceteris paribus sit intensior interpolata; oportet remissiora calida applicare in continua; ut uerbi gratia, uinum debet esse magis lymphatū, & huiusmodi. & ideò dixit Aui. Et de illis est, quod declinatio ad æqualitatē in calefacientibus, & ad infrigidationem in hac: quia in continua est melior propter adhærentiam febris. In reliquis uerò te habeas, ut in interpolata; & hoc ex parte sex rerum non naturalium proportionando secundum, quod materia, & dispositio ipsa exigunt, ad quæ duo semper aduerte.

Pro regimine uerò medicinali dicendum, q̄ differentia, q̄ accipitur ex parte canonum iā dictorū in interpolata, ē sumpta

pta ex parte lenitionis, digestionis, euacuationis, & eorum quæ post euacuationem conueniunt: ut uerbi gratia, lenitiua in hac magis frequentent leuia; quia minus acuta ex parte clysteriorum, suppositoriorum, & huiusmodi. digestiua sint leuia, & gradetur de debili ad forte: uerbi gratia, in primo oxymel simplex, siue sy. acetosus simplex, & maximè si materia fuerit cholericæ: postea uigoretur cum seminibus frigidis aperitiuis, aut calidis, ut exigit dispositio. item da cum eis radices aperitiuas. item cum his commisce. epithimum, & huiusmodi materiam melancholicam respicientibus: & ita gradare. & tu extra copiosa habes supra. 5. cap.

Euacuatiua autem debent esse debiliora, quàm in interpolatis propter uirtutem esse debiliorem cæteris paribus: sed oportet, ut magis frequententur. & de phlebotomia dicatur cum Aui. quòd in hac est magis necessaria, supple, ubi oportet eam fieri: est enim sanguinis frequentior, & communiter melancholiæ commixtio, & per ipsam phlebotomiam educibilior. & subdit causam aliam Aui. quoniam materia est apprehensa in uenis. ex quo loco accipit Guiliel. q. in omni continua competat phlebotomia propter causam dictam ab Aui. & aliæ etiam ad hoc conferre uidentur: & tu considera. de qua autem uena fieri debeat, dictum est supra pluries. & iam dictum est de phlebotomia facta in coniunctione lunæ: quoniam tunc materia facta agitabilior melius educitur. considera. quidam post euacuationes, & phlebotomiam ex saluatella sinistra faciunt phlebotomiam uenæ uentris in directo splenis. differt & ultimò ex parte eorù, quæ administrantur post euacuationes: quoniam, cum continua sit intensior; danda sunt remissius calida, aut non in tanta quantitate: ut uerbi gratia, dabis in interpolata. 3. i. theriacæ, & huiusmodi, da in hac. 3. ii. aut. 3. i. 5. & sic de aliis temperata ex parte diætæ, ex parte alteratiuorum digestiuorum. unde attende multum humectationi ex parte euacuationum, ut dictum est. & omnium exèpla, ut tuo deseruiant proposito inuenies. 5. cap. & tu ibi.

Digestiua sunt materiæ peccanti ad intra uenas proportionata: nam de ipsis dictum est in rubricis de interpolata: nã in principio, si materia est cholericæ; ualet acetosus simplex, & si expedit fortiori, uigora ipsum cum seminibus aperitiuis calidis commixtis cum frigidis: uel cõmisce aqua ex quinq; radicibus fœniculi, apii, petroselini, brusci, asparagorum cum aqua radicum endi. lactucæ, cichoreæ, buglo. & huiusmodi faciendo calida uincere, aut æqualitatem cù frigidis uenire, addendo flores boraginis, buglossæ, aut hepaticæ, & huiusmodi: & ita de aliis. & similiter operare de solutiuis, confectionibus, unguentis, & huiusmodi iuxta canones positos in rubrica hac.

De appropriatis, & de expertis in secunda rubrica positis capitalibus: tamen nota, quòd prouocatio hemorrhoidarum, & in mulieribus etiam monstruorum est in hoc casu singularis medicina.

De quintanis, sextanis, & huiusmodi. Rub. 8.

INQUIT Gal. I. de differentiis feb. 4. capi. Non uidi in uita mea aliquam ex febribus: imo nec quintanam nudã fortem. i. puram, & his distincta manifesta: imo non est; nisi febris quartana quasi occulta; propterea quia dicebat Gal. hanc etiam quartanam, quæ tardabat inuadere usq; ad finem quartæ diei, & extēdebatur afflictio ad quintam diē. & propter hanc causam quartana uocabatur. & in lib. 3. epidemiarum dixit Gal. nunquã se uidisse nouenam, sextanã sed benè uidit febrē, quæ inuasit in mense die uno tantũ. Aui. autem eas ponit euenire de intentione Hip. in lib. suo epidemiarum, quarum aduentus causas assignauit dicens, q. causa est homogenea materiæ quartanæ: sed est ea grossior & minor, & supp. propter grossitiem maiorem, & paucitatem materiæ tardant mouere, & mouentur post debitum motum humoris secundum naturam eius propriam. & quia in tali maiortate grossitiei, & paucitate potest cadere magna latitudo: & ideo una mouetur citius alia. unde aliqua de quinto in quintum, & quæ est post ipsam de sexto in sextum. unde Aui. plurimum fiunt ex materia melancholica. & tu expone ex materia phlegmatica in melancholiam per

A adustionem conuersa. unde hic nota, quòd, cum melancholia sit sicca similiter cholera; hi duo humores tantam adustionem sustinere non possunt, ut ad tantam ueniant grossitiam, & paucitatem, quanta est necessaria pro hac febre causanda: quoniam propter eorum siccitatem prius peruenient ad tantam terrestreitatē, ut esse non possint uehiculum caloris putredinis: secus autem de phlegmate propter suam humiditatem superfluam, & eius uiscositatē multã. sanguis autem propter suam humiditatem potest & ipse aduri, & paucificari, ut sit quintanæ, sextanæ, factiuus: sed est extra semper, uel frequenter respectu phlegmatis: quoniã nõ de ipso plus sollicita est. alii, ut Gilbertus opinatur has febres causari à commixtione melancholiæ cum phlegmate commixtione unita, ut supra de tertiana non pura, uincente tamen melancholia, & conuertente phlegma in suam naturam; ut ex his duobus fiat unus humor innaturalis. & consequenter est imaginandum, quòd hic humor, secundũ quòd maiorem recipit grossitiem ab humore phlegmatico qui in commixtionem uenit, coadiuuante paucitate eius

B tardius mouetur. unde sic fit quintana ex melancholia commixta phlegmati naturali. septena, & nouena ex commixtione fiet cum phlegmate acetoso, uel pontico, & duodecena &c. ex commixtione phlegmatis uitrei: & sic de aliis. & ideo septena est prolixior quintana, & nouena prolixior septena: & sic de aliis. ista aut sunt, quæ oportet et practicum cõsiderare oĩno: qm febris cam antecedentē, & cõiunctam non debet ignorare: & si primitiuas ignorabit. uerũ Gal. ut Aui. recitat à cã qnq; fiunt primitiua, & specialiter septena, & nouena; quia ex inordinato regimine accidunt. unde cum qnq; accidat sic error in regimine; accidit, ut & febres ueniant de octauo in octauum, de nono in nonũ, & hmõi, fm q. malum reiteratur regimen: quasi uelit, q. si non reiteratur malũ regimen; non redibit febris: & si uidetur Gal. negasse eas rōne euentus earum propter determinatũ humore alium à quatuor iam dictis, & cõcesisse earum aduentũ pp inordinatũ regimē. ideo quæ dixit Aui. quãuis Gale. sit quasi negans aduentũ earũ febrũ; breuiter concludendo tenendũ est ipsarum euentũ esse possibile, ut Aui. neq; incõ

C uenit materiã talē per paulatiuã congestionē congregari, ingrossari, & paucificari ita, ut sit tardioris motus, quàm motus per quartum: nã qui est sciētificus de fluxu hepatico, bene nõ osset istas possibilitates: qm in eo sunt periodi de decimo in decimũ, de. 15. in. 15. & ultra. & ideo nõ oportet, ut cõfidas de salute eius, qn paties stetit absq; eo quatuor, aut quinq; diebus: in certo. n. tpe cõgregatur materia sufficiens stimulare uirtutem, quæ in minori non est sufficiens pp suã paruitatē. & ideo considera. tu itaq; dicas cum Aui. q. possibilitas est res ampla: nã si tantus uigor agentis, & tanta dispositio materiæ est causa, q. in tanta mensura temporis generetur, & profundetur materia, & faciat paroxysmum; ergo maior uigor, & minor dispositio erit causa, q. in tempore ampliori fiat. sed non est impossibile reperiri egens minoris uigoris, & materiã minoris dispositionis. ergo. benè ergo dixit Aui. non oportet eum redire. & tu habe menti, q. ultra formam requiruntur aliæ dispositiones ad periodificandum ex parte quantitatis substantiæ, materiæ, & loci, ac membri sumptæ, ut supra. unde magnes si in parua quantitate non trahit ferrum magnum, neque ipsum allio iunctũ; & sic de aliis. considera. ego autem diebus meis uidi unam quindenam in Pancratio Iustiniano Veneto patricio cum signis melancholiæ talis per adustionem, & Aui. Et iam retulit mihi fidelis quidam uidisse nonam. quintam iam uidimus multoties, & con cogimur propter hoc dicere; quia ille sit humor alius. tu itaq; studiosus esse debes circa apparētia signa: nam ea habuisti, & significata eorum ad plenum in principio capituli, quæ benè considerabis. tu itaq; est dictis describere potes quintanam, sextanam. quintana est febris ex phlegmate per adustionem in melancholiam conuerso, & ad extra uenas putrefacto secundum plurimum proueniens. cuius est motum facere de quinto in quintum, aut de sexto in sextũ, & sic de aliis ratione grossitiei materiæ, & eius paucitatis, & nõ fm humoris propriæ, ut de aliis interpolatis dictum est. dicẽ ad extra uenas; quia nõ reperit cõtinua talis, aut raro, sicut & interpolata. reliquæ partes de-

D Cano. Sauro. M a scriptio

scriptionis patent. & tua interest adducere; si reperietur continua febris, continua: ita si ex phlegmate uitreo, addere ex phlegmate uitreo, & aliis secundum diuersitatem phlegmatis per adustionem in melancholiam conuersi. ex quibus habes descriptionem, & causas ipsius febris factiuas.

SIGNA demonstratina eius. earum periodicatio ipsas manifestat. dicunt tamen, quod urina diebus interpolationis apparet discolorata, tenuis, & post accessionem in die sequenti apparet colorata, & spissa: in hora autem caliditatis paroxyfmi est colorata, mediocris, uel tendens ad tenuitatem.

Pulsus in die paroxyfmi in eius principio est occultus, tardus, & rarus: sed expansa caliditate fit occultus, paruus, & spissus.

Et quæ earum ex adustione procedit, communicat in signis cum quartana notha ex adustione phlegmatis, uel sanguinis: quæ autem non procedit ex adustione, signa habet media inter signa quartanæ ueræ, uel uitreæ. & sic per alia signa discurre, ut tibi innotescat materia ipsa peccans.

SIGNA prognostica. Dixit Hipp. 4. regiminis acutorum, cum in febribus quintanis ad terribile, idest, aliquod accidens periculosum factum fuerit, uel uentre rumpente humida egerit, uel asachia, idest, inanimositas facta fuerit, uel aforina, idest, uoracitas assumpserit patientem, idest, spasmosus factus fuerit singultuosus, & anxius: & circa collum, frontem, & caput sudores fuerint, & non alibi, qui hæc antecedentia patiuntur, moriuntur.

Et. 16. continentis dicit. Septena est prolixa, non mortifera, nouena prolixior ea, & non mortifera. Quintana, quam antecessit hectica, omnibus est pessima, & mortifera. est quippe mala per uiam signi; quia est signum adustionis humorum; quia non remansit, nisi quod est adustius, & parum: & sic significat, quod corpus destruitur. per uiam autem causæ; quia ipsa est causa adustionis febris, & duplationis eius. in his autem sermonibus multa sunt speculanda, quæ pro nunc relinquo: quoniam existimo te, & me nunquam talia uidere. quod si occurrent, sufficiat tibi introductio sic tibi data.

CANONES. Curantur cura quartanæ phlegmaticæ, sed hic nota, quod in principio, cum materia sit grossior, & hebetior; uti poterimus subtiliori diætâ. & quia sunt longiores; ne cadat uirtus in processu, grossiori debemus uti diætâ: & tu consimiliter proportiona somnum, motum, & alias res non naturales. & si in his competat magis ieiunium, ut dictum est: tamen, quando antecedit, uel sequitur ad eam hectica; oportet te aliter moderare: quoniam in tali non competit ieiunium. unde Aui. In hoc casu cibemus cum eo, cuius nutrimentum est bonum, & uelox, & multum, in quo non sit ingrossatio materiæ, sicut cum carnibus subtilibus, & indigent somno digerente.

Fiat lenitio uentris frequens. Item competit maximè uomitus. unde Aui. Est de melioribus euacuationibus, & maximè cum uomituo forti, & maximè in principio, quando materia uideretur esse in stomacho, & in locis uicinis ei, ut supra de quartana phlegmatica. unde laudatur factus ex semine raphani, uel raphano, uel cum elleboro.

Administrentur digestiua subtiliatiua magis, & incisua propter materiei grossitiem maiorem.

Fiant euacuationes etiam gradatæ de debili ad forte: quo tempore etiam conueniet uomitus supra. & in principio paroxyfmi, ut de quartana phlegmatica, & tu ibi: nam succurre.

Accidentibus, ut ibi. confortabis membra naturalia, & prouocabis, ut ibi: sed sis tardus ad exhibendas euacuationes, & longus in tempore digestiuorum propter grossitiem materiei: item tardus ad prouocandum. & post hæc dare poteris theriacam, mithridatum, & huiusmodi, ut de phlegmatica actum est. Post autem hæc omnia administrare poteris balneum resolutiuum, & magis, quàm in quartanis propter materiam esse grossiorem; ut cum anetho, origano, calamito, saluia, & huiusmodi. tu itaque operare secundum proportionem eorum, quæ in quartanis dicta sunt. unde pro his, & futuris Deo gratias.

E

De feb. hecticis continens rubricas tres. Cap. 16.

E

De definitione, diuisione, causis, & signis feb. hecticarum. Rub. 1.

REPERITUR Hectica in duplici differentia; alia quidem hectica febris dicta: altera hectica senectutis nominata, & de hac in sequenti rubrica deo ducere dicitur.

E

Hectica febris est caliditas extranea immaterialis in corde principaliter, & in membris omnibus fixa nullam habens periodicam excrementiam; sed est quasi semper in eodem statu permanens ita, ut permultotiens arbitretur æger se non febrere. dicitur immaterialis ad differentiam putridæ: dicitur in membris omnibus; quia ipsa sunt uerum subiectum hecticæ, & non humiditates, ut infra. similiter dicitur in corde principaliter; quoniam ex caliditate tali in hepate, aut alio membro non accidit febris: quoniam cor est primum, & principale febris subiectum, ut. 1. capi. dicitur fixa; quia non dependens a causa antecedente, neque primitiua: nam caliditas eius non solum est in spiritibus, & humiditatibus: uerum & in membris solidis fixa. & idem, ut in de signis, cor pora talia multum exiccantur. dicitur, sed est quasi semper; quia medici sæpe hæsitant de ea, & adinuicem litigant, & maximè de prima specie eius, ut dicitur. præterea, ut in de signis, aliqualem uarietatem ex parte intensiōis eius recipit post assumptum cibum, & est de signis prioribus eius. Aui. reliqua in descriptione posita nota sunt.

E

Et dicitur ethica ab ethos, quod est mos. i. consuetudo: quoniam facta est consuetudinaria: ita ut existimet patiens se non esse a suo naturali consueto alteratum. uel dicitur hectica. i. habitualis; quia de difficili remouibilis, sicut habitus est qualitas de difficili remouibilis. uerum sic magis uidetur conuenire fini, & sic speciei tertiæ. considera. hecticos græcè, latinè habituatū. & idem febris hæc magis assumpsit hoc nomen hectica a suo processu, & fine, quàm a suo principio: quia in principio non est habituata: sed bene est apta habituari, nisi sibi succurratur. & sic proprie non conueniet primæ speciei. prima itaque ethymologia erit uniuersalior: reliquæ partes eius patent, & amplius patebunt ex dictis statim. & idem, quæ sequuntur, attende. ab authoribus nostris inuenies non raro, quod ipsi utantur his terminis, scilicet hectica, & phthisi pro synonymis: phthisis enim communiter est idem, quod corporis consumptio. unde. 3. aphorif. autumnus phthisicis, idest, consumptis malus.

E

Et diuiditur hectica hæc primò in tres eius species: primam. i. secundam, & tertiã. & propter hoc scito, quod post primam humiditatem de secundis, quæ est nomen non habens sunt tres aliæ. i. ros, cambium, & gluten, in quibus cõtingit hanc accendi caliditatem præter naturam, quam hecticam uocamus. & hic aduerte, quod quidam uolunt ex prima humiditate hecticã cari posse, ut ex secunda ita, quod ex prima, & secunda simul resultet prima spēs. Serap. uerò, quem uidetur sequi Aui. in hac parte non placet sic asserere: cum prima humiditas non sit multum natura sanguinis distans: & consequenter quod ex ea causatur putrida, uel synocha, uel similis ei, ad quam postea sequitur hectica. & tu considera. est quippe modus communis sic diuidendi febrem hecticam in tres eius species tanquam essentielles, quem hic corrigas quoniam non sunt species eius essentielles penes essentiam caloris sumptæ, neque penes subiectum proprium: cum cor principaliter, & membra radicalia sint subiectum eius proprium: sed est diuisio sumpta penes quoddam accidens ad hecticam consequens, quod est consumptio. unde secundum diuersum terminum huius consumptionis diuiditur in primam, secundam, & tertiam speciem. & sic patet, quod melius est dicere, quod sunt tres modi, siue gradus, quàm tres spēs.

E

Est itaque prima spēs, uel primus modus eius, cum humiditas secunda ex secundis dicta ros, columitur, quæ ut plurimum fit post ephemerã. secunda, quoniam tertia humiditas de secundis dicta cambium consumitur: tertia, quoniam quarto glutè dicta. & hæc duæ sequuntur ut plurimum febres putredinis. & Aui. ponit in hoc similitudinem dicens, quod in lucerna, in qua est effusum

effusum oleum consideramus tria; primum oleum ipsum in lucerna; secundò oleum imbibitum in lycinio; tertio humiditates ipsas subtiles corporis lycinii, per quas partes lycinii adinuicem continuantur. & humiditas secunda de secundis est sicut oleum lucernæ: tertia sicut oleum corporis lycinii: & quartò sicut humiditas substantifica lycinii. & tu modo tuo adapta proposito. sed, cum comburitur lycinium deficiente oleo; statim deficit flamma. & si post lycinii combustionem adderes adhuc de oleo, & uelles accendere ipsum; nunquam accenderes in eo flammam propter fortem exiccationem: nam humiditatem eius subtilem omnino amittit; ut cum qua simul cum oleo erat subiectum conueniens flammæ. & ita cum quis ad tertiam peruenit speciem hecticæ non recipit curam: quoniam impossibile est ab eo sic resolutum restaurari: nam uita consistit per humidum radicale principali ter; sicut & flamma per humidum radicale lycinii. membra itaq; sic terrestificata, & (ut similitudinarie loquar) combusta non habentia humidum radicale cum solo nutrimentali non possunt esse subiectum uitæ, seu caloris naturalis. humiditas autem spermatica, cum consumpta est restaurari non potest. cambium autem, & ros benè sunt restaurabilia. quidam autem imaginantur quinque species: prima per consumptionem sanguinis; secunda per consumptionem secundæ humiditatis de secundis: tres aliæ ex consumptione aliarum trium, ut dictum est. quidam de sanguine humiditate prima, & secunda unam faciunt. sumitur itaq; distinctio hecticæ penes distinctionem humiditatum quo. scilicet ad eorum consumptionem: & tu considera. est punctus bonus. & nominatur prima spēs absolutè hectica, & secunda usq; ad finem eius exclusiue: sed finis secundæ uocatur ab Aui. adubul, & forosmos, quod interpretatur arefactio. Gale. uerò finem secundæ, & tertiam appellat tabem, siue marasmus. i. de differentiis febrium: tertia uerò ab Aui. appellatur curuatiuus, & almucafis græcè, latine exterior. i. in quo apparet forma, quæ est in decrepitis quantum ad calorem, & siccitatem. & cum dicitur, quod hectica accipit consumptionem humiditatum; non intelligas earum consumptionem sem se totas. unde in prima spēs consumitur magna pars secundæ humiditatis, & non tota, & sic de aliis: nam quis in tertia spēs eius existens, si omnes. scilicet secundæ, & tertiæ humiditates consumptæ essent; quasi statim deficeret, cuius oppositum experientia demonstrat. item tenent multi, quod secunda spēs non potest esse, nisi præcesserit prima: & tertia, nisi præcesserit secunda. sed hic est locus speculationis, de quo forte aliquid infra. sed benè scias, quod non accidit consumptio in quinta, quin accidat in alia: sed magis in una, quam in alia: ut quia quoniam fit prima plus in rore, quam in aliis, & si fiat etiã in aliis. item aduerte, quod cum dicitur, quod prima spēs fit consumptione roris; debes intelligere roris membrorum carniformium, & non spermaticorum: quoniam ros spermaticorum est solidior ualde, quam ros carniformium: imo, ut existimatur, est solidus, & compactus, sicut cambium carniformium. & ideò, si fieret in prima specie consumptio roris spermaticorum; non uideretur, quin pro eodem tempore non fieret consumptio cãbii: & sic ad primam necessariò sequeretur secunda. & funda te sic, quod qualis est proportio spermaticorũ ad carniformia; talis humiditatum spermaticorũ ad humiditates carniformium: sed spermatica sunt duriora, cõpactiora, solidiora, resolutioni magis resistentia. igitur. ista oia sunt loca speculationis. considera. & certè, si quis benè considerat dicta Gal. i. de differentiis febrium; hanc comprehendet uoluisse sententiam. & potes sic opinari, quod hectica est febris una habens tempora, ut de putridis dictum est, & quod principium eius sit prima species: secunda sit augmentum; tertia status. unde Aui. Habet latitudinem principium. scilicet medium, & finem. & hi ponuntur gradus. 3. qui non sunt punctuales: sed latitudinem habentes, & maximè secunda spēs, sem quòd magis, aut minus appropinquat primæ, uel tertiæ: nam sem finem magis appropinquat tertiæ. & ideò Aui. parũ enim recipit curationem, & propriè quoniam ad hoc peruenit, ut caro minuat multũ, nisi deus uoluerit. & de his in de cura. & hic dicatur, quòd his humiditatibus contingere potest putredo, & ex consequenti febris putrida causari potest, & esset extranei modi: essent tñ illæ febres reducibiles ad aliquod genus

A dictarum. item potest imaginari quis absque putrefactione earum ipsas inflammari, & febrem facere: & sic esset febris aut hectica, aut ephemera, aut reducibilis ad has. & tu, quando potes, circa hæc specularere.

Diuiditur & secundò hectica ut. i. 6. continentis in deficcatiuam, consumptiuam, & arefactiuam.

Tertio diuiditur in hecticam morbum, quæ fit absq; alio morbo præcedente, & dicitur hectica incipiens, & in hecticam accidens, quæ ad alium sequitur morbum; ut ad ephemeram, uel putridam, & huiusmodi, ut Aui. nam communiter sequi solet ad febres arduas, quando prohibetur potus infrigidantium à medico ignorante: ut quando ad eodem applicantur pectori, uel thoraci, uel hypochondriis res exiccantiæ, quæ non conueniunt: similiter quando sunt febres cum apostemate calido stomachi, & hepatis, & rectè non curantur: sicut quandoq; sequitur ad hemitritæum. unde prima quarti Aui. de hemitritæo. Hemitritæus est de febribus interficientibus magis: quoniam perducit ad hecticas, & ægri tudines chronicas difficiles. & hic aduerte dictum Aui. de hectica: febris. n. putredinis, aut apostematis permutatur multotiens ad hecticam propter febris uehementiam, & propter uehementiã subtiliationis cibi in ea, & propter prohibitionem aquæ frigidæ, & paucitatem obseruationis laterum cordis cum unctionibus, epithematibus, & emplastris. scilicet cordialibus frigidis, & propriè in ægri tudinibus membrorum uicinarum cordis; ut diaphragmatis, pulmonis, & similia: quando non sunt in eis dispositiones prohibentes illa frigida approximari. & multotiens confurgit ex ulcere pulmonis, & pectoris ex phthisi, nonnunquam ex empyemate, & uniuersaliter ex omni apostemate interiori saniato. & in cap. de signis hecticæ. Quandoque accidit hectica retenta cum stomacho, id est, quæ accidit propter lesionem stomachi, in quam hecticam, ut Aui. faciunt medici ægros cadere dantes in potu uinum, aquam, carnes, aut medicinas calidas; ut diamuscum, & huiusmodi propter casum uirtutis, & frequentiam syncopæ, & supple utentes rebus calidis, ubi non conueniunt. ex quibus comprehendere plurimos errores medicorum austerorum, qui sunt in malis opinionibus hecticati, siue fixi, qui sunt ab omnibus euitandi. & tu benè considera.

C CAUSAE. De causis autem eius nunc dicatur: sed ut supra prius attende, quòd hecticam contingit dupliciter fieri: aut. scilicet incipiẽdo, quia. scilicet nulla præcessit ægri tudine, aut quia ægri tudinem aliam secuta sit.

Causa autè primæ est causa exterior, quia primitiua, aut aeris caliditas immoderata, aut exercitium forte omnem impediens digestionem, & membrorum debitam nutritionem, aut superflua quies. unde tertia primi de exercitio. Dimittens exercitium frequẽter in hecticam cadit, balneũ exiccantium, coitus superfluus, inanitio superflua, ut fluxus uentris, sanguinis, dolor magnus perseuerans, aut usus rerũ calefacientium, & exiccantium ex parte cibi, potus, & huiusmodi, aut applicatio medicaminum talium frequentata, aut superflua uigilia, aut superflua à cibo abstinẽtia, aut aũ accidentia superflua; ut ira, rixa, nimia tristitia, angustia, & huiusmodi, quæ apta sunt corpus extenuare. & longinquũ est, ut accidat hectica incipiẽdo, nisi accidat cã fortis ualde. Aui. causa; quoniam cã talis occurrens nobis, prius est apta, ac debet calefacere, seu inflammare spiritus, & humores quàm radicalia; cum illi sint magis apti inflammationẽ recipere. & ex consequenti prius præcedet ephemera, aut putrida: deinde per dies succedet hectica. & ideò dixit Aui. longinquum. i. rarissimè. ex qua ratione concludunt aliqui, quòd non benè potest fieri febris incipiẽdo; quia. scilicet cã sit ita fortis, quòd simul faciat ephemeram, putridam, & hecticam sed dubium maius est, an contingat eam fieri incipiẽdo absque alia febre: & dicendum, quòd sic, exponendo Aui. quoniam est cã fortis; quia præparatio, seu membrorum aptitudo, per quam membra sunt apta ab aliquo agente poni in calefacto esse, & non spiritus, & humores ab eodem; tunc contingit hecticam causari non causata putrida, aut ephemera, ut uerbi gratia, multa membrorũ ariditas ex præcedentibus ieiuniis, & uigiliis cãta. unde membra facta sunt cito inflammabilia: non sic autem spūs, & humores. occurrente ergo calore

De febris.

extrinseco propter hanc dispositionem fiet accensio in mebris, & non in spiritibus, aut humoribus. uerum scio te admirari: quia est hæc præparatio ualde extranea. & ideo nunquam uel rarissimè euenit. & credo, quòd paucissimi sunt, qui eam incipiendo uiderint. ego nunquam uidi, nec credo me uidere: nam extraneum est credere membra solida ad tam posse peruenire passibilitatem, siue receptionem, ad quantam peruenit spiritus; cum sit summè rarus, & passibilis in comparatione ad ossa. unde dicendum magis hoc euenire, ex modo substantiæ determinatæ ad hoc agens; quia scilicet passum est aptum magis ad retinendam impressionem agentis: nam, & si spiritibus occurrat hæc caliditas; ipsi non sunt apti retinere illam: sed benè membra solida tamquam subiectum agentis potentiæ proportionatum. & est simile; ut exemplo utatur Algazelis. fulgur instrumenta ferrea chirurgici combussit, & liquefecit, quæ in penarolo chirurgici continebantur, & penarolum dimisit illesum. & nisi experientia hæc demonstrasset; nunquam per rationem fuisset creditum. sicq; de hectica dicendum. item hæc hectica incipit subito, ut octauo therap. quoniam causa est fortis: alia uero paulatinè. multa cadunt speculabilia; quæ cum tibi tempus superfuerit, rimari poteris.

Causæ eius, quæ non fit incipiendo; sed est accidens, ut supra iam pro parte dictæ sunt in ipsa tertia diuisione: uerum sequitur ad ephemeram, & raro propter debilitatem caloris eius, & eius breuitatem. sequitur enim ad putridas magis: nam, cum prolongantur putridæ; debes timere de hectica futura. item apostemata intrinseca, & maximè principium, & præcipuè membrorum uicinantium, longa mala intrinsecorum dispositio, & præcipuè calida, & renum, matricis, & splenis, & huiusmodi; licet aliquando citius interficiant, quam ad completam hecticam perducant. item diuturnus fluxus, ut dysenteria, fluxus menstruorum superfluous albarum, aut rubearum, & uidi tales. & etiam idem operatur febris, cum perseverat: cum enim talia prolongantur, & specialiter feb. putridæ primò corrumpunt humiditatis corporis, postea resoluunt sua uehementia, & rem siccam incinerant. unde calor deinde procedit ad membra carniformia, & ipsa exiccat, & liquefacit. non tamen adhuc est hectica secundum communem opinionem; licet sit ad eam dispositio. deinde conuertit se ad humiditates cordis principaliter, & membrorum solidorum: & tunc hecticam causant; maximè quando contingit error ex parte medici in exhibitione rerum calidarum, aut prohibitione à frigidis, ut supra in tertia diuisione. & tu ibi.

Quidam nituntur assignare hecticæ causam coniunctam quæ & si non habeat nomen simplex ei impositum; habet tamen nomen ex multa congerie terminorum constitutum, & est habitus humiditatum radicalium in foraminibus, & concauitatibus membrorum existentium ad inflammationem in quibus reperta sunt subtilitas, & ariditas cum quadam acuitate. & quam cito reperitur ista causa, tam cito reperitur hectica: & quam cito poterit per naturam, uel medicinalem operationem remoueri, tam cito curabitur: sed, si permittitur eam habituari in secunda, & tertia humiditate membrorum tunc de difficili curabitur, ut supra, & infra de cura dicetur.

Corpora autem hecticæ apta sunt macra extenuata, cholericæ, facillè resoluibilia, pueri, & huiusmodi: econuerso inepta sunt pingua, carnosæ, solida resolutioni, & inflammationi inepta, & mulier aliis paribus è uiro ineptior. itè ad hoc facit aeris constitutio, regio, & hmoi, ut sæpe de aliis dictum est.

SIGNA demonstratiua. de signis demonstratiuis incipiendo nullibi scriptum inueni: imò Gal. secundo de crisi se ab eorum positione excusat: quoniam, ut dictum est, rarissimè uenit. de his aut, quæ rarissimè ueniunt, non est scientia saltè apud medicum, uerum, cum comprehendes corpus alteratum, & non ex cæ extrinseca, ut nimio calore, & hmoi corpus exicari, & caro minui cœperit, & sic de aliis signis hecticæ comprehenderis; satis rationabiliter poteris cōiecturari ipsum pati hecticam incipiendo. & tu prosequere fabricando ex dictis, & dicendis. & ueniens ad signa demonstratiua hecticæ, quæ secundum plurimum sit, dico, quòd, ut scriptum est ab Aui. prima quarti de hecticis, Hectica quidem in principio rei est difficilis cognitionis, quam sententiam omnes nostri

E authores confirmant. & ideo prima species eius corpus à sua naturali dispositione sensibilibus non multum permutat. quare etiam signa eius à signis sanitatis non sunt multum uariata. & ideo oportet medicum esse multum expertum, & pluries ista signa uidisse, si eam facillè cognoscere uoluerit, de quorum numero usq; modo non sum, & existimo paucos fuisse tales: nam in nullo libro inueni ea, quæ sint primæ speciei sic propria, quòd non conueniant, & putridis. & ideo multi iunè de eis pertranseunt. cum quibus ad præsens ambulare uolo; ne præsumptuosus nimium habeat. lat. n. tibi sit, si quæ ab aliis inuenero; hic cōscribam: nam Auer. 6. colliget dixit eius accidentia occulta esse in principio. dixit Gilbertus.

F Propria signa primæ speciei sunt alteratio coloris, & tu supple ad plumbeitatem, uel liuiditatem, & aliqua mutatio consumptionis membrorum officialium, & uniuersaliter corporis totius extenuatio absq; ariditate manifesta. & uina habet aliquam pinguedinem supernatantem absq; renu dolore; ac grauitate, & tu supple etiam absq; eorum caliditate sensata: & declarans hæc ex intentione aliorum dico, quòd maximè hæc ueritatem continent, quando .s. talis extenuatio est ex calore parum excedente caliditatem naturalem ipso continuè percepto circa uolas manus, & plantas pedum, & quicq; magis, & quicq; minus, ut magis post assumptum cibum; ut dicitur statim in de signis secundæ speciei; & quòd patiens statim sic uniformiter calefactus, ut quasi se calore non percipiat: imò credat se esse à febre liberatum: & hoc quoniam hectica succedit alteri febre, ut dicit. & si ponit manus super infirmum; sentitur in principio caliditas suavis: & cum remanet manus super eum hora una apparet cum fortitudine, & mordicatione, & non cessat augmentari: sed istud est remissius, quam in secunda specie, de quo statim in sequentibus signis ad plenum. unde quæ dicentur de sumptis à substantialiter inhærentibus; hic adducas; secundum remissionem tamen, & urina uidetur uariari, & aliquantulum citrinior fieri solito. & quandoq; apparent infundo uasis aliqua humiditates fundo adhærentes ex his, scilicet quæ à caliditate tali ad superficiem membrorum dissoluuntur fortificata magis caliditate. & placuit Gentili signa ab Auicena. posita in principio sui capituli maximè cōuenire huic primæ speciei, & sunt pulsus minutus propter debilitatem uirtutis, durus propter contractionem arteriæ à siccitate proueniens, & in his est gradus secundum gradus debilitatis, & duritiæ: nam in prima specie hæc sunt remissa respectu sui in secunda specie: quoniam in processu est maior debilitas & maior durities frequēs, ut suppleat defectui magnitudinis debilis propter debilitatem uirtutis, & inobedientiam instrumenti: fixus secundum habitudinem unam, id est, dispositionem: quia non habet paroxysmos: non tamen est sic fixus, quin cibo, & potu, somno, & uigilia non mutetur.

G Et hæc signa cum augmentari incipiunt; percipiuntur magis; & appropinquat signis secundæ speciei: & hoc maximè circa finem eius: cum finis huius sapiat principium secundæ ideoq; manifestantur, & ab authoribus communiter ponuntur, quæ & ego ponam ordinem seruans, quem in aliis initium faciens ab urina.

H Apparet oleaginea commixtione unctuositatis membrorum, siue pinguedinis. quandoq; est superius spissa, inferius tenuis propter pinguedinem superiora petentem, & commixtionem eius cum urina. & propter eandem causam apparet quandoque liuida, & in pluribus est ruffa, uel subruffa propter fortem caliditatem. item quandoque apparent resolutiones quædam in eo, ut petaloides, crinoides ad modum scilicet farris fracti, quæ si non sint uitio renum, aut uesciæ; significant maximè crinoides: quando ad albedinem tendunt membrorum liquefactionem, & eorum rasuram. & similiter dic de petaloidibus: similiter est hypostasis adipina hoc idem significans, & hæc magis in processu apparent, dum scilicet itur uersus tertiam speciem: nam in principio secundæ ista non sic apparent: sed quasi nihil, aut parum est urina mutata à seipsa naturali. & ideo benè attende intentionem, & remissionem horum signorum, ne decipiaris in iudicando. neq; super urinam solam confidas: sed ipsum signum cum aliis congrega. credo, quòd, quia calor extraneus membrorum fixus factus est infirmo generalis, propter

Nota similitudinem de fulmine.

propter hoc non multum uarietur urina: ueruntamen in superficie debet apparere pinguedo, uelut tela aranea superantant, à calore tali liquefacta seu resoluta: nam, cum talis resolutio fiat in uniuersis membris; eorum pinguedo à remotis ueniens cum urina emittitur. & caue, ne uitio uescia, aut renum capiaris. & differt hæc pinguedo ab eâ, quæ à renibus uenit; nam quæ à renibus, est segregata magis ab urina, & grossior. hæc autem cum per longissima loca perueniat; cum urina est cõmixta, & est magis subtilis. & ideò, cum procedit ulterius liquefactio; quia ad tertiã peruenit speciem; fit oleaginea: & tu considera.

Egestionem sunt unctuosã.

A substantialiter inhærentibus; quia caliditas eius est æqualis uniformis nullam habens excrescentiam: propterea quia non habet materiam, à qua excrescentiæ ueniunt; sed est lenta absq; diuisione. & cum ponitur manus super egrum; sentitur caliditas minor ualde, quàm in synocha, aut ei similibus, ut in eufonide: nam in his eleuantur uapores multum inflammati à materia putrida ad cutim peruenientes. & hic cadit locus speculationis; an scilicet caliditas hectica sit maior, quàm putrida.

Pro qua dissoluenda primò dicendum, quòd in hectica est calor maior, quàm in putrida, quæ est uia ad eam: quoniam hæc hectica est ultimum mutatum esse, cum quo tamen stat, quòd in aliqua putrida sit maior, quàm in aliqua hectica: dico secundò, quòd absolute quantitatiuè maior est caliditas, quæ repræsentatur in putridis: quoniam cum maiori quantitate; quia cum maiori multitudine uaporum repræsentatur. & ideò dixit Aui. Inflammata materia. in hectica uerò, quoniam caliditas est multum in quanto diminuta; ideò indicatur à tangente, quòd caliditas putrida est intensior absolute, cum quo tamen stat, quòd sit caliditas hectica intensior, quàm illius putrida: & hoc si hectica ad eam secuta est, ut dictum est. & tu bene considera.

Item est aliud signum: quoniam cum in principio tangitur patiens; percipitur caliditas magis suauis: & cum remanet manus super eum; hora una apparet cum fortitudine, & mordicatione, & non cessat augmentari. & causa; quoniam calor hectica est fundatus in substantia grossa terrestri tardè impressionem ingerenter. sed, quando perferuat tactus, quia in eo tanto tempore multiplicatur uapor sub tactu, cum uapor ille sit acutus mordicatus; hinc in processu mordicatus, & nõ cessat augmentari. sed hic scito, quòd calor continuè minorando procedit; quia minor in secunda, quàm in prima: & minor in tertia, quàm secunda: quoniam calor præternaturalis mensuratur ad mensuram caloris naturalis. & quia naturalis continuè remittitur; hinc &c.

Item loca cordis arteriarum, & uenarum sunt calidiora, quod in eis est. hic est locus speculationis, quam speculationem in præsentiarum omitto. tu tamen scito, quòd per loca arteriarum debes intelligere arteriarum, scilicet manuum, & pedum, & eorum uenarum, quæ arterijs associantur. & causa; quoniam calor in corde hectici est maior, quàm in aliarum febrium corde, qui diffusus per uenas, & arterias etiam in eis magnus repræsentatur, & maior in existere saltem quantitatiuè, quàm in alijs partibus corporis; propterea quia repræsentatur in illis cum multitudine uaporum, qui eleuantur à sanguine, & spiritibus in uenis, & arterijs contentis. quod non accidit ex repræsentatione caloris in alijs partibus corporis scilicet, ubi non sunt arteriæ, & uenæ. in putridis autem secus est: quoniam in eis per totum corpus repræsentatur calor cum uaporibus. & tu adhuc considera. item caliditas est similis, idest, non paroxysmans, & non minuitur: sed bene quandoque augetur; ut cum superuenit ei cibus; augmentatur uelociter. & hic aduerte, quòd dato, quòd ex assumptione cibi in putrida calor interdatur; non tamen dicitur caleferi, ut in hectica. in hectica autem est caliditas non uehemens. i. non fiens: sed facta. & ideò, quando cibus incipit caleri; calefacit corpus, & ab eo se caleferi percipit: sed in putrida, quia caliditas est fiens; sentit faciens calorem putrida, & non notat, siue percipit caliditatem cibi dato, quòd ab ipso calefiat. & ideò absolute dicendum, quòd in utraq; cibus caliditatem inducit: sed talis ab hectico percipitur, & à patiente putridam non percipi-

tur, uel saltem sic non percipitur propter uarietatem caloris putredinalis. ad hæc autem sensationem in hectico adiuuat cita delatio cibi ad membra; quia propter defectum materiæ transit cito cibus, & ab ipsa materia non impeditur: nam in putrida cum sit præsentia materiæ; ipsa impedit cibi uelocem transitum, etiã quia uirtus pigritatur impedita circa materiæ digestionem. amplius imaginari uelis, quòd in cibo intrante stomachum est duas partes assignari: unã subtilem roralem; quæ cito transit ad membra; quia scilicet duabus horis, uel circa. & ista est pars, ex qua hecticus sentit calorem; quia est multum inflammabilis, & cito. & quia motus huius partis diuersificatur in diuerso tempore; ideò quidam anthores scripserunt duabus horis post cibum sentire talem calefactionem: quidam tribus horis post, & quidam una hora. alia autem pars cibi est grossa, cuius mora est in stomacho pluribus horis, quàm duabus, & uadit ad hepar gradatim, & fit sanguis. & fit deinde humiditas prima, & cãbium, & nutrit. & totum hoc uidetur fieri spacio. xiii. horarum, ut Auerrois. 6. colliget, in fine, & in practica. canticorum commento. 12. & tu considera. Gale. autem primo de differentiis posuit addere calorem addito cibo, & addere pulsus in magnitudine, & uelocitate esse signum proprium & inseparabile hectice: nam semper quandoquæ exhibetur cibus; fit hæc inuasio, siue aliquo modo typi: nam inuasio in hectica non fit absq; cibo: sed bene in putrida. & sequendo quæ dicta sunt pro complemento causæ dicendum, quòd humiditas illa rorida occurrens membris ipsis aridis est causa per antiparistatim, ut uniatur calor, & sic fortificatur: ex cuius unione in eam agit, quàm in fumum eleuat. & sic fumosa per corpus dispersa ipsum calefacit. & est simile sicut, cum projicitur aqua frigida super calcem calefactam, aut lateres calefactos, ut Gale. allegato loco. Auerrois autem quarto colliget hunc modum medicorum deridet. uelle item ipsius opinionem hic adducere, & multorum aliorum in materia hac loquentium esset deuiare à nostro proposito, & magis theorica, quàm practica librum implere. sufficiat autem ibi, quòd ita fit ex parte rei.

A qualitate mutata. color faciei liuidus, plumbeus, diminutione sanguinis humiditatum, ac spirituum, quorum præsentia, ac multitudine color stat floribus: nam, ut Auic. permutatur uersus nigrum maximè quãdo ulterius prodit adustio, quod est uersus tertiam speciem. & propter hanc causam accidit in cute durities, & asperitas: item corporis extenuatio, oculorum concauitas notabilis, applanatio temporum: non tamen est faciei adhuc tornatilitas: sed pulchritudo eius deperdi incipit. & cum hoc longum est tempus, quod hæc apparere inceperint cum læsione sensibiliter operationum consuetarum.

Ab operationibus. iam dictum est in prima specie: sed illa intensiora reperiuntur in hac secunda specie, quàm in prima. unde Auic. quando febris expellitur, idest, transit ad ubel, idest, ad secundam speciem; uehemens fit durities pulsus, & eius debilitas, & paruitas propter casum uirtutis, & frequentiam eius propter eandem causam, & maximè quãdo causa casus in hectica est apostema, quod non resoluitur & cum res procedit; fit pulsus dictus cauda muris; quia procedit de paruo ad minorem de frequentiori ad frequentiorum, donec finiat, idest, occidat. quòd, si fuerit ad ubel ex potu uini calidi; pulsus erit paruus, & confortata uirtute post multas paruas percussiones fient aliqua magnæ; deinde pur redibit ad paruitatem. & talis appellatur fatalis, siue actualis ad similitudinem acuum, cum quibus subsellia suuntur. & in summa pulsus in differentijs dictis supra augmentabitur: quia scilicet efficietur minor, durior, frequentior. accidit & istis tussis sicca nocumento communicato membris spiritualibus; quandoq; humida congregatione alicuius humiditatis in illis. item ex uapore feruido eleuato ad superiora accidit eis genarum rubor: item dolor in sinistra spatula propter colligantiam cum spiritualibus. cumq; hæc ad statum eius peruenit; magnam habet similitudinem ex parte signorum etiam cum hectica tertiæ speciei. propter q̄ Auic. unicum fecit capitulum.

Et ideò ad signa tertiæ condescendam ab his, quæ secundæ differentia ex parte intensiõis initium faciès ab urina.

An caliditas hectica sit maior quàm putrida.

Cur hectica ex cibo calefit & non febris febre putrida.

De febris

In hac urina est oleaginea uerè, & apparent petaloides, & erinoides, ut supra. item aliquando apparent, sicut oculi olei effusi in aqua.

Egestiones sunt unctuosæ.

A substantialiter inhærentibus satis dictum est.

A qualitate mutata. pulchritudo faciei in totum ablata, & est facta tornatilis, & terribilis aspectus est: quippe uelut mortui, iam diminuto calore, sanguine, & spiritibus; quorum præsentia stat uiuacitas, & pulchritudo. & oculi positi sunt in profundo ipsis contractis, ad intra etiam paruificati uidentur introisse magis, & multiplicatur lippitudo sicca, & cutis frontis tenditur, & destruitur color cutis, & est, ut sit super ipsam puluis quidam, sicut accidit ex aduisione solis itinerantibus in eo. item crescunt, id est, manifestantur extremitates ossium omnis membri, & uidetur eius uenter minorari, & adhærere cum dorso propter fortem, & extremam consumptionem. & hypochondrium est sursum tractum ad thoracem propter contractionem, quæ accidit in lacertis eius. unde hypochondrium mouetur uersus suam originem. cutis arida multum. quod si digitis eam trahes; sic tracta remanebit, ut corium carens humiditate, qua mollis fiat, & ad suum redeat locum. subtiliatur nasus à forti siccitate.

Ab operationibus. pulsus differentia dicta augentur: ut quia fit magis minutus, siue subtilis, quia exiccatur magis, & attenuatur arteria debilior, durior, frequentior, grauitas eleuandi supercilia propter debilitatem uirtutis motiua, & quia muscoli eleuantes facti sunt inconueniens instrumentum ex nimia eorum siccitate: fit oculus somnolentus, & clausus absq; somno: nam, ut primo de differentiis, non est somnus: sed uigilandi impotentia propter debilitatem uirtutis: nam hi ex multa siccitate non possunt bene dormire. & ut dictum est, depauperati calore, & spiritu non possunt palpebras eleuare: ad quod etiam facit siccitas musculorum nimia. elongantur pili, id est, apparent longiores propter cutis depressionem ex consumptione carnis. pili eriguntur propter contractionem cutis. & ideo uidentur longiores. & quidam dicunt de facto longiores fieri: quia in hecticis istis ex calido aduistuo multiplicatur materia fumosa generationi pilorum apta: in his non ex toto deficit nutrimentum ex uapore eleuato, & humido extensibili. cadunt in eis pili iam consumpto humido in poris eorum. unde pori elargati eos non detinent. considera. item in eis apparent pediculi propter corruptionem nutrimenti sub cute ex debilitate uirtutis nutritiua. unde prius sub ea generatur, deinde egrediuntur. incuruatur unguis ex nimia siccitate, sicut corium ad ignem. consimiliter arcuantur: & tunc uenit ad statum, & tendit ad occasum, & liquefiunt. & hi, & præcedentes semper habent stomachi debilitatem. & hic nota, quod cum signis hecticæ semper appareret signa læsionis membri, à quo incepit hectica.

SIGNA transitus ephemeræ in hecticam. quia ephemera præcessit existens post secundum, aut tertium diem in eodem gradu: & sic febris perseverat absque aliqua uehementia: nam secundum plurimum febris ephemera declinat post. xxii. horas. Vnde Auicen. Cum ergo pertransit, & non declinat: imo si continuat usq; ad tertium diem, & omni die fit fortis; tunc illa est hectica, & apparet in corpore infirmi liuiditas, obscuritas, siue palledo, & incipit corpus consumi, & non notabiliter: & quia corpus est paratum hecticæ, & quod præcesserunt animi accidentia fortia, aut causa primitiua alia fortis; ut uigilia superflua, fames, & huiusmodi ex superius numeratis. unde cum sic perseverat febris etiã his signis perseverantibus; tunc est hectica, & maxime si cum his apparuerint signa primæ speciei leuia: quoniam talia debent in principio apparere. & dixit Auic. Et de significationibus permutationis febris ephemeræ ad febrem hecticam est uehementia fortis caliditatis intro ualde, quasi dicat in prima immisione manus superficialiter non apparet uehementia caliditatis; quia est occulta intro ualde: hecticæ enim calor est maior calore ephemeræ: sed non est sic superficialis. & ideo, cum perseverat manus medici super brachium infirmi; percipit medicus caliditatem fortem, quæ est intro ualde, quia occulta. & ex his tollitur contradictio

E inter Gal. & Auicem.

SIGNA permutationis putridæ in hecticam; quia putrida recessit, & quod remansit caliditas sicca post declinationem ipsius febris, & post sudorem exuberantem, & quod illa caliditas sic perseverat cum læsione operationum omnium; & quod corpus incipit areferi, & extenuari. & in urina incipit apparere unctuositas: & similiter in egestione. quæ si remansit putrida occulta cum ipsa hectica; in pulsu inuenietur coarctatio, quæ non reperitur in hectica simplici, & caliditas uix accidit in paroxysmis. & tu per signa alia primæ speciei, ac secundæ discurras, ut bene comprehendas, & non decipiaris.

De signis tamen compositionis hecticæ cum alijs febribus dicetur in sequenti capitulo.

SIGNA prognostica. Hæctica æstiuæ secundæ speciei est deterior hyemali, & maxime quantum ad causam curatiuam; quia difficilius curatur, & facilius in tertiam speciem labitur propter aeris constitutionem: sed quantum ad causam introductiuam, hyemalis deterior, & periculosior; quia à fortiori causa introducitur.

Cum febris corpus liquefacit, & extenuat, si non moritur; in phthisim, & hecticam incidit.

Omnis febris cum prolongatur; sequitur eam febris fixa Gal. de malitia complexionis diuersæ.

Quando unguis incuruatur; tunc est in statu, & non est illi cura.

Quando autem capilli cadunt; tunc mors est uicina.

Quando ei superuenit fluxus uentris; tunc mortui est propinquus; quia citissime deicit uirtutem. unde. 5. aphor.

Quibuscumque phthisicis diarrhœa superuenit, morientur: quia aufert nutrimentum uirtuti.

Quando autem tibiæ inflari incipiunt; tunc diu uiuere non possunt, sed ut plurimum circa tertium diem moriuntur. Haly.

Si uides uirtutem debilitatam, & mēbra iam decrescant, & liquefiunt, donec uenæ uideantur uacua, & iam minuuntur arundines manuum, & pedum; tunc caue à curatione eius.

Arefactio incipiens à corde est deterior cæteris, & citius ad mortem festinat: post eam in malitia, quæ est ab hepate: deinde quæ est à stomacho, & sic de alijs secundum eorum diuersitatem in notabilitate, septimo therap. & de his in fine rubricæ huius.

De cura febris hecticæ simplicis. Rub. no. 2.

DICITUR simplicis: quoniam de cura eius, ut cum alijs componitur febribus, dicetur in sequenti capitulo. & antequam ad eam curandam te intromittas; prius considerare debes, si ipsa curabilis existit, an non. quod ex habitis signis cognosces. quod, si incurabilis erit; eam relinque iuxta illud Gale. Patronis nostri. 1. aphor. commento. 8. Morituri solis prognosticis sunt relinquendi, ne etiam cum moriantur, nomen mali medici subeat. & ut in re ista, doctior efficiaris; scito, quod, ut Aui. & cæteri authores nostri; Hæctica quidem in principio rei, quia primæ speciei, est difficilis cognitionis, & facilis curationis, nisi ex malo regimine, aut ignorantia medici in aliam transuerit speciem, & in fine sui, id est, in processu: dum. scilicet, peruenit ad secundam speciem, est facilis cognitionis, & difficilis curationis: & finis aduul, quia secundæ speciei, qui sapit naturam principii tertie speciei, ut supra non recipit curationem penitus: quoniam tertia species manu homini curari non potest. cuius causa assignata fuerat supra in principio capituli; quia iam consumptum est radicale humidum. in principio autem, quia non est facta magna consumptio, & uirtus ualida est, & fortis, similiter & membra; hinc curari poterit, & facile. sed in secunda uirtus est notabiliter defecta, & membra exiccata, & debilitata; hinc cum magna curabitur difficultate. in secunda uero est in totum defecta uirtus; hinc &c. ita quod media se habet medio modo inter primam, & tertiam quo ad curam, & quo ad cognitionem. & punctus medialis est punctus medius latitudinis secundæ quo ad hæc duo. & tu considera: nam principium secundæ sapit naturam finis primæ, & finis secundæ naturam principij tertie. & dixit Gilb. quod causa difficultatis curæ

cure secundæ est triplex: prima debilitas caloris naturalis, & fortitudo innaturalis imprimens, & soliditas materiæ, in qua fundatur, difficulter recipientis humiditatem ei aduenientem: nam, antequam ad eum ueniat; humiditas ipsa consumitur. tertio similiter triplicem causam assignat: prima innaturalis calor ultimitate accensus, & consumens humiditatem: secunda consumptio humiditatis radicalis, quæ restaurari non potest: tertia elongatio nutrimenti, quod, antequam ad membra ueniat; in ultimo consumptionis ipsius positum est. considera. sed quæres, quare hectica ponitur sic difficilis curationis, & non putrida; dicendum, quod caliditas in corde posita à uapore putrido, à quo habet dependentiam, facilius remoueri potest, quàm caliditas hectica: nam humor est à natura, & auxilio artis à corpore facilius expellibilis, aut permutabilis, à quo uapor eleuatur: sed caliditas hectica est in ipso corde fundata, & in alijs membris, & in ipsis humiditatibus nutrientibus membra, & est independens. modò membra calefacta humiditates calefaciunt eorum, & desiccant, & caliditas humiditatum membra sic calefaciunt: & sic in caliditate accidit circuitio. propter quam difficultatur eius cura.

CANONES. Vnicus est canon in cura eius ponendus, & est infrigidatio, & humectatio. unde Auicenna. Intentio in curatione feb. hectica est infrigidatio, & humectatio. sed, ut particularius loquar; tres tibi tales ponam: primus ordinatio diætæ: secundus alteratio: tertius accidentium correctio.

Primus, & secundus, ut patet, sub una clauduntur intentione uniuersali iam dicta: circa quam oportet alias particulares intentiones intelligere. prima quod infrigidatiua in hoc casu non debent esse multum in gradu eleuata propter caloris eorum debilitatem: sic enim extingueretur; quoniam paruus calor tantam frigiditatem tolerare non potest. unde non debent transire secundum gradum. & tu hæc diuersifica secundum diuersas species; nam prima tolerat frigidiora. & tertia uult minus frigida, ut in primo propter calorem, & uirtutem esse in ea debiliorem: media autem media inter hæc. quod si aliquando cum aliqua tali in tertio, aut quarto pertransibis; debilita ipsam aut ex parte quantitatis, aut ex parte alterius secum commixti refragentis: & quod administrata debent esse magis humectatiua, quàm infrigidatiua: quoniam plus humectatione egemus. & scito, quod frigida multum in hoc casu exiccant de per accidens, & hoc substantialiter: quoniam debilitando caliditatem membrorum prohibet ea à debita nutritione, & sic exiccantur. & permaximè si sunt frigida & sicca, quæ administrantur, ut sunt trochisci de camphora, & similia. tertia, quod humida non debent esse fortia & fortis impressionis, ne opus caliditatis obtundat: sed debent esse commensurata dyscrasie febrili, neque debent esse caliditati coniuncta; ut est uinum, carnes, & huiusmodi: sed frigiditati: de quibus habebis exempla. & ideò dixit bene Auicenna. Tu non debes accipere, sicut trochif. de camphora, & de spodio, neque humectantia, quæ calefaciunt; sicut uinum: quoniam, si ex una parte infrigidando, aut humectando iuuant; ex alia nocent. quod, si necessitas te uocat ad uehementem infrigidationem; tunc est quarta intentio, debes commiscere, quæ illam remittant frigiditatem. & similiter, si est cum illis frigidis siccitas, quæ illam remouent siccitatem: ut uerbi gratia, commiscendo uiolas, aut nenufar, & huiusmodi cum illis trochif. scilicet de camphora, & spodio; ut aquam hordei cum uino, & huiusmodi ita, quod aut cum eis commisceas; aut fac illam præcedere, aut sequi, ut corrigatur nocementum ab illis futurum: sed melius est commiscere. quinta intentio, quod à stypticis fortibus (nam debilia non nocent) debes abstinere. & sequitur ex secunda: nam styptica corpus exiccant, & claudendo, & coadunando superficiem carnis, & cutis prohibent penetrare frigida, & etiam ipsa ex eadem causa ad interiora non penetrant. sexta, quod, si talia æqualia tuo non inuenies proposito; tu debes cum reiteratione procedere cum remissionibus, & in quantitate multiplicando: non tamen tantum, quod naturam suffocent. unde te modera. & hæc est uia securior procedere scilicet

A cum leuioribus frigidis reiteratis, & in quantitate maiori exhibitis, ut infra. & tu considera. septima, quod approximata sint aromaticata. causa patet. octaua, quod horum approximatio fiat stomacho uacuo, ne digestio impediatur. nona, quod fiat incessanter remediorum frigidorum crebra renouatio, ne ab ipsis sic calefactis calefiant membra. decima, quod consideretur actualis frigiditas pannorum, ne per ipsorum applicationem aliquando accidat rigor, horripilatio, & huiusmodi. & ideò tu calefacias, ut oportebit. & in expediendo hos canones sic procedam, ut quia primò ponam, quæ primæ pertinent speciei ex parte saltem duorum primorum: secundò procedam ad declarandum, quæ secundæ competunt, & quæ tertiæ conueniunt.

B Pro primo initium faciens, ut decet ab aere, dico, quod aer debet declinare ad frigidum, & humidum; quia ad contrarium causæ suæ, ut ceteræ res non naturales. & laudatur in æstate aer septentrionalis: nam infrigidatio aeris est melior res eis. Auicenna. quem debemus moderare, ne sua excessiua qualitate de per accidens exiccet: ut facit frigiditas excessiua in hoc casu, ut paulò antè dictum est: nam, ut possibile est, sit aromaticus. & tu pro eo corrigendo, seu alterando recurre ad ea, quæ de febre pestilentiali, & ibi habes copiose. Irrorationes autem sunt hoc casu conuenientiores ex aqua frigida. & quidam faciunt cadere eam ab alto in peluim ad humectandam cameram, & ad somnum inducendum mediante sono. & iuxta habita prima species fortiora sustinet infrigidantia. & aer frigidus inspiratus est ualde conueniens. sed ad extra corpori adueniens euitandus, ne catarrhi effluant, & cutem inspissent prohibèdo exhalationem fumorum putridorum, neque sit multitudine hominum frequentatus. quod, si propter frigus, ut hyemis igne in camera accendi oporteat; illum modera secundum imminuentem necessitatem ex parte infirmi, & ægritudinis. & loca terranea sunt alijs non contradicentibus altioribus meliora. uestes induat lineas ueteres mundas odoriferas, à lotionibus earum parum distantes. item odorent res frigidas, & humiditas, ut infra.

C Somnus, & uigilia. Somnum euitet diurnum, ut potest, nisi sit consuetus. item, si non dormierit in nocte; dormiat aliquantulum in die cum canone suo: quia melius est differre post cibum per tres horas propter illud, quod accidit de calefactione assumpto cibo. & ita fiat post cœnam, nisi obstet debilitas, & consuetudo, & breuiter somnus prolongetur ad humectandum, & euitetur decubitus supra spinam omnino.

Motus, & quies. inconuenit motus, & exercitium quodlibet, quod hæt exiccare, & resoluere. conuenit magis quies & non superflua, leues fricationes post somnum factæ, peccatio, mundificatio digitorum pedum, & huiusmodi.

Inanitiō, repletio. euitetur repletio, & etiam inanitiō, & eius cibus diuidendibus est in plures uices parum pro uice, non inferatur eis uiolentia in fame, & siti scilicet sustinenda, & nocet eis omnino. Auicenna. & Galenus dabat therapeuter in die cibum.

Item euitentur euacuationes fortes.

Euitentur animi accidentia mala exiccantia resoluētia, & gaudium, & lætitia uratur, & moderatè. stet cum amicis, cum delectatione, aspersione pulchrarum rerum delectabilium ut supra de melancholia. euitet cogitationes assiduas, forte studium, & huiusmodi. & à coitu absteineat omnino.

Cibus, potus. omnes cibi calidi, & sicci facile inflammabiles in humores calidos conuertibiles, duræ digestionis, tardæ penetrationis. acuti scilicet, & salsi sunt euitandi. panis non sit salisus, uel saltem non multum. ualet commixtio feminum portulacæ cum eo, nebulæ ex farina conueniunt pastillicia alia grossa euitentur, crustæ panis, & huiusmodi. & melius est, ut semper comedatur in aliquo liquore infusus; ut in brodio, in aqua, & huiusmodi: quoniam, ut dictum est, intentio maior est humectatio. carnes conueniunt temperatæ & humidæ à suo ortu parum distantes, lactentes, ut supra. 3. ca. quas et tu lactucis, portulacæ, & huiusmodi alterabis. euitentur aquaticæ, & lacunales. ex partibus earum conueniunt testiculi pullorum, hœdorum, agni, & uitulorum.

& sint carnes mediæ inter pinguedinem, & maciæ: nam nimium pinguia appetitum deijciunt, & stomachum lædunt, qui communiter in his reperitur nocitus. elixæ autem sunt conuenientiores. ex piscibus conueniunt petrosi, anguillæ in uerū coctæ. item cancri ex bona aqua decocti cum hordeo, ut remoueat pars saluginosa, per quam aqua eorum fit solutiua, & comedatur cum uino granatorum, aut arancio dulci cum modico zucchari: & sic carnes cum aliquo sapore consequente ad intentionem dictam. conueniunt oua recentia forbilia cum albo, & uitello simul sumpta. item in aqua fracta, & in eadem cocta: item retenta prius fracta in aqua frigida per horas, deinde in aqua cocta. cum quibus potes ponere succum aranciorum, granatorum, cum modico zucchari. conueniunt fructus positi supra. 3. cap. contra causam calidam, & siccam. ex ferculis conueniunt ea, quæ sub ea rubrica sunt, & habes in de diætis multa. & laudatur summè ptisana, & panis lotus in aqua frigida, de qua infra. cum quibus ponere poteris succum granatorum dulcium, aranciorum dulcium cum zuccharo, & huiusmodi. item conuenit gelatina facta cum agresta, aut uino granatorum nõ acetoso cum zuccharo, cum rosis, sandalis, coriandris, lambusca, & huiusmodi: & tu ex datis. 4. cap. compone sapes, & alia secundum usum patriæ, non recedendo ab intentione. tu itaque diætam ordina ut decebit. cumq; sentit reificationem, non est malum, ut cibetur caseo recenti non salito. Aui. quod dictum intelligunt, quando hecticus est in conualescentia. considera. & pro nunc scito, quòd, licet regimen positum sit omni hectico conueniens; illud tamen diuersimodè applicandum est secundum diuersitatem temporum, uirtutis, specierum eius, ac aliarum circumstantiarum: nam, quia in prima specie æger est fortior; maiorem cibi quantitatem sustinere poterit: & sic de alijs in una uice, ubi in secunda existens propter debilitatem uirtutis, nõ quare in eo oportebit diuidere. unde Auerr. 6. colliget. Cura primi gradus, & secundi usq; ad possibilitatem sanationis eadem ex istis, nisi quia diuersificatur secundum plus, & minus. in tertia specie labora ad nutriendum cum his, quæ uelociter penetrant boni odoris, & huiusmodi partiendo cibis in plures uices. ad sanandum autem non labores, ut supra, & 10. Almanf. & ut Haly. non sunt prohibedi ab his, quæ appetunt, nisi sit multum nociua. In cibando autem hecticos Auic. principaliter est uisus indicationem à uirtute sumptam considerare: inquit. Si uirtus debilitatur. s. manifestè; non est malum, ut cibentur iure frigido, carnibus hoedi, agni. & fortasse est necessarium, ut cibentur ex carnibus fasanorum, perdicum, pulli: quia. s. quando debilitas est maior. quòd, si prolongatur cum ea debilitas ad syncopim; est necesse, ut cibus aqua carnis. unde Hipp. est necesse, ut festinemus ad eorum restorationem in uirtute cum nutrimento, & potu, quæ sint facile, & multum, & cito nutrabilia: quibus, ut Aui. & supra debet in uices separari, & non in uice una saturari propter debilitatem uirtutis, & caloris innati. & laudatur summè lac, de quo statim, cū de potu, quæ danda sunt, expleuero. De potu Auic. uirtute ente debilita uinum subtile permixtum aqua multa. dixit aqua multa; quia absolute uinum potens: quia calidum, & exiccantium, non conuenit. conuenit aqua hordei excorticati bullita usque ad aperturam hordei inclusuè cum pauco zucchari. Aui. laudat eam decoctam cum corpore cancrorum prius ter lorum in aqua. & ut Genti. in lib. i. aquæ, ponuntur 3. ij. cancrorum. extremitates autem non sunt ita humidæ. & cum zuccharo: sed hoc non est in usu. & ut supra, si sint siticulosi, da eis bibere. & conuenit potus eius conuenientis quantitatis pro uice, & quandoq; copiosus post. s. digestionem cibi, si eo indiguerint propter sitim, ut. 7. colliget. unde aqua hordei est eis potus proprius, & absq; uino: quando. s. non est debilitas fortis. quo casu exhibe aquam uinatam, aut ut. 7. therap. uinum album pauciferum, clarum non nouum, aquæ multæ permixtum. & hæc uaria secundum ætatem, uirtutem, consuetudinem, tempus anni, & huiusmodi. De potu autem aquæ frigidæ quasdam ponam conclusiones ex authoribus nostris collectas. prima quòd ipsa in suo tempore exhibita est in hectica multum conueniens. patet: quia maximè intentionem perficit principalem. secundum

da, quòd in prima specie hecticæ uirtute existente robusta, ac corpore sanguine pleno est omnino exhibenda, nisi fuerit contradicens, ut infra. tertia, quòd, ubi uirtus sit debilis, & sanguis paucus: est ei nociua, & periculosa: quoniam calidum extinguit, & cor ipsum frigiditate sua nimium percutit. unde periculum est extinctionis ægri, aut conuersionis ad hecticam senectutis, & sunt conclusiones in lib. de tabe à Gal. positæ. & hanc ultimam uidetur corrigere. 10. therap. inquit. Hectici repentinam aquam frigidam. i. subito in una exhibitione datam non ferunt, quin lædantur in principio. i. in corde. propterea dixit Rasis. 9. Almaso. Aqua frigida paulatinè in potu sumatur. quarta, quòd non est exhibenda aqua frigida in hectica, quæ secuta est ad morbum diuturnum. Gal. allegato loco, & illa est correlariū tertiæ: quoniam siue morbus fuerit calidus, siue frigidus; iam calor, & sanguis sunt paucificati. & ideò bene dicebat Aui. Aqua ultimi frigoris plurimum nocet ei in omni dispositione, & corrumpit innatū calorem membrorum eorum radicalium: fortassis festinat, aut permutat eos ad aliud genus hecticæ. quinta est Aui. aqua frigida, quæ non est uehementis frigoris; quia decocta simplex, aut hordeacea, nõ est malum, si in potu detur eis, si non fuerit prohibens. & prohibens est aut apostema hypochondriorum, aut chymi in toto corpore existentes, qui digestionem indigent: & pro tunc non apparent signa digestionis. in summa aqua hordei est potus eis multum conueniens frigida, ut dictum est. ite aqua simplex cocta cum zuccharo, uel iulep uiolato, & huiusmodi: & uinum album subtile permixtum aqua multa, ut supra consideratis. de aceto Aui. in acetoso est: exiccatio uehementis; quia in aceto acuto, quare oportet, ut solo non utaris; sed cum eo commisce, quæ resistunt nocentis eius, quæ sunt exiccatio, & resolutio: & hoc cū aqua multa. propter quod in zeladorciis eius tali uti poteris. & considera. & forte Aui. intellexit per acetū almosos tale. de lacte autem, & de balneo dicitur statim in complendo secundum. & procedendo ad eum dico, quòd eorum, quæ sitim alterant, aut exterius applicantur, aut per interius exhibentur: exemplum primorum, ut sunt, quæ applicantur fronti, temporibus, naribus, collo, pectori, hepatis, cordi, testiculis, renibus, ac maiori parti corporis. quæ omnia recipiunt diuersitatem ex parte diuersitatis membrorum, & ex parte ipsorum, & applicandorum: ut quia quædam sub forma aquea, & quædam sub forma unguenti: & sic de alijs applicantur, de quibus omnibus ponam exemplum suum. uer. g. quia fronti applicanda sunt humectantia, & maximè tempore calido ex aquis sublimationis uiol. rosarū, lactucæ, cucurbitæ, &c. cū pecia linea in his infusa, & similiter temporibus: consimiliter cum decoctione horum, & similium rerum pauco aceti ad penetrandum magis. item scito, quòd, quia os frontis est grossius, quàm temporum; frigidiora conueniunt alijs partibus. unde admiscere potes cum eis, quæ fronti applicantur, aquam nenufaris, solatri, & huiusmodi. consimiliter circa ea loca operare cum olei, faciendo unguenta frigida cum prædictis aquis addendo sandalos, & aliquid camphoræ, aquas frigidæ, & huiusmodi. etiam addito modico aceti non uinosis facere poteris odoramenta, ut uirtus tolerabit, & dispositio ipsa exiget. item ex pluribus frigidis potest fieri odoramentum, & peciola. & tu fabrica. consimiliter inungatur guttur, siue collum, & partes eius laterales cum unctionibus frigidis, ex oleis dictis cucurbitino, nenufarino, & huiusmodi addendo ceram albam, modicum aceti. & super omnia sis sollicitus in assidua unctione spinæ. item pectus unguatur, emplastretur cum rebus frigidis pectoralibus addendo de pinguedine gallinæ, de butiro loto prius, etiam ad maiorem in frigidationem laua oleo cum aqua frigida. & hic aduerte dicta Auicem. Et oportet, ut non prologetur retentio emplastrorum in frigidantium ualde supra membra propinqua membris anhelitus: fortasse. n. inferret illud anhelitui, & uoci nocentum magnum. cordi, hepatis applicantur epithemata in frigidantia, de quibus ad plenum supra de febre pestilentiali. renes consimiliter aut unguantur, aut epithementur cum lactæ, oleo uiolato, & modico aceti: & ita de alijs. sed dices, debent hæc omnia simul fieri: dicendum, quòd non; sed principaliter attendendum est

est cordi non deserendo ipsum cum epithematibus propter illud, quod dictum fuit supra de causis casus putridarum in hecticam. de aliis operare modo cum uno, modo cum duobus, ut ipsa indiget dispositio: nam cum omnibus his simul operare esset uirtute multum distrahere, & nimium in frigidare.

DE LACTE. ponitur & a multis in complendo hunc canonem; cum sit medicina cibalis. conueniunt omnes auctores nostri lac ipsum competere maxime in hecticis: quoniam in frigidatum, nutritiuum, & restauratiuum, uirtuti naturali familiare multum, ac delectabile. propter quod & tu hic nota, quod, quando cum domesticis, & uirtuti familiaribus succurrere poteris tuis infirmis; nunquam ad syluestria procedas, ut quidam austeri faciunt, & trufantur de bonis, quae ab authoribus sunt magis experta. & primo laudatur lac humanum: secundo asininum: tertio caprinum: quarto uaccinum, a quo extractum est butyrum. & debent nutriri haec animalia rebus frigidis, & humidis, ut lactucis, foliis salicis, spinachiis, endiuia, herba recenti: & ita de alijs. & eligatur mulier phlegmatica iuuenis circa finem adolescentiae, puellam lactans trium, uel quatuor mensium a partu distans: quod si haberi non possunt omnes istae conditiones; studendum est habere plures possibiles. consimiliter dicatur de asina iuueni distante a partu nutrita: & similiter de capra, quae duo animalia eligantur flauella, & non brunella.

Et in exhibitione nota canones. primus quod non exhibeatur, & maxime brutale, nisi cum eo commisceatur zucharam, aut mel: quoniam lactis prohibent caseationem in stomacho, ut 7. therap. nam caseatum non penetrabit per membra. sal etiam prohibet eius caseationem: sed quidam timet in casu eius siccitatem: quidam non, ut Gale. secundus, quod incipias a parua quantitate, & procedas ad conuenientem dosim: ut uerbi gratia, ab 3. iiii. usque ad li. ad plus, & maxime in consuetis sed communiter usque ad 3. vi. uel viii. tu tamen considerabis aetatem, consuetudinem, uirtutem, & huiusmodi. tertius, quod detur mane stomacho ieiuno, super quod non se exerceat, neque dormiat: quoniam utrunque eum corrumpet. & stet ieiunus horis quatuor ad minus. & in hoc consideretur descensus eius a stomacho: quoniam in aliquo tardius, & tunc pluri egebis tempore.

Quartus, quod, si possibile est, sit ab ubere extractum. quod si non; colligatur in uase stante continue in aqua calida, dum inungitur, ut eius caliditas reseruetur, & ab aere non corrumpatur. quintus, quod attendendum est, ne in stomacho corrumpatur: cum sit faciliter corruptibile. & ideo prius attende, si in stomacho est humor putridus: quoniam, si sic statim in eo corrumpetur. propter quod dixit Aui. Si stomachus non sit mundus a malitia, neque corpus a materia preparata putridum; tunc cauendum est lac omni tempore. & alibi in eodem capitulo. Lac conuenit ei, qui non habet febre periodicam, neque materiam, neque humorem preparatum ad putredinem. sextus, quod, cum sentis putredinem ex lacte accidentem; tunc solue cum facilitate. quod, si timueris casefactionem; tunc abstine ab eo aliquibus diebus. si quousque securatio fiat: deinde reitera. & propterea securior uia est abstinere ab eo in principio. uerum Aui. dixit. Lac est iuuatiuum eis a principio hecticae usque ad finem eius. multi alij uidentur tenere oppositum: quoniam in principio corpora secundum plurimum sunt immunda, & putredini parata. unde Almanf. Cum laborans hac aegritudine corpus habuerit siccum, & fortiter macrum; lac est dandum. quasi uelit, quod in prima specie non sic conueniat propter causam assignatam: sed bene in secunda, & tertia. & forte illud idem uoluit Aui. item consequenter aliqui, quod dandum est in declinatione tantum, in quo iam corpus est a superfluitate humorum mundificatum. absolute quidam, quod, ubi percipitur manifesta corporis macies, & extenuatio, & maxime ex longa aegritudine, quam hectica sequatur; dandum est lac: & hoc dicunt uoluisse Hipp. 5. aphorismorum aphor. 66. in fine. Dare uero & in febribus longis nullo praedictorum signorum presente, & extra rationem tabefactis. i. consumptis. & pro complemento materiae huius ponuntur haec conclusiones. prima, quod indicatione sumpta a febre nunquam competit lac: quoniam est inflammabile, in materiam calidam conuertibile, in uaporem calidum, ac uentositatem.

A & propterea dicebat Hipp. allegato aphorismo. Lac dare febricitantibus, & caput dolentibus &c. secunda conclusio. quod in causone, & alia febre acuta aliquod lac dari potest non ratione nutrimenti: sed ratione medicinae. patet conclusio de asinino frigido, & humido aquoso. i. & butyrosa parte expoliato: nam sua subtilitate cito transit, & materiam deponit cholericam sua serositate, qua ipsum redditur solutiuum. tertia conclusio, quod in febribus longis, & chronicis, in quibus indicatio sumpta a consumptione est maior propter ipsam esse magnam, quam indicatio sumpta a febre, ut est in hectica secunda, ac tertiae speciei, lac dandum est; quia maior est intentio ad nutriendum, & malam completionem remouendum. quarta conclusio. in tabescentia naturali quodlibet lac alteratum, ut decet, competit. patet conclusio intelligenti. quinta, quod in hectica senectutis, nisi alteretur ad caliditatem, non uidetur conferre. patet conclusio propter ipsum esse frigidum. sexta, quod in hectico non multum febricitante; quia non intense, conuenit lac. patet: quia maior est intentio ad nutriendum, & humectandum, quam ad febrem. & ideo bene dixit Hipp. allegato aphorismo. Conuenit enim phthificis non ualde febricitantibus. tua itaque est comparare has intentiones adinuicem, & uincenti da locum. & in summa pro tui doctrina, ne in eius exhibitione cadat error; debes prima uice dare in parua quantitate, & considerare si post assumptum lac pulsus fortificatur absque additione caloris, & sitis, & si non fuit in stomacho parientis corruptum. quod si sic; prosequendum est in eius exhibitione. quod, si comprehenditur, quod in stomacho corrumpitur, & calor additur, & pulsus fit ut eorum, qui patiuntur angustiam stomachi, uomitum, subuersionem, singultum, anxietatem, & huiusmodi; tunc ab eo abstinendum est. incipe itaque cum pauca quantitate, ne si accidat error, magnus sit: nam ab authoribus collegi signa quinque corruptionis lactis in stomacho, & sunt caloris accensio, anhelitus maior, & frequentior pulsus, urina coloratior, acutior, siue intensior. & attendatur quod, si affuerit fluxus uentris cum hectica; lac non debet dari nisi calybeatum, uel bis, aut ter extingatur lapis in eo. postremo propter dictum Aui. lac tale non debet esse spissum; quia non penetrat: sed aquosum fluidum. cuius aquositas comprehenditur ex appositione eius super speculum, aut super unguem: nam, si aquosum est; fluit statim: si non; retinetur ut globus. & est signum, quo dominae praegnantis prognosticantur de foemella, aut masculo futuro: liquidum fluens foeminam: globosum uero masculum denunciat. & haec plurima de lacte sufficiant.

B quod si haberi non possunt omnes istae conditiones; studendum est habere plures possibiles. consimiliter dicatur de asina iuueni distante a partu nutrita: & similiter de capra, quae duo animalia eligantur flauella, & non brunella.

C Et licet multa a Gal. 10. therap. de eo, & modo applicandi scribantur in de regimine feb. hectica rum; tamen hic succincte modum tangam usualem, & primo de forma tinae balnei: debet enim tina balnei tantae esse altitudinis, ut patiens in ea se submergere possit: latitudinis uero, ut cubitus suos extendere possit. & quidam ordinant eam rotundam oblongam in extremo inferiori angustam, & in superiori latam, ut amphora. deinde ordinetur, ut cum circulis duobus se cruciantibus, & subleuatis, aut alio ingenio, quod desuper poni possit lintheamen, aut culcitra, ut cooperiatur, ne ab aere extrinseco alteretur, & accidat rigor: neque sic cooperiatur, ut accidat anhelitus difficilis, & spissus.

D De aqua balnei. sit fluuiialis, aut putealis simplex, aut facta decoctione foliorum rosa. uiol. salicis, nenufaris, aut cum his addedo (ut Gilbertus) capita duo castrati: & sic de alijs habentibus in frigidare, & humectare, quae etiam administrabis, ut uidebitur tibi expedire. sed aduerte, quia dixit Aui. melior est tina, quae est cum uirtutibus herbarum infrigidantium, & humectantium. & sit tepida primo declinans magis ad latus frigiditatis, ne caliditate eius fiat resolutio & sic habebis sicut primam causam, siue domum. modo Aui. secundo debes addere modicum aquae frigidae, ut aliquantulum infrigidetur. & sic habebis secundam. tertio sit tota frigida: & sic habebis tertiam.

De ordine tenendo. primo itaque cum ministris sufficientibus cum minori laesione, & maiori commodo infirmi ponatur in ipso balneo tepido cooperto tanquam in prima domo

Signa corruptionis lactis in stomacho

domo consentiente uirtute, ne multum ab aqua frigida debilitetur, & alijs non repugnantibus, ut apostema, febris putrida, cibi indigestio. & ideo Aui. melior huius actionis est post digestionem cibi, & huiusmodi, expulsis primò superfluitatibus ieiunus, & non famelicus, neq; sities. & in eo sic positus submergatur in eo paulatinè usq; ad mentum.

De mora in eo. stet in eo per uigesimam partem horæ, uel circa: & si in eo delectetur, Et, ut Isaac, usquequo membra rubicunda fieri incipiunt, & inflari uidebuntur, & q; nullo modo sudet in eo. & debet exponi litera Auic. Euaporatio cum sudore. i. quòd sudori appropinquet: non tamen sudet, uel uaporatio cum sudore. i. cum uaporatione balnei facienti appropinquare sudori exclusiue. & Aui. Non prolongetur mora in eo. sed separetur uelociter.

De tempore eius. omni tempore confert nisi prohibens ut supra, & maximè in secunda, & tertia specie.

De fiendis in balneo. si sitiat; & sitis aqua hordei sedetur Aui. aut cum aqua lactis acetosi, & sit asina. cumq; steterit, ut supra per .xx. horas, aqua infundatur frigida, à qua nò sic laedetur propter assuefactionem ad primam. stetq; sic in eo adhuc per minus, quam per uigesimam partem horam: deinde sit balneum totum aqua frigida: & hoc semper consentiente uirtute, & sic omnium istorum mora decima pars horæ, uel octaua, uel circa, ut uirtus tolerabit.

De fiendis extra balneum. extractus suauiter, ut decet, sic suauiter exicetur: deinde inungatur dorsum, siue spina oleo infrigidatiuo humectatiuo; ut uiolaceo, cucurbitino, nenufarino, & huiusmodi cum modico ceræ albæ: deinde lectum ingrediatur non multum pennosum, & leuibus panis cooperiatur, ut non sudet. & si sitiat; da aquam hordei cum triandalis factis cum amygdalis, & huiusmodi alteratiua compone, ut tibi uidebitur. deinde si potest; aliquantum dormiat. & post somnū eius comedat ita, q; ueter ex cibo non grauetur. & limaciæ est cibus eius conueniens, & aqua eius. ite restauratiuū ex carne supra laudatū cū amygdal. pineolis, sebesten, iuiubis, & hmōi factum, ut infra.

De reiteratione balnei. Aui. si iteret tina in die trib. uicibus; erit rectū. existimo apud nos, si fiet bis; satis erit pp cōsuetudinē balneadi corpora, ac pp uirtutē debilitatā, & huiusmodi, q; benè debes cōsiderare, ut saepe de eis dictum est.

DE ADMINISTRANDIS per interius: nam eorū quædam sunt suppositoria: quædam clysteria: quædam potiones: quædam confectiones alteratiuæ: quædam restauratiuæ, & huiusmodi, de quibus omnibus exemplificabitur.

Exemplum de suppositorijs, ut factū ex melle, sepo arietino, aut cum penidijs.

Clystere aliud alteratiuum, ut factum ex decoctione hordei, uiolarum, lactu. ros. nenufaris, spinachiarum, & huiusmodi, cum lacte asinæ, oleo uiol. & huiusmodi.

Eductiuum foecis cum oportet. R. decoctionis harū. ʒ. x. cassiæ. ʒ. i. olei uiol. ʒ. iiii. cum modico salis. quidā cum his, & decoctione capitis castrati: quidam addunt butyrum lotum ad resumptionem.

Vnguentum ad hoc. & etiam phthificis ualet. R. axūgiæ gallinæ, medullæ crurium uituli, butyri recentis non saliti, medullæ cerui, sepi hircini an. ʒ. ʒ. axūgiæ anatis, se. cori. an. ʒ. ii. dragagathi, gummi arab. an. ʒ. i. olei uiol. amygdal. dul. an. ʒ. i. ʒ. ceræ albæ, de quo inūgatur partes pectorales ante.

Quæ per os superius exhibentur, diuersitatem capiūt à diuersitate intentionum: ut uerbi gratia, aliquando adest sitis, siccitas, siue asperitas gutturis. pro quib; recurre ad ea, quæ de regimine accidentiū acutarum. aliqñ indigemus eis pro infrigidatione totius, & ipsius restoratione: & in hoc damus iulep, infrigidantia humectantia; ut iulep uiolatum, zucarū uiolatum, item iulep ros. cum aqua decocta, iulep nenufarinum, sy. uiol. & huiusmodi cum his, quæ humectāt. & ex aquis, uel decoctione rerum infrigidantium potes cōficere, aut iulep, aut syr. ut tibi uidebit. sed nota, q; iulep citius penetrat, & magis ualet in causa immateriali: cōtrā sy.

Iulep restauratiuum fiat ex aqua sublimationis caponum uel perdicū, uel hmōi cum aquis de endi. uiol. lactuca, & huiusmodi, & zucarō: similiter ex aqua sublimationis limaciarum, item cācorum: item testudines ablatis pedibus, testā, coreo, & ex toto euisceratz, & benè mūdatz, quæ prius

lauari optimè debet: & deinde in aqua feruente poni demū ad alembicum. q; si uis ex his electum restauratiuum facere potes addendo gummi arabicum, dragaganthum, semen cytoniorum, safambalos, coriandrum humidum, semina quatuor frigida maiora. sed hic nota, quòd aperitiua multū educendo aquositate nocent, & debent esse excorticata; liquiritia, cinamomum, & in parua quantitate amygdal. pineas, sebesten, passulas, semē coti, semen papaueris albi, portulacæ, endiuia, lactuca, scariola, iuiubas, styracis calamitæ, margaritas, os de corde cerui, cortices citri, & hmōi. ita q; ex his omnibus pluribus, uel paucioribus, ut exigit dispositio, confice. & potes ponere ipsa ad alembicū: deinde cum zucarō iulep facere: uel in substantia cum zucarō electum restauratiuum cōficere. primum existimo suauius.

Quidam summè commēdant sanguinem humanum sublimatum ex corpore iuuenis benè dispositi, & temperati dando de ipso, ut de alijs cum triplo aquæ ros. & zucarō. & certè multum restaurat, & humectat: sed est remedium promagnatibus, ubi oporteret phlebotomare omnes suos fideles seruitores.

Nonnulli faciunt aquam sublimationis ex anguilla euiscerata, & mundificata, & benè lota. cæteri ipsam ponunt in uentre gallinæ, & ipsam semidecoquunt: deinde in frustra incidunt. & cum aqua ros. ponunt ad sublimandum, & ex ea ut supra iulep faciunt.

Item ex ranis uiridibus euisceratis abscisis capite, & extremitatibus fit iulep. & ita confice de alijs cum decoctionib. & ipsarū sublimationib. ite ex succis fructuū, & hmōi.

Ex electuarijs est electuarium de zucarō uiol. boraginato, manuchristi, de perlis, & confice cū aqua en. aut milce cū aqua frigida. & si quæris confortationē stomachi, & cordis; adde zucarum ros. si cum hoc infrigidationem maiorem; nenufarinum. item confert caloe in uulgari nostro dictū marzapane. fit ex zucarō, amylo, & oleo amygdal. dulcium recenti. potest fieri etiam cum uiolaceo, nenufarino, & huiusmodi, quando scilicet quæritur maior infrigidatio.

Item cōueniunt & trochisci infrigidatiui de cāphora, de spodio, & huiusmodi, & ex rebus iam dictis cōfici possunt.

Similiter ex fructibus fiunt condita huic proposito utilia; ut sunt pyra condita, poma, cytonia, cucurbita, & huiusmodi: quæ confice addendo, quæ tibi uidebuntur necessaria & in summa & manda mēti, & est Aui. Cum fuerit cā hēcticæ apā, aut læsio in membro aliquo; tunc necesse est curare ipsam. tu itaq; semper primò attende ad curādum mēbrum, unde hēctica originem traxit: secundò ut supra quæ conueniunt primæ, conueniunt & secundæ. uerūm fortiora frigida tolerat prima, q; secūda cæteris parib. pp maiore spūm paucitatē. in tertia aut attēde regimini blāditiuo, & resūpti uo omittēdo balneū, & quodlibet notabiliter infrigidans.

ET EXPEDITO secundo uenio ad complendum tertium, qui est accidentium correctio. & sunt pro nunc fluxus uentris, stypticitas eius, immunditia corporis à materia ad putredinem præparata, syncopis.

Contra primum scito, q; omni ingenio studendum, ne ueter fluat. quòd, si fluxerit; non det amplius aqua hordei sola. sed loco eius aqua det decoctionis milli excorticati parum assati cū pauco pulueris gūmi arabici, ut Ser. & Aui. dat aqua hordei, & expone ustulati, in qua decoquitur miliū, aut panicū ustulatū parū: sed nò est in usu. & loco eius dat aqua cisternæ, uel putealis, in qua extinguit calib; ter, aut quater ut exigit dispositio, aut aqua decoctionis myrti, coriandrorū, & huiusmodi stypticantium bonū saporem habentium.

De lacte dicat, q; coctū debite cū aliquo puluere cōstricti uo exhibitū non nocet; ut cū puluere myrtillorū trochiscorum de spodio, & hmōi. Trochisci ad hoc, & sumuntur ex Aui. in textu. R. boli ar. ʒ. x. castanæ torrefactæ, ros. an. ʒ. v. spodii, charabæ an. ʒ. iiii. feminū acetosæ, granorū berberis an. ʒ. vi. fiant cū succo cytoniorū. denē mane, & sero. & tu p cura huius ampliori. & pro excoriatione intestinorū si cōtingeret, recurre supra de acutis, & finalr ad. xvi. tertii ad p priū capitulū. Contra fm administrent lenitiua; ut manna, aut apozema ex decoctioe prunorū, tamarindorū, & hmōi, de quibus supra de putridis in generali, aqua fructuū Mes. & nullo modo te ad solutiua fortia transferas, neq; de pilulis, &

Sanguis humanus.

Anguilla.

Rana uirides.

Miliū excorticatū assatum.

Trochisci Auicē.

lis; & medicinis solidis multum curabis: quoniam humida in casu sunt conuenientissima. q̄ si contingat cum hectica coniungi putridam (& sic expeditur tertium) adhuc non dabis in curando materiam peccantem medicinam fortem: sed sit absque caliditate, & siccitate, ut Isaac; ut sunt manna casia fistula, zucarum ro. nouum, succus ros. lupulus, sebesten, myrobalani, & hmōi in apozemate, ut supra.

Contra quartum, & est accidens multum uerendum in hac febre propter superfluam debilitate uirtutis, ne sequatur extinctio studendum ad eius remotionem exhibendo si bi post releuationem ab ea ouum forbile cum medulla panis, & uino paucifero. uel ut Aui. Aquam carnis cum pauco salis, & modico uini granatorum, & similia. & sit tepida. deinde detur modicum uini odoriferi, & sit lymphatum cum aqua ros. & pro ampliori doctrina recurre ad ea, quae supra de acutis, & secunda tertii suo capi.

Contra ultimum da gummi arabicum, bolum armenum, psyllium assatum, grana myrti, syr. myrtinum, & maxime quae coniungitur cum fluxu uentris.

Pro cura tertiae speciei audi Gale. xvi. megatechni. Si possibile est phthisim, quia hecticam tertiae speciei sanare; possibile est custodire, ne homo ad senium deueniat. propter quod subdit. Eum, qui certissime marasmatum est, non tentabimus sanare. & subdit. Nihil aliud phthisicis possumus, nisi cum humectatiuis uitam prolongare eorum. neque erit cura eorum uera; sed blanditiua, & refragans consumptionem eorum cito fieri. quam curam medici faciunt aut infrigidando, & humectando remediis. s. ipsis frequentatis, & reiteratis cum moderamine ut supra, resistendo male complexioni, aut permutando eos de febrili ad hecticam senectutis. & iste est melior modus; quoniam ex eo contingit eos diutius uiuere. & ideo Gal. docet, ut statim studeamus ad infrigidationem: inquit. Itaque infrigidandum confestim hecticas febres patientes, antequam deuenientes in tabem, uel marasmatum moriantur: melius enim est sic uiuere, quam confestim mori. tu tamen ante praedica futurum periculum uel aegro, uel astantibus, ut decebit. item completur haec intentio quam maxime cum balneo aquae frigidae, & potu eiusdem. unde Aui. Possibile est, ut balneo aquae frigidae deueniatur in hecticam senilem. ueruntamen cum illo magis tardatur tempus mortis, & fortasse uiuit cum ea tempus, cui est quantitas, & multoties quidem rectior est permutatio eius ad illam hecticam. s. senectutis; quamuis sit in se aegritudo saeva, & incurabilis, in qua innatus calor destruitur. curam autem blanditiuam prosequere cum frigidis, & humidis, ut supra, & cum canonibus dictis. & tu bene considera, & haec de hectica febrili.

De hectica senectutis. Rub. 3.

Iam dictum est reperiri hecticam, quae non est febris ab authoribus dicta hectica senectutis: quoniam accidit corpori in hora senii, uel quia plus accidit senibus, uel quia unusquisque, cui accidit, similitudinem habet senii: & quandoque dicitur senecta. unde & in uulgari nostro est sicut blasphemia, & proprie dicitur senecta. nonnulli eam appellant febrem frigidam dato, quod non sit febris, quae in praesentiarum sic describitur.

Hectica senectutis est dispositio corporis adueniens, quae ipsum, & eius cor principaliter exiccatur, cui secundum plurimum frigiditas coniungitur, aut quandoque, & raro caliditas aequalis. dicitur & eius cor: quoniam sicut feb. hectica est primo cordis, & totius passio, ita & hectica senectutis est primo cordis siccitas, & totius, & similiter frigiditatis cordis, & totius. & propter hoc consumptio corporis, quae accidit propter siccitatem stomachi primo, non dicitur hectica. dicitur secundum plurimum: quoniam hoc consequitur ad consumptionem humidi radicalis factam a re exiccante absque distemperamento in actiuis. ad quam exiccationem finaliter sequitur frigiditas de per accidens; quoniam subtrahito humido calor remittitur, & extinguatur defectu pabuli & dato, quod corpus consumatur, stante adhuc caliditate naturali in gradu suo: tamen non potest diu durare propter defectum pabuli. & ideo dicitur & raro. & si tu quaeris, potest

A ne esse cum calido excessiuo haec siccitas; dicendum, quod sic: sed tunc reponetur illa dispositio sub febre hectica febrili. & ex his inferitur, quod dato, quod reperiri possit hectica senectutis simplex: non tamen potest durare diu simplex: quoniam cum primo est a siccitate tamen illa perseverante infrigidant membra euanente calore naturali pro defectum pabuli, ut dictum est. inferitur secundo, quod haec febris diuidi potest in tot species, in quot febrilis secundum diuersitatem consumptionis trium humiditatum de secundis. & tu considera.

CAUSAE. De causis eius dicatur, quod quandoque est frigus dominans. quocumque, quare prohibet membra nutriri. & exsiccantur ab eo iam uirtute nutritiua debilitata, sicut accidit in fine uitae, aut potu aquae frigidae nimio ex eadem causa: ex quo apparet membra exiccari. & de per accidens a re uehementer humida; ut est aqua. item dimissio exercitii consueti. unde membra nimio humido non resoluta ab exercitio consueto calidum suffocante non debite nutriuntur; quia non attrahit, & attractum non bene digerit. & ideo tertia primi. Relinquens exercitium cadit in hecticam. s. senectutis, aut exercitium forte resoluens, aut frigiditas uaporosa cordi coacta ab aliqua re non putrida in corpore existente, quae deinde omnibus coactatur membris. unde debilitatur uirtus nutritiua. & accidit siccitas per accidens, ut dictum est, aut caliditas resoluens, ad quam de per accidens sequitur frigiditas, aut fluxus excessiuus qualiscumque, ad quem sequitur resolutio membrorum, & caloris. unde fit indebita nutritio, & ex consequenti exiccatio. aut fortis infrigidatio facta, aut cum emplastris ad extra applicatis, & unguentis, ut in febribus arsiuis: aut aliter quolibet, aut apostema intrinsecum diuturnum, aut morbus diuturnus: & consimiliter de aliis resoluentibus, & uirtutem digestiuam, ac nutritiuam debilitantibus: unde impediatur membrorum debita nutritio, ac humectatio; quia ad malam humorum digestionem sequitur repulsio nutrimenti mali a membris. unde deinde non nutriuntur. item usus ciborum calidorum exiccantium, hepar inflammantium, & exiccantium sunt causa huius; nam, cum hepar contra operetur cordi cum sua humiditate: hinc cum eius humiditas exiccatur: & deinde caetera membra, ad quae sanguis pergit, exiccat. & sic pariformiter per alias consimiles causas discurrere.

Corpora autem huic dispositioni praeparata sunt senes magis caeteris: & hoc aliis paribus: & secundo iuuenes: & tertio pueri. sed hic nota, quod considerato gradu humiditatis & uigore nutritiuae remotiores sunt pueri. sed considerata aptitudine humidi ad euaporandum paratiores sunt pueri iuuenibus. sed hic est locus speculationis. considera.

SIGNA demonstratiua ab urina. Urina quandoque est alba, subtilis, & aquosa propter frigiditatem, & siccitatem: non tamen semper est talis; quoniam aliquando est grossa, maxime quando generatur ex indigestione materia phlegmatica sic genita cum ea transmissa.

Egestionem autem aliquando sunt unctuosae, & liquidae.

A substantialiter inhaerentibus: quoniam ad tactum ut plurimum sunt frigidi. dico ut plurimum; quoniam raro reperiuntur cum aequalitate caliditatis: item & sicci dominio siccitatis, neque in eis apparet caliditas, ut in febrili.

A qualitate mutata: nam, ut Aui. signa apparent ad uul ex parte concauitatis oculorum, consumptionis corporis, discolorationis faciei: & sic de aliis, cum quibus non inuenitur intensio, & inflammatio post cibum, ut in hectica. & accidunt ei eructationes acerosae.

Ab operationibus. pulsus est paruus, tardus, rarus propter contrarias dictas in pulsu patientium hecticam febrilem, nisi ad tantum cresceret debilitas uirtutis, quod cogere retur ad satisfaciendum cum frequentia. & maxime apparet haec frequentia pulsus in his, quibus accidit haec dispositio potu aquae frigidae sua frigiditate multum minuente calorem naturalem, aut indurante arteriam reddendo eam inobedientem. quare cogere retur ad frequentationem.

PROGNOSTICA. Et haec quidem aegritudo, cum confirmatur; non curatur: & si esset ei ingenium; esset & mortis. Auienna.

Siccitas confirmata in corde cito perducit ad mortem: post hanc quae in hepate incipit, post hanc quae in stomacho incipit

Cano. Sauo.

N

capit

Relinquens exercitium cadit in hecticam. s. senectutis.

cipit, consummatio uerò, quæ in aliis incipit membris tardius in consummationem ultimam ægros ducit secundum, quòd minoris sunt nobilitatis, & secundum quòd plus, aut minus sunt exiccata. confirmatio cognoscitur, quando peruenit ad signa tertie speciei.

De aliis prognosticis proportionabiliter dic, ut de signis heclicæ febrilis.

CANONES. Primus potest esse, ut supra de heclica tertie speciei: ut, cum confirmata fuerit; non adhibeatur ei cura: sed solis prognosticis relinquatur.

Secundus, quæ, cum speratur eius curatio; medicus debet esse sollicitus in cura eius, ne confirmationem recipiat.

Tertius, quòd sicut in febrili dicebatur, quòd unica erat principalis intentio, in frigidatio scilicet, & humectatio; ita & in hac unica, & principalis: & hoc secundum plurimum propter ea quæ de causis est humectatio, & calefactio. quæ intentio perficitur ordinatione diætæ, alteratione, & accidentium correctione.

Primum perficitur cum debita administratione sex rerum non naturalium initium faciens ab aere. declinet autem parumper ad calidum, & amplius ad humidum. & sit aer aromatizatus, & hyeme uitetur ignis excellentis caliditatis: & sit ex lignis salicis. modum alterandi habuisti supra ad plenum de feb. pestilentiali. uestes, stratus moderentur secundum tempora, & aromatizentur secundum illa, secundum delectationem infirmi, & huiusmodi. & breuiter euitentur, quæ corpora exiccant, & uirtutem debilitant ex parte aliarum rerum non naturalium, ut supra de heclica febrili. & tu per illas discurre, & tuo adapta proposito.

De cibis. debet eorum cibus esse humidus, facilis penetrationis propter defectum uirtutis nutritiæ membrorum, uelocis descensus à stomacho, in quo non sit uiscositas supple grandis, per quam oppilet. uerum, ubi patiens habuerit spiritus, & humores multum resolubiles; non erit malum, si erit aliquantulum uiscosus. panis conuenit, ut in heclica. sed non sit hic cum frigidis alteratus. sicut carnes conueniunt, ut ibi. & non alterentur, ut dictum est de pane. oua ualde conueniunt, maxime uitellus, cui, si non abhorret, addatur parum cinnamomi, & eis sæpe utatur: ite aqua carnis. caseus ex toto euitetur salitus. lacte uti potest cocto, & in quo extincti sunt lapides uiui. item & eo cum zuccharo tab. aut melle, ut in heclica febrili dicebat. piscibus, ac cancris quibus; uti poterit præparatis cum cinnamomo, & huiusmodi, calidis aromaticis. ex oleribus conueniunt borago, feniculus, saluia, rosamarinus, cum quibus commisce humida supraposita: ite cibaria cum lacte amygd. ex granis cicera rubea fracta cocta cum carnibus: ite & puls ex tali cicere: item ptisana hordei cum lacte amygd. in brodio carniū: & ita de aliis habentibus intentionem, quæ per te fabrica. ex fructibus recentibus, aut nunquam, aut raro, & in modica quantitate; ut sunt uua bene matura tribus diebus collecta, & suspensa, pomis, pyris coctis aspersis cinnamomo, & hmoi: sed directe non conueniunt. ex siccis conueniunt amygdalæ dulces, grana pini, fistici, auellana, passulæ cum altero istorum commixta, & raro etiã his. De potu. sunt uinū albū, splendidum, mediæ uinositatis, aromaticū, mediū saporis, declinans ad aliquale, quia pauca, dulcedinē, mediū inter uetus, & nouū. neq; sumat in magna quantitate. & si lymphare oportebit; lymphæ cū aqua hordei mellita, uel zuccharata, uel in qua sit modicū cinnamomi decoctū, uel masticatū. & de potu loquens lib. de tabe ultime commendat uinū. & Aui. uinū subtile odoriferū parue quantitatis. est uehemēter conueniens eis lac est. sicut & mel inquit. Mel quoq; in talibus utilissimū, & uini usus ultime utilis est in frigida tabe. & Aui. Mel est ultimū in iuuamēto eorū, sicut est ultimū in nocumēto habentiū febrē heclicam.

Consistit dixit esse utilissimū studere nutritioni, quæ est alteratio. dicatur, ut de heclica febrili. primò ex parte odorabiliū odorētur calida aromatica, ut ambræ, muscus, nuxmus, melissa, citrū, laudanum, & tale. & ex his confice odoramentū in forma pomi, uel liquidū maxime tpe ætatis. & de his copiose de febre pestilentiali. ite fac sacculū cordiale declinantē ad calidū, & tu supra de pestilentia, quæ potes calefacere cū suffumigio factō cū aqua buglossæ super lapidē ignitū, ite fiat continuè inuictio dorsi ex oleo amygd. dul.

E sisami, pinguedinis gallinæ, olei ro. ceræ citrinæ cū modico aceti. ite ordinet enema, quo interdū uti debet ex flore chamæmillæ, bliti, mercuriali, ficibus, & capite arietis, oleo sisami, de been, & hmoi calefaciendo, uel addendo butyrum: & quandoq; calsiã, aut manã. item et ualeat in hoc casu oleū oliuarum benè maturarū. & addat quantitas salis cōueniēs. & ista ænemata continuentur; quia calefaciūt, & humectāt: & hoc sem tenorem uirtutis interponatur tēpus, ut decebit.

De balneo dicatur, quæ cura hæc est consistit per balneū calefaciens, & humectans factum. s. cum aqua decoctionis chamæmillæ, meliloti, maioranæ, menthæ, melissæ, & huiusmodi cibo iam digesto corpore non famelico, neq; sitiente, in quo non debet trahere moram magnam, quam mensurabis secundum tenorem uirtutis. deinde operare, ut dictum est de balneo in præcedenti rubrica, portando. s. ipsum ad lectū tu itaq; ciba ægrum tuum bono mane cum aqua carnis, aut uitellis ouorum: deinde quatuor horas post, uel circa, quando speratur descensus cibi à stomacho, fac ei balneum: dein de post exitum seruat, quæ dicta sunt in præcedenti rubrica, ciba eum, & de reliquis ibi. & stude ad stomachi conformationem continuè.

F Ad intra etiam dantur alteratiua perficientia intentionē principalem, ut sunt sy. confectiones, electuaria, & huiusmodi. & tu semper procede ut sæpe de debili ad forte. ex sy. conuenit sy. factus cum aqua mellis, cinnamomo, & gariophyllis: item ex aqua carnis, melle, cinnamomo, & huiusmodi. item confectio diamusci dulcis, diambra. ex electuarijs electuarium de gemmis, item theriaca, aut mithridatum cum modico uini, item electuarium regum Mesuæ, & sic de aliis item confice restauratiuum ex carnibus præcedenti rubrica cum cinnamomo gariophyllis, & huiusmodi, quod sit calefactiuum, & humectatiuum.

Postremò scito, quæ authores non curauerūt ponere signa neq; curam heclicæ senectutis prouenientis à caliditate, & siccitate: quia in omnibus similis est curæ, & pro magna parte signis heclicæ febrilis. & hæc de heclica senili deo gratias, ac beatæ Mariæ, in cuius die hoc capitulum compleni.

G De febribus compositis continens rubricas. 7. Cap. 17.

De modis, causis, & signis compositionum februm
ad inuicem. Rub. 1.

D I C I T U R febrē esse compositam tripliciter: primò quoniam cum ea coniungitur apostema: secundò, quia cum ea coniungitur accidens, quod sua sæuitate trahit principaliter ad se curam; ut dolor intensus, alienatio, syncopis, appetitus caninus, & huiusmodi: tertio, quia cum ea coniungitur alia fe. siue sit eiusdem generis, siue non; ut cum ephemera coniungitur cum putrida, aut heclica cū putrida, de quibus omnibus infra. primis duobus modis improprie dicitur feb. composita: tertio autem modo proprie composita feb. dicitur. unde ad mentem omnium medicorū feb. composita est feb. ex duabus, uel pluribus febribus eiusdem, uel diuersi generis facta. exemplum primi: ut cū ephemera uera cum non uera coniungitur, uel tertiana cum tertiana. exemplum secundi: ut cum heclica, uel ephemera cū putrida, uel non putrida cum putrida, uel tertiana cū phlegmatica: & tunc est hemitritæus, ut infra. & est compositio secundum plurimū eueniens. & hic nota, quæ quædam est compositio mixta sic absolute dicta, quædo. s. humores diuersi peccantes ad inuicē cōmiscentur uera, & unica cōmixtione: quæ ad unam reducuntur formā, ut illa, quæ fit in cholera citrina, aut uitellina, ut supra de cholericis. quædam est mixtio non absoluta: & est, quæ illi humores facientes febrē, non ueniūt ad uerā, & unica mixtionē. s. ad unā formā humoris. unde diuersæ causantur febres. propterea dicebat Aui. Cōcant febres in signis, & proprietatibus, quæ appropriantur humoribus simplicibus. & hæc mixtio multis fit modis, ut Aui.

Aliquando enim fit compositio februm in genere elongato, quia diuerso: nam contraria, siue diuersa sunt ab inuicem elongata: ut cum componitur ephemera cum putrida. & est hæc compositio ex illis, quæ ualde ambigua sunt: quoniam ipsi scilicet medici uident interpolationes, uel inceptio-

nes, rigores, & horripilationes, & rediciones sudoris, si fuerit illic sudor, & per horas particulares; quia per inuasionem multorum paroxysmorum unius post alium. quare existimatur, quod sint illic febres putredinis tantum inseparabiles aut compositae ex continua, & interpolata, plures non attendentes dicto Aui. faciliè prorumpunt in iudicando hanc compositionem, & praecipue in quibusdam putridis continuis, ad quas sequitur corporis extenuatio, & apparitio telae natantis in urina. & tamè ibi non est hectica: sed putrida tantum. unde iudicium habent corruptum. & hoc contingit maximè in phlegmatica latica dicta, de qua supra. & ideo sis benè attentus de signis, de quibus infra: ne decipiaris. quandoque autem fit hæc compositio in genere proximo: ut, cum coniungitur putrida cum putrida, ut tertiana cum phlegmatica: & hæc compositio, & similis faciliè cognoscitur. unde Aui. Turpe quidem est medico scienti significationes cuiusq; feb. simplicis, & accidentia eius, ut non percipiat compositionem primo die, aut secundo: nam, ut secundo de differentiis febrium, duæ diuersæ materiae habent diuersos paroxysmos, & diuersa accidentia. unde quotidiana habet omnes suos paroxysmos, & accidentia similia. duplex autem tertiana, & si omni die inuadit; tamen secundus paroxysmus nō est similis primo. unde primus assimilatur tertio: & secundus quarto. uerum huiusmodi melius in processu cognoscuntur. quandoq; fit hæc compositio ex his, quæ in specie conueniunt; ut, cum duæ tertianæ, uel plures adinuicem coniunguntur: similiter plures quartanæ, & hmoi. unde Gal. recitat allegato loco se uidisse infantem, qui passus est simul tres tertianas, quas cognouit ex signis tertianæ, siue accidentibus eius. unde Auic. quandoq; componuntur tres de febribus tertianis.

Post has sic positas compositiones uolo ante signorum de eis positionem, possibilitatem talium declarare: nam compositio omnium generum simul est possibilis. unde possibile est, ut quis patiat ephemeram putridam, & hecticam, declinatam itaque primò possibilitas compositionis ephemeræ cum putrida iuxta primum membrum: quoniam sunt in genere remoto: nam contingit quatuor modis unum genus febris cum alio, uel aliis componi. primò quando una præcedit aliam, sic quod in eius aduentu reperit in corpore dispositionem ad aduentum alterius: ut, si ephemera primò eueniret à causa extrinseca, ut ab ira, uel nimio labore, & huiusmodi, & corpus esset malè dispositum, quo ad eius humores, quia parati essent ad putredinem, uel ebullitionem & tunc ipse calor febrilis in spiritibus existens occurrens humoribus sic præparatis, & dispositis febrem causaret humoralem, uel putridam. secundò quando una præcedit aliã dato, quod materia secundæ non sit disposita: sed per aduentum primæ disponitur: ut, si primò accidet ephemera: secundò humoralis, uel putrida: quoniam materia eius disponit ad ebullitionem, uel putredinem per calorem ephemeræ, qua materia prius non erat disposita. tertio quando simul, & semel plures febres in eodem corpore fiunt, & ab uno agente tantum: ut quoniam materia plurimum febrium, scilicet spiritus, quam humores parati sunt inflammari. quarto quando à diuersis fiunt agentibus pro eodem tempore: ut, si quis iratus balneum ingrederetur, & ratione iræ incurreret ephemeram, & ratione balnei putridam, & in summa aptitudo &c. cum aliis ad hoc maximè facit: & tu benè considera. uerum hic nota, quod raro est putrida, uel quasi nunquam, quin ad eam sequatur ephemera: nam uidemus, quod ad facilem bubonem sequitur ephemera, quanto magis, quãdo est magna putredo in humoribus existentibus ad intra uasa, & similiter in interpolata, quando est putredo magna; signa autem ephemeræ benè tunc occultantur propter signa putridæ, quæ sunt magis molestantia, & apparentiora; quia maius lumen offuscatur minus. sed in die quietis putridæ saltem interpolatæ apparent signa ephemeræ, si quis diligenter considerauerit. si autem fuerit continua; certè confunduntur, & si existimo percipi non posse. & sicut putrida per longam eius moram in membris consumptis potest esse causa hecticæ; ita etiam ephemera. sed hic est locus speculationis utrum ephemera hoc facit dato, quod, non transeat in putridam. & tu considera. & uide supra in præcedenti ca. quò

- A** potest hectica fieri incipiendo. sed hæc hectica consuevit euenire siccis, cholericis, iracundis, & tristibus, qui ex causa primitiua sic exiccantur, ut ex melancholia, & huiusmodi. & sequendo, quæ plurimum eueniunt, dico, quod contingit quandoq; & satis frequenter hecticam cum putrida componi: frequentius autem putridam cum putrida, ut infra: hectica autem nunquam cum alia hectica componitur, nec in eis proprie reperitur genus subalternum. & hoc patet benè consideranti, quæ dicta sunt in præcedenti cap. iam dictum est putridam esse causam hecticæ per longam eius moram ponendo membra in calefacto esse, & sic putridam complicari posse cum hectica. & est de his, quæ benè contingunt satis frequenter. sed compositio hecticæ cum putrida; quia hectica sit causa putridæ, est de his, quæ raro eueniunt. hæc tamen compositio est possibilis; quoniam stat, quod in hectico humores ad putredinem præparentur propter malum regimen, aut ex alia causa primitiua, unde caliditas febrilis hecticæ in ipsis sic dispositis accendatur: & tunc hecticus sentiet maiorem caliditatem, quàm prius. sed dices, quò hoc; quia calor hecticæ est terminus aliarum? dicendum, quod dictum illud uerificatur; quoniam ipsa secundum plurimum consequitur ad alias febres, & aliarum raro ad ipsam. & sequendo dicta authorum, & præsertim Gal. 2. de crisi. & 8. theria. compositio fit duobus modis: primò secundum compositionem: secundò secundum uiciniam. & si quis uult, potest addere tertium, qui est secundum uiciniam, & secundum compositionem simul. secundum compositionem dupliciter: primò aut secundum compositionem, ad quam resultat una forma in toto sic aggregato: aut quia unusquisq; humor stat cum alio reseruans suam formam. exemplum primi, ut cum phlegma commisceat cholera. & inde generat cholera uitellina, aut citrina: & è conuerso. & inde generatur phlegma salsum, & in his necesse est unum alteri dominari; ut in phlegmate salso phlegma, & in cholera uitellina cholera: quoniam duo contraria paria non possunt adinuicem componi compositione ducete ad unam formam. 12. meta. com. 13. exemplum secundi, ut, cum non resultat ex eis una forma, sed quilibet remanet seruans suam formam. & ista compositio uocatur proprie mixtio per iuxta positionem. & talis mixtio, siue compositio potest fieri dupliciter: æqualiter, uel inæqualiter. & ista sunt imaginabilia, & euenire possibilia, de quo supra de tertiana non pura. & tu ibi. secundò per uiciniam: ut quando humor unus est in uenis, & alius extra. & breuiter ressecando multa dicendum quod compositionum secundum uiciniam quædam est talis ex parte loci tantum, & non materiae, ut quando eadem materia spè, ut cholericæ mouetur ad putredinem in diuersis membris corporis simul, uel successiue: quædam ex parte materiae tantum, ut non loci: ut, quando duæ diuersæ materiae secundum speciem, ut cholera, & phlegma actualiter distinctæ iuxta tamen positæ, & contiguæ simul, & semel mouentur ad putredinem, uel successiue: quædam. n. è compositio ex parte materiae, & loci, sicut cum diuersæ, & distinctæ materiae secundum speciem in diuersis locis ad putredinem simul mouentur, uel successiue. ex quibus apparet, quod plurimæ febrium compositiones sic contingere possunt, & multæ tales imaginari, quas prosequi secundum earum omnes modos superuacuum duxi, & inutile. unde sic habes quod continua cum continua componi. ut. 2. de crisi, & Auic. 1. quarti proprio ca. nam imaginari oportet partem materiae, quæ est intra uenas posse putrescere in uno certo loco altera non putrefacta sibi continua per ineptitudinem sui ad putredinem, & in loco distanti, siue remoto per ad intra uenas consimiliter posse contingere: & sic duas continuas posse simul causari, uel successiue. cuius oppositum asseruerunt quidam dicentes hoc non esse possibile: quia ista diuersitas in materia, quæ est intra uenas, quæ est sic continua, & in eodem loco clausa, non potest contingere. & de hoc satis experientia autem est ad oppositum eorum. item continua cum periodica, & periodica unius generis cum periodica alterius, ut tertiana cum quartana, quotidiana cum tertiana. & est de his, quæ secundum plurimum eueniunt: nam natura de sanguine multum sollicita raro permittit sanguinem putrescere. ad quod etiam facit sanguinis cõtempèratia apta magis causis alteratib. resistere. & prope pauca apparent febres sanguinæ respectu aliarum. si

militer melancholia habet duas qualitates oppositas putrefactioni, frigiditatem. s. & siccitatem. & ideo raro putrescit, propter quod pauca consimiliter reperiuntur quartanae. secus autem de phlegmate, & cholera. unde ab his duobus humoribus secundum plurimum febres fiunt. quare & compositio earum secundum plurimum respectu aliarum reperit. & hic nota, quod nullus authorum antiquorum expressit febrem sanguinis cum aliis complicari. uerum Zoar, & plures modernorum expressit ponunt ipsius cum aliis compositionem, quae est altero duorum modorum, aut quia cum continua tertiana phlegmatica, uel melancholica componitur, aut cum una interpolata. Gal. autem, ut Aui. inquit. uidetur sibi in materia hac contradicere: quoniam in. 2. de febribus. 10. ca. dixit Gal. febrem sanguinis esse omnibus aliis simpliciorum, & per consequens non componi: quoniam, cum putredo accidit sanguinis est cōis cuilibet humori, & in eodē penul. capi. dixit. uidetur, quod cum putredine aliarum febrium componatur, & subdit Aui. de hac contrarietate Gal. nō est necesse nos prolongare sermonem: quoniam non iuuatur in eo medicus. tu tamen teneas, quod feb. sanguinis potest complicari cum aliis; ut continua sanguinea cum continua tertiana: sed quantitas sanguinis est tanta respectu cholerae in uenis putrescentis, quod sensu non percipitur motus cholerae, aut signa eius, quae a signis sanguinis confunduntur, & occultantur. hic, cum medicus sit artifex sensualis; iudicat ipsam sanguineam tantum. unde dato, quod ibi sit compositio; tū non est sensu percepta. & ideo apud medicum non meretur dici composita. & haec uidetur sententia Isaac. 5. feb. si uerba eius debite considerentur, accidit tamen febrem sanguineam, quae est accidēs apatis cum una periodica componi posse: ut quā in aliquo corpore erit feb. cholericā, uel phlegmaticā interpolata, & ei superueniet apostema magnū sanguineum faciens continuam sanguineam. item, si hepatis superueniret phlegmon, & stomacho erysipela; tunc duae causarentur febres, ut patet. & sic Gil. Ferrarius, & Zoar concesserunt expressit possibilitatem compositionis eius, ut quāq; experientia ostendit. & finem his imponēs scito, ut Aui. & alii, quod omnis talis compositio est triplex. s. intrans, coalternans, uel coalternata, & comunicās. intrans est, ut ingrediatur una super alteram prima nondum cessante, aut nondum eradica. coalternans est, ut secunda ingrediatur, & superueniat post eradicationem primae, quae. s. prima stetit in quiete per tempus ante euentum secundae. comunicans, siue coincidens est, ut simul incipiant duae febres, uel plures in eadem hora, uel parum post, ut cum incepit prima parū post incipit alia. & hic aduerte, quod aliquando fit talis subintratio febrium, ut uideantur una continua; propterea quoniam corpus nunquam remanet mundum a feb. unde; cum quis habeat plures tertianas: & ante recessum unius paroxysmi alius subintrabit, & quia sic apparet dicit Aui. tunc non est excusatio reductionis ad significationes supple alias a continuatione, & periodicatione: quoniam. s. ad alia signa te transferas, ne ex his duobus decipiaris. pp quod subdit Aui. si paroxysmi erunt breues; tunc fiet crebra paroxysmatio, quae uerē continua non reperitur. si longi; te transferas ad alia signa, ut dictum est. accidit compositio in genere propinquo, ut cholericā cum phlegmaticā, ut in hemitritæo. & in hoc casu illa, quae tardius, & postremō paroxysmat, & est tertiana respectu phlegmaticae; quia de tertio in tertium. & phlegmatica de die in diem citius eradicatur: & hoc continet ueritatē, quā ambae sunt purae. quod, si una foret nota, ut tertiana, & phlegmatica pura; posset contingere oppositum. & tu considera. & in summa licet sint, & esse possint multae compositiones: tamen non est eis nomen impositum praeterquam hemitritæo, de quo in sequenti rubri.

DE cognitione compositionis febrium. Clavis ad cognoscendum feb. compositas est cognitio suorum simplicium ut. 2. de crisi. nam facile est cognoscere febrem esse compositam: sed difficile est cognoscere ex quibus componatur febrium. & ideo attende cognitioni signorum simplicium febrium. unde dicit primō, quod, quando ephemera coniungitur putridae; tunc obtenebrantur signa ephemerae; neque a medico cognoscuntur distincta. & ideo authores de tali compositione non curauerunt. est uerum, quod quāq; accidit epheme-

Era ex bubone: deinde subsequitur putrida. & sic potest quis autumare compositionem earum adinuicem. & hanc omitendo dicendum de compositione hecticae cum putrida, quae supra est ex illis, quae ambiguae sunt: nam latica saepe iudicatur hectica, ut supra de latica. & Zoar. cuius cognitio est difficilis, non apud illum, qui est subtilis speculationis. & certe est difficilis cognitionis, quoniam est cum continua complicata: haec. n. compositio cognoscitur, si quis attentē considerat ut Gal. 1. de differentiis feb. Mulier quaedam patiebatur hecticam cum putrida, quam ipse cognouit, quia de die, & de nocte breues fiebant partes paroxysmi, & multoties soluebatur cum aliquo liquore, siue sudore rorido: deinde corpus remanebat ad tactum temperatum, non absolute: sed in comparatione ad id, quod apparebat tempore paroxysmi, & cum ea comprehendebat hecticam: quia pro eo tempore quia cessante inuasionē sentiebat in arteriis caliditatem magnam: non. n. partes arteriarum refrigerabatur cessante paroxysmo, sicut aliae particulae circumstantes. neque uelocitas & spissitudo pulsus demittebantur. & potes addere, quod semper post cibum sentiebat se supercalescere, ut supra de hectica. uerum, quando putrida est de febribus arefacientibus: hoc signum pro magna sui parte confundetur. considera. sed dices. intelligo hanc compositionem facile, quando est putrida interpolata per paroxysmum, augmentum, & decrementum, ut dictum est. sed, quando est cum continua composita, quō hoc intelligam? dico, quod per haec signa: quia uidebo agrum extenuatum, & quod urina erit aliquando similis urinae sani cum quadam oleaginitate, & aliquando fuerit colorata, & spissa, & semper infirmus calebit, & pulsus erit strictus cum quadam mollitie, & in occasu solis sentit in dorso membris, ac lacertis frigus, uel aliquam mutationem cum nausea, malo appetitu, & in oculis, & facie habebit inflationes pallidas, & in pedibus similiter, & quod uenae corporis, & figurae ossium iam inceperunt apparere ultra debitū, & quod cutis frontis, & temporum incipit arefieri, & quod post cibum assumptū calor febrilis manifestē augetur. & ita cognosces complicationem hecticae cum phlegmatica. & eodem modo procede de signis tertianae, & quartanae cum signis hecticae suo modo, ut hic. & sic per hunc modum deuenies in cognitionem omnium talium compositionū: sed quae est hectica cum phlegmatica est de his, quae secundū plurimū eueniunt respectu aliarum. & haec de tali compositione sufficiant.

G De compositione autem putridae cum putrida dicendum, ut proportionabiliter supra, quod oportet prius cognoscere diligenter uniuscuiusque speciem, & hoc cognoscere nō est difficile, ut. 2. de differentiis febrium. & incipiam a continuis ubi prius nota, quod, quando sanguinea coniungitur cum alia putrida; signa alterius putridae confunduntur, & occultantur a signis sanguineae propter abundantiam maiorem sanguinis super alios humores: nam semper maius occultat minus: & hoc maximē habet uirtutem, quando alius humor nō superabundaret uirtualiter; quia eo casu nō occultaretur: sed manifestaretur magis. considera. est itaque compositio prima pro nunc in ordine, quando. s. synochus cum caufonide coniungitur uicente sanguine, & appellatur synochus caufonides. secunda, quando cholera uincit, & sanguis subdominatur, & uocatur caufon synochalis. & ista cognoscuntur per sua signa. unde in primo casu appellata, & fortiora apparent signa sanguinis: in secundo ē conuerso. & tu per ista discurre supra in suis rubricis. utrum sit possibilis complicatio continuarum, iam dictum est. & dixit Auic. quod, cum fuerit febris conclusa cum rigore absque sudore, licet aliquando ad plures rigores sequatur sudor; tunc iudica compositionem diuersarum. s. materierum, quarum una est apta expelli per sudorē, & alia non. & subdit, quādo uidebis in conclusionē. i. cōtinua superfluitatē in durabilitate, & plixitate frigoris, uel rigoris: tūc existima cōponē. nā ppriū est continuarum non horrere. aliud signū compositionis reditio horripilationis post quietē, ut in hemitritæo. & nota, quod secundū diuersitatem materierū diuersa haec signa apparebūt, & diuersae horae inuasionis, ut supra de eis. quādoque componitur continua cum interpolata eiusdem generis, ut phlegmatica continua cum interpolata phlegmatica, licet sit raro: & tūc occultat exacerbatio, quae in continua debet apparere p motum

tum interpolatæ. & signa confunduntur maximè, quando sunt de eadem materia. quòd, si cõtingat ipsas esse de diuersis phlegmatibus; ut continua de phlegmate dulci, & interpolata de acetoso, uel falso; tunc ex signis suis diuersis benè comprehenduntur. dixit & Haly autoritate in libello de circuitibus febrium. Si in circuitu febris phlegmaticæ inuenis febrem circuitus horarum octo, ut sicut durat accessio horis sex, & quiescat horis duobus; scias, quòd æger patitur tres febres phlegmaticas, quia horæ. 3. sunt tertia pars circuitus febris phlegmaticæ. & similiter cum inuenis circuitum. 16. horarum, scias, quòd patitur tres tertianas; quia. 16. horæ sunt tertia pars circuitus feb. tertianæ. & similiter, cum inuenis circuitum. 18. horarum; scias, quòd patitur. 4. quartanas: quia. 18. horæ sunt quarta pars circuitus feb. quartanæ. In cholericæ autem, & melancholicæ similis compositionis accidit oppositum eius, quod dictum est de phlegmatica: quoniam secundum plurimum accidit, quod materia faciens interpolatam mouetur in die quietis exacerbationis: licet etiam contingat moueri quævis; in die motus exacerbationis: & similiter de melancholicæ. idèd; in feb. composita ex tertiana continua, & tertiana interpolata accidit semel plurimum, ut una die stet continua cum sua exacerbatione, & alia die stet continua cum manifesto paroxysmo, & tertia die sine exacerbatione, & paroxysmo. si tamè occurrit, ut coinciderit interpolata cum exacerbatione; tunc, licet sit occulta exacerbatio; paroxysmus tamen redditur fortior, & intensior, quàm esset, si eadem hora non occurrerent. aliqui tamen possunt occurrere in diuersis horis, propter materię difformitatem, ut de phlegmatica paulò antè dicebatur. quidam dicunt, quòd, quæ cholera putrefit extra uenas, & non ad apostema faciendum: & hoc in diuersis locis; tunc causabit duas tertianas, quæ ambæ eadem mouebuntur die. quod, si in uno loco tantum erit, & non erit excedentis quantitatis, faciet tertianam simplicem: si uerò multa; generabit compositam, quæ dicitur duplex tertiana: quarum una mouetur una die, & alia secunda die. & breuiter attende multum principii inuasionis febris, & horis: nam hæc cum aliis suis signis faciliè te in compositarum cognitionem deducet. & tu benè ad hæc omnia considera, quæ sic discursuè relinquendo accedens ad alias, quæ de interpolatis. & dico, ut supra quod ad cognitionem interpolatarum non oportet attendere periodos supple tatum: sed ad accidentia propria, ne cõtingat error. propterea dicebat Auic. Non oportet, quod medicus uolens habere notitiam febrium putridarum simplicium, uel compositarum, occupetur tota occupatione cum paroxysmis, ut solum semel periodum iudicetur; quia, si sic, caderet error; quoniam iudicaret duas tertianas esse phlegmaticas: quoniam habent omni die periodum: & sic de aliis. sed supple oportet, ut occupetur cum signis propriis, & per ista iudicet. & idèd, quando uides paroxysmum omni die fieri cum signis propriis tertianæ; tunc scias, quòd sunt duæ tertianæ. & hoc benè & necessariò debet attendere medicus: quoniam, si existimaret has duas tertianas esse phlegmaticas; interficeret. considera. & idèd attende modum, qualitatem, & horam afflictionis: nam, si uideris paroxysmum de tertio in tertium absque rigore, punctione, uelocitate, & spissitudine pulsus, & aliis signis propriis tertianæ: sed uideris paroxysmum de tertio in tertium cum diuersitate, & tarditate pulsus, & urina discolorata, & cum hoc paroxysmus non festinat ad statum, & est longior paroxysmo tertianæ; tunc non iudicabis tertianam, sed duplicem quintanam. consimiliter, si uideris paroxysmum omni die cum rigore, & inordinatione, & non cum frigore puro, & cum siti ualida, & oris amaritudine, & excrementibus cholericis, cum sudore abundante, urina tincta, pulsu ueloci, & spisso, & cum hoc paroxysmus est breuis spatii, & ad statum festinat; & non debes hanc quotidianam, sed duplicem tertianam, siue compositam pronunciare. & secundum hæc duo exempla debes in aliis omnibus procedere, & certè cum uideris accidentia paroxysmi non esse unius materię; debes statim suspicari de cõpositione, de qua in secundo, uel tertio die magis certificaberis. item scito, quòd, si tertiana est composita ex tertiana pura, & tertiana notha; omni tertia die acutior erit paroxysmus: quoniam pura acutionem facit. & consimiliter dic in cõpositione

A phlegmaticarum quartanarum. uolo hæc tibi sic generalia de cõpositione interpolatarum sufficere: de quibus tanquam de his, quæ raro eueniunt authores specialia non fecerunt capitula: nam de his, quæ raro eueniunt, apud medicum non est scientia. uenio autem ad eam speciem, quæ famosa est apud medicinæ authores.

De definitione, diuisione, causis, & signis hemitritæ.

Rub. 2.

HEMITRITÆVS, ut nomen ipsum sonat, est febris cõposita ex duabus febrib. quarum altera est tertiana: dictum ab emi, quod est dimidiu, & tritæos tertiana: & sic descriptus est hemitritæus cõiter acceptus. propriè autè acceptus est iste, qui cõiter uenit, & describitur ab Auic. quod est febris cõposita ex duabus febrib. quarum una est tertiana, & altera phlegmatica: & fit in die uno paroxysmus tertianæ & quotidianæ simul, aut semel semitam cõitatis, & unitionis; quia cõiter simul inueniuntur eorundem paroxysmi, uel exacerbationes, aut semel semitam coalternationis, & uicinitatis; quia paroxysmi, uel exacerbationes sunt uicini, & non miscentur, sed coalternati ueniunt; quia post recessum unius alter uenit: aut secundum semitam introitus; ut quia ante recessum unius alia superingrediatur, ut supra declaratum est. & difficilior ad cognoscendum est prima: deinde secunda est facilioris cognitionis: tertia autem medio modo. cõsidera per text. Auic. quia uisus est accepisse secundam per secundam, & tertia: nam de tertia nullam fecit mentionem. & hæc febris plus à tertiana nominatur: propterea quod cholera est apta, cum putrefit, magis putrefacere phlegma, quàm contra ratione suæ fortis caliditatis putredinalis, & suæ profundæ penetrationis. quare secundo facilius trahit phlegma, quàm contra: & sic febris cõtinetur cõpositam.

Et diuiditur hemitritæus in uerum, non uerum: purum, non purum, certissimum, non certissimum, maiorem, minorem, & medium. uerum, & purum idèd sunt. 2. de differentiis feb. & Auic. de eo inquit. & iam ponit hemitritæum purum febre cõpositam, quæ fit ex tertiana extrinseca. i. interpolata, & phlegmatica intrinseca. i. continua, & illam, quæ est præter illam, noiant non purum certissimus est, quoniam unus ex his humoribus alterum non superat. non certissimus, quoniam superat, uel superabundat. maior hemitritæus, ut Salernitani, Gilber. & eorundem sequaces est, quoniam cholera putrefit intus, & melancholia extra: minor, quoniam cholera putrefit intus, & phlegma extra: medius, quoniam phlegma putrefit intus, & cholera extra: sed in hoc discordatus est Platea rii à Passionario. Gordonii uerò tales de his uersus posuit.

Maior hemitritæus in uenis phlegma recondit: Exterius choleram. medius conuertitur illi. Pessimus humorum inest in uenis idèd, melancholia, fel coquit extra.

Sed, ut Auic. hæc sunt, in quibus superflua occupatio non est habenda: sunt etenim inutiles sermones. & quidam in ipsis procedentes dixerunt, quod adhuc diuiditur in simplicem, & compositum per simplicem intelligentes uerum purum; per compositum illum, cui superuenit altera febris: & sic erunt tres, uel quatuor febres simul.

SIGNA demonstratiua. Primum signum, & proprium magis, quia sumptum à natura materierum, quia spacium huius febris in uno duorum dierum. i. in illo, in quo sunt ambo paroxysmi, est longius paroxysmo tertianæ, & fit magis quietum. i. ab accidentibus cholericæ puræ de siti, inflammatione, & aliis suo cap. uidèdis: sed in alia die, in qua remanet. i. sola phlegmatica, est leuioris paroxysmi, quia solum accidit exacerbatio phlegmaticæ, quæ est leuiorū accidentium, quàm sit phlegmatica, & cholericæ simul. hoc tamen signum non est sic proprium; quin etiam oporteat adducere alia cõparia signa. i. cõparantia. cum hoc est simul significantia, quod hæc diuersitas est ex parte materiei: nam si fieret cõpositio de tertiana nota cum tertiana pura de materia pauca, et miti. in hac. n. cõpositione fieret una die; ut in die tertianæ notæ, spacium longius, & accidentia quietiora, quàm conueniant tertianæ puræ: & in alia propter paucitatem materiei, & eius miticitatem; erit paroxysmus breuis, & paucorum accidentium.

Secundum, quòd quando in hemitritæo horripilatio secundum plurimum reiteratur: & hoc maximè quoniam paroxysmi

simul inuadunt: & hoc in hemitritæo uero; nam, cum cholera sit extra; facit rigorem. & cum phlegma sit intrâ; facit circum infrigidationem. ex quibus duobus causatur horror, qui est medius inter rigorem, & frigus. 2. de differentiis febrü. unde pro signo uerificando imaginari, quod, cum cholera sit extra uenas, cito mouetur; & flamma super mēbra portat. phlegma autem tardè, & infrigidat, & cum mouetur, caliditatem cholerae suffocat, & calor expāsus ex motu phlegmatis, ad intra retrahitur: & sic fit modò expansio, modò retractio. ad quorū motus sequit̄ horror, siue horripilatio, & experientia inuentum est, quod usq; ad quatuor uices accidit hoc s̄m plurimum. & cum illa horripilatione adhuc stat caliditas percepta ab ipsa cholera in membrum posita.

Tertium signum, quod in uero hemitritæo corpus nō integrè mundificatur; quia altera februm est continua.

Quartum, quod, quando paroxysmi sunt subintrates, aut communicantes, quia unus cum alio uenit, aut parum post; tunc fit magna commotio: & similiter in augmento. & similiter fit reditus horripilationis propter diuersitatem materierum, & ipsas in diuersis horis moueri, & fit status longinquus: nam, cum corpus ex primo paroxysmo sit supercalefactū, & statum expectas; superuenit deinde horripilatio, uel rigor. & iō tardat: et hoc totū pp pugnā materierū ut supra.

Quintum signum, quod euentus status eius est medius inter euentum status phlegmaticæ, & cholericæ: & hoc nō facit reuolutio unius materiae super aliam: quoniam phlegma tardat cholera, & cholera uelocitat phlegma.

Sextū, quod parū tepescit cū sudore phlate sua frigiditate cholera ingrossante. s̄. respectu eius, qđ fit i cholera pura.

Septimū, quod in suis paroxysmis seruetur ordo, ut quod tertius est similis primo, & quartus secundo.

Octauū & est à consuetudine, uel ætate sumptum; ut cū quis consuetus est cholera multiplicare, & cholericas pati ægritudines; ut puta ratione complexionis, & regiminis; deinde facit regimen phlegmatis multiplicatiuum, & ad febrem deinde peruenit; tunc suspicandum est illam esse compositam, & hemitritæum: ut ver. g. qñ quis est cholericus, & pauper utens acuminibus, & hmōi, uigiliis, & aliis exercitiis, ut ad statum perueniat, ut clericus ad epātum, & cū factus est epus, utitur quiete, cibis multis, & phlegmatis multiplicatiuis, etiam per uiam indigestionis; quia multo plus solito se replet, tunc cum talis febricit; suspicanda de hemitritæo & ideò multi tales diuina iustitia cū hemitritæo moriuntur. proportionabiliter de ætate; ut cum quis transit de pueritia ad adolescentiam, & in principio adolescentiæ febricit; suspicandum de hemitritæo: quoniam de cholera propter principium adolescentiæ, de phlegmate uerò propter pueritiam, & quod uterq; humor sic in eo putreat. similiter si quis febricit in principio senectutis primæ, quia ratione iuuentutis, quæ præcessit; de cholera suspicanda: de phlegmate uerò ratione senectutis.

Nonum à pulsu sumptum, & est, quod in suis differentiis medio modo se habet inter pulsum tertianæ puræ, & phlegmaticæ. & causa patet.

Decimum sumptum ab urina, & ab aliis exeuntibus, ut quod urina est tardæ digestionis supple respectu urinae tertianæ puræ, & est remissioris coloris, & grossioris substantiæ, & grossioris sediminis, uomitus est permixtus ex cholera, & phlate, & s̄r egestiões; quia talis ē materia, q̄ dominat̄.

Vndecimum, quod est Haly. comprehendens multa ex scriptis, quod addo ad maiore notitiam, est, quod febris est continua, & interpolationem habet. unde una die est leuior altera, ut dictum est. sed attende, ne decipiaris, quod in continua non apparent signa cōtinuæ ex cholera: & hoc dico, ne tu crederes continuam proportionalem de cholera, quæ est una die leuior altera, quod esset hemitritæus, & in tempore accessionis magnum patitur rigorem, & bis ter usq; ad .4. ut supra in die eodem, & quod tenor suus est æqualis; quia debile similitur debili, & forte forti.

Duodecimum sumitur ex statione. i. ex iudicio domini unius humoris super aliū: nā, si phla dominatur; paroxysmi sunt longiores, quia phlegma magis prolongat, & tardat: horripilatio minor; quia redit plus ad infrigidationem, & coarctatio pulsus fortior propter multos uapores à phlegmate

eleuatos, quod phlegma est ad intra uenas putrescēs, & extremitates infrigidant, & tardius mundificat à suo frigore respectu tertianæ. urina est albior cruda magis, sudor nullus aut paruus, ætas pueritiæ, senectutis conclusio, & consuetudo. & quæ currunt cursu huius, signat̄ dñium phlegmatis super cholera; ut, ars sexus, & hmōi, de quib. supra de phlegmatica. quod, si cholera dñatur; paroxysmi sunt breuiiores, & extremitates uelocius calefiunt, & fitis, & uomitus cholerae plus, & sudor magis exuberans, & aliquñ horripilatio, aut rigor, urina tincta uehementius, ætas iuuentutis, cōplexio cholericæ, consuetudo, ars, sexus, & hmōi per contrariū eius, quod de phlegmate dictum est. quod, si humores dicti æquales erunt; tunc frequentantur. i. æquantur significationes; siue signa. vñ Isaac. si materiae fuerint æquales in quantitate; significationes æqualiter fiunt; ut sit rigor, & infrigidatio æqualis, & extensio febris inter uelocem, & tardam: & sic de aliis. uel frequētatur; quia nūc unius apparēt signationes: nunc alterius, ex quarū frequētatione apparēt signationes esse mixtas, & frequentantur horripilationes. i. horripilationum itérationes, & est horripilatio pura cōpleta. i. uerus horror, & nō rigor, ut supra, neq; peruenit ad rigorem. & qñ est manifestum, quod sit hemitritæus uerus, rigor est debilior ut supra, q̄ in tertiana pura; quia dato, quod phlegma non sit extra uenas alterans cholera ipsam in caliditate sua remittendo: tamē adhuc sic clausum in uenis suis uaporibus alterat cholera, & non permittit ipsam causare rigorem fortem. & fortasse iteratur in ea frigus, & horripilatio ita, ut faciat errare in statu, ut scis; quia existimatur, quod pp caliditate expansam iā sit status, & nō est: imo redit horripilatio; & frigus aliquod, & multiplicatur in uentre caliditas cū frigore extremitatū, ut supra. ex quibus habes signa ueri hemitritæi sic ab Auic. posita. de quo hemitritæo dixit Rogerius, quod ipse cognoscit p cōtinuū calorem, & lentū a principio. & per paroxysmum secundum motū quotidianum in horis phlegmatis, & per frigiditatem extremorum in primis horis phlegmatis, & per tertianæ rigorem in quibusdā partibus, secundum positionem cholerae, & per dolorem capitis, grauedinē somni, multitudine uaporū phlegmatis eleuatorū. & si proprio nomine uocentur; statim respōdent: & per hoc differt à lethargia, & per clausurā palpebrarū, & per urinā remissam, subruffam, spissam, & liuentē in superiori regione: & si hic nō est ordo in positione signorum; tibi, & tuæ frequētatiæ imputa, quem cum domi eris, ordina, ut ego faciam.

Signa demonstratiua maioris hemitritæi: quia infirmus cōtinuè affligit cū intenso calore, & de tertio in tertium magis molestat, & adest siccitas horis, & linguæ cū nigredine, & asperitate, instantia uigiliarū, & pulsus, uelox magnus, & frequēs. & de quarto in quartum hēt paroxysmū quartanariū quem cognosces ex signis suis. urina ignea, & ruffa, ætas, & complexio, regimen, cōsuetudo, ars, sexus te adiuuabunt, ut supra, ad eius cognitionem. q, si continget materiam melancholicā putrere ad intra, & cholera ad extra; ut qñq; quam febrē nonnulli maiore hemitritæū faciunt; tunc erit febris cū lēto calore, & de quarto i quartum magis affligit hora melancholia, et erit siccitas, ac nigredo linguæ cō instantia uigiliarū. & in somniis uidebunt res nigras, ut corpora mortuorū, et aliquñ citrinas rōne cholerae. & de tertio in tertium superueniet paroxysmus cū horripilatione, & aliis signis tertianæ puræ. sed, quia poterit esse tertiana notha; ideò ad primam te suo loco transferas: nā nisi simpliciu habebis cognitionem ut supra, nō habebis cōpositorū. urina erit rubea subtilis ad quandā tendens fuscedinem, seu liuedinē: & qñq; erit plumbea per totum. pulsus erit strictus, tardus, & paruus: in statu autem magnus, & uelox: non tamen tantum, sicut si melancholia putreret ad extra. & transacto paroxysmo redit ad strictum, ut dictum est: & habet. lx. horas in summo labore, & .xii. quietis. & ad hoc significandum, ut supra, adiuuat tempus anni, consuetudo, regimen, ætas, complexio, ars, sexus.

Signa demonstratiua medii hemitritæi: quia cōtinuè affligit cū calore ualde intenso, cū alienatione, furore, instantia uigiliarū, nigredine, & asperitate linguæ, cū uehementi siti de tertio in tertium magis affligit: & hoc in hora cholerae. & inualecet hæc febris omni die in hora phlegmatis. & inuadit paroxysmus cū accidentibus quotidianæ. urina ruffa, uel

uel subruffa cum mediocri substantia, liuens in media regio ne supra. ad quod significandum adiuant ætas, complexio, cõsuetudo, &c. ut supra. & ut Gilb. habet. 36. horas in summo labore, & xij. falsa quiete. & ex his habes modum dilatandi te in signis, si cupis: nam secundum materierum compositionem compone signa &. & pro termino horarum iam dictarum nota hanc regulam, quod materia putrefacta intra uenas habet tot horas in summo labore, quot habet materia putrefacta extra in summo, & non summo. sed cholera putrefacta extra habet. xxiiij. horas in summo, & non summo. ergo ad intra putrescens, & hoc maximè si non impediatur: nam ipsa non impeditur: imo magis augetur, cum multiplicetur ex sanguine ratione furoris sanguinis secum mixti intra uenas, quod non contingit in phlegmate. ex parte autem phlegmatis ad extra putrescentis aliæ. 12. attribuuntur horæ.

PROGNOSTICA. Maior hemitritæus penes secundum modum raro accidit: & si uenit, raro curam recipit. penes uerò primum modum cito terminatur quantum ad continuam: sed quantum ad ipsam quartanam non ita cito: sed remanet post recessum continuæ per tempus. & breuiter fit talium terminatio secundum diuersitatem materierum peccantium: nam cholera abbreviat, & phlegma prolongat: & similiter melancholia. quare propter hæc quædam inter chronicas: quædam inter acutas collocatur: nam, ut Aui. contingit aliquem hemitritæum ultra. vii. menses prolongari: nam causam habes supra de tertiana nõ pura. & tu ibi, & præcipue ueritatem habet, quando materiæ sunt non infestantes, & uirtuti molestæ: quod, si contingat ipsas esse uirtuti multum molestas, & infestas; necessariò oportet cito terminari: & sic erit acuta, & quandoque est de febribus interficientibus lædendo uirtutes naturales, & producendo corpus ad hecticam, & hydropem à causa calida. & sic patet, ut Gentilis, quod est portitor periculorum.

Hemitritæus est peior alijs febribus, & magis inducens morbos chronicos; ut phthisim, hydropem, & huiusmodi.

Hemitritæus ut supra magis reperitur in transitu à pueritia ad adolescentiam, & de iuuentute ad primum senium, magis accidit prælatis, siue episcopis, qui ante prælaturam pauperes fuerunt, ut supra: & mercatoribus, siue his, qui facti diuites ab exercitio suo quiescunt.

Maior hemitritæus incurabilis ponitur. unde consulit Gilber. ut nemo de ipsius cura se intromittat.

Si in medio, & minori fluxus nimius supuenit; mortale.

Vrina pauca mortale: significat enim aut adustionem, uel casum uirtutis.

Spiritus anxius cum pulsu inæquali, & inordinato periculum in minore ostendit.

Paroxyfmi comitantes, uel subintrantes sunt deterioris cognitionis: coalternantes uerò faciles. & tu hic attende signa prognostica supra in simplicibus dicta, quæ adinuicem compone, ut de demonstratiuis actum est.

Postremò audi Aui. proprio cap. Et si natura non fuerit fortis ad resistendum; tunc non prodest curatio, quocunque modo fiat.

De cura hemitritæi secundum suas species omnes, & primò de cura ueri. Rub. 3.

ET si quis tantæ erit solertiæ, ut omnes species eius benè cognoscat; curam sciet leuiter exhibere: quia secundum humorum compositionem cura debet esse composita: nam secundum exigentiam calida cum frigidis, & humida cum siccis debet commiscere: natura enim, ut Auic. proprio cap. & in. 5. primo cap. inter calidum discernit, & frigidum cum frigidis infrigidando caliditatem. cordis superfluum, exterminando cum calidis materiam calefaciendo, & digerendo. debet ergo medicus esse sollicitus, benè prudens, benè coniecturatiuus. unde Almanf. omnes febres compositas nominare non possumus, neque cuiuspiã subiicere curam. unde oportet huius inspector disciplinæ simplicium formas, & earum curas cognoscat, & compositarum cognitionem benè mensurare. & super omnia aduertat, ut fortiori, ac grauiori magis sit sollicitus. quod si cho-

lera fuerit ad extinguendum, & euacuandum, &c. & ita de alijs. considera itaq; materias, & earum locum. & tu compone medicamina secundum earum, & loci ipsarum exigentiam, quæ, ut facilius comprehendas, ad particularia condescendam: & iuxta ea, quæ de alijs posita sunt, primò ponam canones: deinde eorum complementa.

CANONES. Ordinatio diætæ, lenitio, minoratio, reiteratione digestio, reiterata euacuatio, & prouocatio urinæ primò, deinde sudoris alteratio, membrorum læsorum confortatio accidentium remotio. & hæc omnia oportet ordinare ad contrarium causæ.

Vnde pro primo ordinetur diætæ composita secundum compositionem materierum peccantium tam ex parte aeris, quàm ex parte aliarum sex rerum non naturalium; ut & cibi, & potus, de quibus supra. 3. cap. et initium faciens à uero, de quo Aui. specialiter locutus est dicendum, quod omnes studere debent, ne phlegma ad intra putrescens frigiditate aeris eius humiditate augeatur: similiter ne eius caliditate, & siccitate cholera furiat. propter quod aerem elige, aut fac in actiuis, & passiuis temperatum.

Motum dimittat, & quiete utatur.

Somno utatur temperato.

Inanitio, ut infra melior repletionem: imo repletionem euitet.

Ac animæ omnia fortia accidentia, licet aliqui commendent quandoque prouocationem ire, ac timoris in exterminum phlegmatis conferre: sed puto tutius dimittere.

De cibo conuenit panis debite fermentatus, coctus, à fursure mundus. carnibus utatur temperatis, & laudatis, ut tertio capitulo. conueniunt prius bullitæ, & in ueru: deinde ad perfectionem completæ. ferculis, & alijs utatur, ut conuenit in causa calida ratione cholæræ, & febris continuæ phlegmaticæ. comisce aliqua ex his, quæ conueniunt in causa frigida, & humida: sed primò sint potentiora, de quibus supra. 3. c. spinachia, atriplices, iuscula hordei, auenatum, amygdalatum, in quo ponatur aliquid piperis, & cum his ponantur aut succus granatorum, aut berberis, & hmõi.

Pro secundo fac clystere lenitiuum ex bliti, mercuriali, matre uiolarum, summitatibus caulium cum cassia, puluere zucchari albi, oleo, & sale, ut supra in radicibus uniuersalibus.

Pro. 3. nota ut Genti. quod cum hæc feb. sit repletionalis, plusquàm alteratiua, & sit maior intentio euacuando in ea, quàm in simplici propter diuersitatem materiæ, & multitudinem. idè debemus in principio esse multum solliciti in euacuatione fienda. propter quod dicebat Aui. necessarium est in hemitritæo, ut uehementem habeas sollicitudinem in euacuando materiam secundum speciem euacuationis ex solutione uentris, uomitu. & idè minoranda erit materia saltim minoratione communi, & propria, & maxime cum his, quæ naturam soluunt, & leniunt, & non inquietant, ut Aui. & idè detur lubleb, & est species lacticiuij euacuantis choleram, & phlegma. & exponunt quidam, quod est lupulus: item mannam, cassiam, & huiusmodi: & de his statim. & similiter natura inclinante potest fieri uomitus, dummodo faciliter fiat. & minor est intentio ad alterationem cum extinctiuis propter phlegma abundare supra choleram. propter quod dixit Aui. necessarium comparando solutionem ad alterationem. & sit tibi pro regula: ubi. materia frigida dominatur calidis, & contrà. contrariam fac regulam; quia. s. ubi humor calidus, maior sit intentio alterationi: & ubi æqualiter; æqualis. & hic nota pro sequentibus, quod in cura hemitritæorum non debes uti medicina fermentata: sed recenti, ut uirtus possit separare, & uti calidis contra frigida, & frigidis contra calida, ut supra. & benè considera.

Pro. 4. digeratur materia cum respicientibus materiam mixtam secundum tuam intentionem; quia, si plus erit ad phlegma; Rec. oxymellis simplicis ʒ. i. mel. ro. colati ʒ. 5. aquarum endiuia ʒ. i. 5. scenic. ʒ. i. lupulorum ʒ. 5. quod si ad choleram magis; loco oxymellis pone acetosum simplicem; & sic de alijs commisce, ut exigit dispositio. & hic attende uerba Aui. inquit. Et cum solutiuis oportet, ut conueniat digestio; quia. s. non debent dari euacuantia fortia. s. que nõ

De febris

sunt lenitiua, nisi prius in materia apparuerit digestio. & e similiter, sicut dictum fuit in cap. de cura phlegmatica: quoniam, cum hac ægritudo sit repletionis; oportet, ut paulatim digeratur, & paulatina fiat euacuatio. tu itaq; prius digestionem sis sollicitus. sed quæres propter dictum Auic. nunquid apparente signo digestionis post septimum sit dandum absinthium. & uideatur, quod non; quia phlegma non euacuatur etiam ex stomacho, ut Auic. 2. cano. c. proprio, & sub areola Membra expulsionis inquit. Et soluit cholera, neq; per ipsum fit iuuamentum in phlegmate. pro illo dicendum, quod, cum apparent signa digestionis; debemus, si æger ipsum tolerabit, ponere de absinthio in syr. quos exhibemus: quoniam ipsum sua uirtute euacuatua, qua euacuat cholera, euacuabit materia peccantis partem digestam. & similiter quia habet uirtutem euacuandi phlegma, licet non uiscosum; etiam de ipso euacuabit aliquid de ipso digestum. deinde oppilationes aperiet: sed non est dandum ante digestionem; cum materiam commoueret, & agitare, & non educeret propter debilitatem solutionis suæ, & super humores conuerteretur calefaciendo, & exiccando, & reddendo humores pigros. & tu elige romanum. i. odoriferum, & non foetidum. consueuerunt Antiqui, & Gale. post eos dare loco digestiui aquam hordei cum pipere, ut apparet per eum in libro ad Glauconem cap. de tertiana, & per Auic. hoc loco: cuius contrarium asseruit Alexander. 18. continentis. 3. c. qui dixit aquam ipsam ratione piperis materiam inflammare, & ratione suæ frigiditatis materiam pigram reddere. hic autem contradictor hereticus habetur in fide medicinali; eo quod negat articulum fidei medicinae. credere autem oportet firmiter absq; hæsitatione, quod natura potest separare hæc composita sibi exhibita, & ipsis diuersimodè uti secundum exigentiam calefaciendo cum calidis, & in frigidando cum frigidis, ut in principio huius rubricæ dicebatur. quare eius sermo non est attendendus. & quia dictum est reiterata digestio; tunc, cum oportet, transeas ad fortius digestiuum; ut ad oxymel compositum acetosum de radicibus, aut de bizantiis, & sic de aliis faciendo tibi magistrale, ut dictum est in capitulis de tertiana, & quotidiana. sed postremò manda menti, quod in die accessionis tertianæ aliud debet esse digestiuum, & aliud in die phlegmaticæ, & tu bene hoc nota: de quo in casu sequenti. & tu ibi & de aqua hordei dic, ut Auic. quod debet poni in modica quantitate ita, ut non calefaciat multum, & sic non nocebit febrim, neq; cordi.

Pro quinto dicendum, quod euacuatio in hac potest fieri tripliciter: aut phlebotomia, aut pharmacia, aut uomitu. phlebotomia autem ratione materiae non uidetur competere, maximè euacuatua: sed ratione fe. continuæ non inconuenit facere euentatiuam maximè in corpore robusto plethorico, uel sanguineo etiam ubi comprehederetur materiam esse sanguini mixtam. de pharmacia dicatur, quod non nisi post digestionem dari debet fortis, ut supra, & ut dictum est de digestiui debet esse solutiuum hoc completam intentionem: ut quod si magis est ad phlegma ipsum solutiuum; magis respiciat phlegma: ut uer. g. sicut electuarium indum: si magis cholera; da electuarium de succo ro. in uigore uincens: v. g.

Recip. electuarij de succo ro. 3. ij. 5. elect. indi. 3. i. 5. & plus, & minus secundum intentionem. similiter rhabar. prius cholera, quam phlegma, & agaricus contra: & tu cum cassia, uel manna, aut similia commisce: ut uerbi gratia.

Recipe cassiæ 3. i. elect. indi. de succo ro. ana 3. i. uel Recip. rhabar. 3. i. 5. agarici infusi in oxymelle prius, ut saepe supra 3. i. da cum brodio pulli, & sic de aliis, ut supra de tertiana notha, & de quotidiana. & euacuationem reitera fortificando, ut de digestiui dictum est; quia procedendo de debili ad forte. & conueniunt circa finem augmenti, & in statu uniuersali, trochisci, & pil. Auic. in hoc cap.

Consimiliter dicatur de uomitiui: quoniam cum expedit: & maximè natura tentante, da uomitiuum facile. deinde gradare ad fortius; ut de syr. acetoso cum aqua tepida ad aquam raphani cum eodem syr. de quo supra in radicibus uniuersalibus, & capitulo de phlegmaticis.

Pro sexto scito, quod prouocatiua in hoc casu debent

esse non fortia: sed æqualia; quia sicut temperata maximè ante apparentem digestionem; quoniam, si darentur fortia ante digestionem, timeretur sirsen. unde Auic. Et cum festinatur in potando decoctiones, quia prouocantia fortia ante digestionem, timetur sirsen. i. capitis apostema: nam prouocantia talia materias agitant, & agitando inflammant, & acuunt, quæ ad caput ascendentes, apostema ipsum causant. similiter prouocantia sudoris non administrantur nisi post multas euacuationes, & post digestionem factas.

Pro septimo uerò dentur alteratiua intus, & extra necessaria, quæ cum temperamento infrigident, & contemperent omnia principalia, & febrem remittant, & cholera alterent; ut & materia ad caput raptum non habeat, & alienationem faciat, & phrenesim, & ne congelent phlegma, & ad stuporem, & lethargiam perducant, & perinde exterius applicata securiora: nam dentur confectiones, electuarium, & huiusmodi iuxta materiam peccantem, & dominium. ite conueniunt troch. alteratiui, & conueniunt troc. Auic. in hoc cap. quando. s. maior est intentio ad cholera, quorum initium. Troch. alij ad inflammatiuam similiter, & alij de prima descriptione. item conferunt mixturam memoratam supra de tertiana, quotidiana: & tu ibi. & adiuuicem compone, ut tua exigit dispositio. membra, si qua læsa sunt; confortentur, & eis subueniatur cum antidotis proprijs rubricis quærendis.

Pro octauo dicendum, quod accidentia consueta in hac euenire, & ad quæ terminatur aliquando, sunt alienatio, stupor, phrenesis, instantia uigiliarum, lethargia, & ad quæ, ut supra hydrops, melancholia, mania, epilepsia, & hectica, ad quam frequenter inducit propter multiplicationem febrim in ea, & prolongationem ipsius. & pro cura omnium horum oportet te reducere ad capitula propria, & ad ea, quæ de eis in precedentibus capitulis.

Postremò aduerte canonem memoratum supra in radicibus, quod in cura eius attendas prius ei, quod magis suspectum est ex duabus febris nullo alio contradicente, uigorando. s. medicina in compositione antidotorum tuorum laudatur smeragdus collo gestatus. item rhabar. cum decoctione seminum communium, in qua resoluta sit cassia, & tamarindi: item trochi. de diarhodon, de spodio: ite agrimonia, semperuiua, sisimbrium: item dixit Varignana. Sisimbrium, agrimonia, semperuiua, corallus, phisticus bene trita dentur cum aqua pluuiali mellita, in qua cocta sint coctana.

De cura non ueri hemitritæ. Rub. 4.

Quando cholera est ad intra, & melancholia extrahat aerem declinare ad frigidum, & humidum. propter quod carnes aut sunt subtrahenda, aut multum alteranda cum lactuca, endiuiia, & huiusmodi portulaca, & huiusmodi. & talia exhibeantur in ferculis, etiam semina communia frigida. uinum non detur: aut; si detur, sit album, paruum, lymphatum cum aqua zucchari. & potus eius sit aqua hordei, aut aqua zucchari, ut supra de tertiana. deinde procede secundum canones leniendo, minorando, digerendo semper habendo hanc intentionem, ut regimen totum declinet ad frigidum, & humidum: in processu autem remittendo frigida, reducendo ea uersus temperamentum propter magnam partem cholerae subtilem esse euacuatam: nam tibi sit generale præceptum, ut magis semper attendas continuam, quam interpolatam aliis paribus. procede itaque iterando digestiua, & solutiua procedendo de debili ad forte, ut supra. & te reduc ad ea, quæ dicta sunt de quartana, & de cholera continua, & misce, ut dictum est. similiter & altera, & prouoca secundum canones dictos. quod, si remanserit quartana sola; tunc attende ei, ut ipsa requirit, de qua proprio capitulo. & de hoc hemitritæ dixit Gilb. de maiori nullo modo nos intromittamus: sed soli Deo relinquamus. Hemitritæ uerò. & minor non nisi maxima cum difficultate curatur. quod, si fuerit maior; quia quartana ad intra, & cholera ad extra; tunc sit aer temperatè frigidus, & ad humidum declinans, & similiter quiete utatur, & somno longo. item repletionem fugiat, & gaudio utatur moderato, & omnia excessiua animi euitet. accidetia. pane utatur

tur bono, & à crustis superioribus, & inferioribus crustato carnibus temperatis, & laudatis supra. 3. ca. & elixar magis, quam affata. pro ferculis conueniunt amygdalarum, auentum, borago, spinachia, panata, lactuca, endiuia. & tu commisce ut supra allegato loco: & tu compone. & fac decline re magis, & minus ad frigidum, uel humidum, ut ipsa requirit cholera. uinum sit album, uel aurelium clarum lymphatum ut supra cum aqua zuccharata, uel hordeata. pisces conueniunt laudati. fructus saltem crudi, & immaturi euitetur propter eorum corruptionem facilem in stomacho, de quibus in radicibus uniuersalibus: & tu ibi. & sit hora cibationis hora magis quieta, & ingrossetur, & subtilietur regimen secundum longinquitatem, & propinquitatem status, ut supra saepe. & iuxta canones. 2. procede ad lenitionem uentris, si opus erit cum frigidis, & humidis saepe memoratis.

Et tertio ad minorationem communem, ut cum casia, & diasenna. & huiusmodi, ut de quartana dictum est, & cum eis, quae respiciunt materiam ipsam compositam, ut supra. 4. cap. uel da rhab. 3. ii. squinanthi gr. iii. polypodii. 3. i. fundatur in aqua lactis. 3. iiii. deinde fortis fiat expressio, & adde casiae, uel mannae 3. i. syr. uiol. 3. 5. & consimiliter & de aliis compone.

Deinde perueni ad digestiuum, quod uariabis in dies, ut ex casu ponendo patebit: ut. R. sy. acetosi simplicis 3. 5. syr. uiol. 3. i. de fumo terre 3. 5. aquarum endiuiae 3. i. buglossae. 3. ii. & procedendo in digestiuis fortioribus da deinde oxymel diureticum cum syr. uiol. & sy. de epithymo cum aquis praedictis. & sic procede ad fortiora, de quibus supra. 5. cap. deinde peruenias ad solutiua. sed hic attende (quia de euacuatione fit mentio) quod post uentris lenitionem. considera si opus est phlebotomia: nam in continua quartana ab Auic. laudatur, ut supra; & tu ibi. consentientibus itaque conditionibus fac illam, & extrahe sanguinis quantitatem, quae tibi necessaria uidebitur.

De solutiuo dicendum, ut supra de uero, & conueniunt electuarium hamech cum rhabar. manna, casia, cum diasenna, & pil. & ad hoc, quae quare. 4. cap. ut uerbi gratia. Rec. pil. de rhabar. & indarum an. scrop. i. aut plus, ut corpus, aetas, & tempus anni expostulant. uel Rec. mannae, uel casiae 3. i. electuarii hamech 3. i. 5. electua. de succo ro. 3. i. sy. uiol. 3. i. & potes cum respicientibus melancholiam, & cholerae facere decoctionem, cum qua extrahes casiam, ut cum lupulo, capil. ue. boragine, epithymo, & huiusmodi, ut supra. 5. cap. deinde procede ad prouocantia, & de uomitu iam dictum est in de uero. tu serua illud. & similiter de prouocatione urinae, & sudoris &c.

De alteratione conuenit diacoralli, manus christi perlatum factum cum gemmis, elec. de gemmis.

Item Rec. zucchari buglossati, &c. manus christi perlati, foliorum, auri, & fac elec. ut saepe supra. quod si in fine esset magna hepatitis inflammatio; da triasandali, diarhodon abbatis, & huiusmodi: aut ex eorum speciebus compositione, ut libet, & dispositio exigit. consimiliter epithema cor, & hepatis, & alia membra, quae tibi uidebuntur inflammata, pro quibus recurre ad ea, quae de pestilentia.

Et consimiliter unctionem confice.

De medio autem dicatur, ut de uero proportionando. & breuiter ex cura simplicium collige curam compositorum, & de his, & de omnibus aliis Deo semper ac beatae Mariae, totique triumphanti curiae gratias. Amen. & ut tibi pro posse satisfaciatur; unicum describam casum, qui tibi erit ut exemplar omnium.

CASVS talis. occurrit Gallus, qui tantum de testamentis laborauit, uir plenus, attinens pinguedini, aetatis. xxxii. annorum, coloris albi, assuetus regimini ocioso, & grossorum cibariorum, ex certa causa in aetate tota multum laborauit, sustinendo famem, ac uigilias, propter calores usus est plurimo potu uini. & tu dirige casum, particulas adde, ut supra in radicibus uniuersalibus in fine. accidente autumno febribus occupatus est hoc modo uidelicet; quia per duos dies primo passus est dolorem capitis cum grauedine totius, & punctione quadam in stomacho percepta, quando ieiunus stabat: sed, si aliquantulum comedebat; sedabatur punctio, & addebatur dolor capitis. & cum sol occubuisset; habuit uomitum ex cholera, & phlegmate: deinde incepit lentè ca-

A lere, & stetit sic tota nocte absque siti. mane uero sequenti per cepit punctiōnem consuetam perseuerante capitis dolore. tunc ipse fecit sibi unum clystere lenitiuum, & tertia hora diei comedit de pulla parua. & post paululum euomit cibum & choleram citrinam, & amaram. & iterum rediit punctio, & statim superuenit horripilatio, & quasi per horam riguit & quiescente rigore multum caluit. cui hoc tempore Siculus noster occurrebat, & percipiens ad tactum caliditatem satis acutam, cum urina citrina, & in substantia mediocri, sine aliquo sedimine praecipit eum a somno abstinere, & fricationes fieri debere leues, & aquam hordei pro potu exhibuit. cumque ad uespertinam horam ad eum rediisset, & inuenisset eum ut prius calētem, & pulsum satis eleuatum uelocem, & spissum: per paululum temporis postea clamauit; Frigeo. & eius extrema frigida facta sunt, & pulsus conuersus est a sua eleuatione, & uelocitate. unde praecipit eum fricari, & pannos calidos apponi circa extrema. & quia fuerat, plusquam per diem naturalem sine cibo; iussit, ut circa secundam, uel tertiam horam noctis cibaretur ptisana, & potaret cum uino debili lymphato, & mane sequenti exhibuit tale solutiuum.

B Recipere pulpae casiae 3. i. turbith. 3. 5. rhabar. 3. i. distemperentur cum decoctione passularum, & rosarum in aqua decoctarum. deinde facta operatione dedit pro lauatio aquam hordei hora sua. deinde cibauit pulla alterata, ut supra: & potauit eum uino, ut supra. ordinauit, ut dormiret in duabus horis. deinde appropinquante hora uespertina fecit eum fricari fricatione mediocri: & tamen circa. xxii. horam pur frigit in extremis, & etiam caluit. tamen calor lentus, & mitis erat, neque illa nocte fuit multum molestus. coenam ordinauit circa. iiii. horam noctis, quia ptisanam. in mane uero fecit clystere lenitiuum in ortu solis. deinde accepit cibum pullam alteratam, ut supra: & post cibum paruo tempore euomit, & riguit. ut tertia die praecedenti. deinde est accensus calor, & acutus, et factus est inquietus: tunc administruit de triasandali, et potauit cum aqua hordei, et cum peruenit ad. xxii. horam; cepit iterum infrigidari circa extrema, et inuoluit pannis. sed post paululum recessit illa frigiditas: et iterum caluit, et a principio acutius, quam in processu noctis. in quarta itaque hora cibauit eum ptisana, et sic certificatus fuit, quod erat uerus hemitriticus. et, quia in die solius phlegmaticae erat urina subcitrina, in substantia mediocri, cum sedimine satis attestante digestionem, et erat cum parua siti, et parua inquietudine, et parua instantia uigiliarum: in die uero accessions erat urina citrina, sine sedimine, et erat aeger cum siti magna, et inquietudine, et aestu; putauit, quod cholera dominaretur super phlegma, et quod phlegma esset satis benignum. propterea iudicauit plus attendendum fore cholerae, quam phlegmati. dedit ergo in die accessions tertianae sy. ace. simplicem cum aqua endiuiae, et lupulorum. in die autem medio dedit acetosum compositum cum dictis aquis. post euacuauit cum hoc pharmaco.

C Rec. casiae tractae 3. i. agarici, rhabarbari an. scro. i. salis gemme, squinanthi an. scro. 5. fiat decoctio ex prunis, tamarindis, prunis, uiolis, et passulis. et uigoraui medicinam cum. 3. i. electuarii de suc. rosa. et exhibuit in die phlegmaticae, sicut est semper sciendum in hemitritico tali. et nota, quod non solum, quando cholera dominatur super phlegma, est magis intendendum digestionem, et euacuationem cholerae: sed etiam a principio aegritudinis in omni tali mixtione, nisi phlegma multum superdaretur cholerae. quod debet fieri propter festinum motum cholerae, et maiorem eius obedientiam, ad digestionem, et euacuationem. facta autem euacuatione, et intestinorum crebra mundificatione conuertebat intentionem suam ad stomachum eius confortando eum cum mastiche, et aliis unguentis, et cerotariis, et cofectionibus, et iterum redibat ad digestionem cum sy. de bizantiis cum aqua foeniculi: et hoc in die phlegmaticae, in die cholerae cum eodem, et aqua endiuiae. deinde dabat pharmacum tale.

D Rec. casiae 3. i. electuarii de succo ro. et electuarii indi ana 3. i. 5. cum decoctione passularum, et ro. ana. cum modico scium en. et bene successit: nam post hoc recessit cholera, et remansit phlegmatica sola, et tunc intendeat ad ipsam solam cum his, quae de phlegmatica dicta sunt. tu itaque sic in ceteris operare

operare ad similitudinem huius seruando modos prædictos: sed uariando antidota secundum uarietatem materierum peccantium, quæ omnia Iesu glorioso obediunt, & sine quo nihil boni operaberis. ad eum itaq; te semper referas, ut tibi semper succedat, qui sit à te benedictus per infinita secula amen.

DIGESTIUM quando materia melancholica putrescit ad intra, & cholericæ ad extra. Recip. syr. acetosi simplicis, syr. uiol. ana. ʒ. i. aquæ endiuia ʒ. i. ʒ. aquæ buglossæ ʒ. i. & ordina pro duabus uicibus, & clarifica, & aromatiza cum sandalis citrinis. quod si ægritudo prolongabitur, dabis oxymel diureticum cum syr. uiol. cum aqua buglossæ, & endiuia, ut supra etiam inlepiendo.

Ex solutiuis compone, quæ materiam compositam respiciunt: ut Recipe pil. de rhabarba. pil. indarum an. uel pone plus de uno, quàm de alio secundum tuam coniecturam respectu pluralitatis, & paucitatis alterius materiæ peccantis.

Vel Recipe electuarius hamech, & electuarius de sacro, & compone, ut dictum est.

Ex confectionibus sunt diacoralus, manuschristi perlatum. uel describe sic.

Recipe margaritarum ʒ. i. ʒ. coralloꝝ ru. ʒ. ii. saphyri, granati, rubini, smeragdi an. ʒ. ʒ. cinnamomi ʒ. ʒ. zuchari ʒ. viii. cum aqua ros. & buglossæ ana. fiat confectio. quod, si hepar esse multum inflammatum; conuenient trifandali: & tu compone confectionem frigidam ex dauis. item, si cor esset similiter inflammatum: conueniunt epithemata cordialia, conueniret & diarhodon, & huiusmodi. considera.

Electuarius fac consimiliter ex zucharo uiol. boraginato, cum speciebus iam dictis, & deaura.

Ex appropriatis, & expertis in hemitritæo quasi nulla reperiuntur simplicia, aut composita; quia cura compositorum pendet ex cura simplicium. dixit tamen quidam ualere hoc antidotum.

Recipe semperuiam, agrimoniam, sisimbrium, & corallum, & fisticum. hæc omnia benè trita dentur cum aqua pluuiali mellita, in qua coctana sint cocta. uerum laudatur semperuiua, & sisimbrium à proprietate. & credo, quod hoc antidotum ualeat magis in hemitritæo de phlegmate, & cholera. ualeat smeragdus collo appensus.

Ubi uero fit ex phlegmate ad intra, & cholera ad extra, & magis respiciens phlegma; da digestiuum.

Recipe oximellis simplicis ʒ. i. mel. rosa. colati, iulep uiol. ana. ʒ. ʒ. aquarum endiuia ʒ. i. foeni. ʒ. i. ʒ. quod, si magis cholera loco oxymel. pone acetosum simplicem: & loco aquæ foeni. endiuia, &c. deinde ad fortia te transferas dando acetosum compositum.

Vel fac syr. magistralem sic. Recipe radicem foenic. apij, endiuia ana ʒ. ʒ. seminum ani. foeni. ana ʒ. ʒ. ro. rube. ʒ. vii. liquiritia, passularum ana ʒ. iii. succi endi. apij ana lib. i. de coque in lib. iii. aquæ ad consumptionem tertie partis colatur, & addantur colaturæ ʒ. v. aceti, zuchari lib. i. ʒ. mellis lib. ʒ. fiat syr. longus, aut breuis, ut libebit.

De solutiuis dico, quod colligere debes in his, quæ de quotidiana, & tertiana dicta sunt, & compone. & consimiliter dicatur de confectionibus, & aliis: nam (ut dictum est) ex notitia simplicium habetur, & compositorum.

Quod, si melancholia fuerit extra putrescens, & cholera intra; tunc aggrega, quæ choleram, & quæ melancholiã respiciunt ex habitis supra de tertiana, & de quartana. sed semper sis magis sollicitus in omni hemitritæo circa materiam, quæ est ad intra peccans semper aliis paribus. item in eis procede secundum exigentiam materiæ: ut quod si fuerit furiosa, aut multa in principio; procede euacuando &c. ut materiæ conuenit furiosæ. item ex parte epithematum, & aliorum; ubi esset inflammatio magna, & alia similia, quæ indigerent remediis talibus. laudant Gale. et Auicem. de cura eius, ubi materia sit phlegmatica, & cholericæ; aquam hordei cum pipere. ualent troch. ro. cum spodio, item rhabarbarum cum decoctione seminum communium, cū qua extracta sit cassia, tamarindi, &c.

E De cura hecticæ cum putrida compositæ. Rub. 5.

PRINCEPS non fecit capitulum, neque mentionem magnam fortasse relinquens eam scitam ex dictis de febre ipsa composita. neque Antiqui nostri de ea multum memorati sunt, & illud ideo, quia cura est difficillima ex contrarietate contingenti inter hecticam ipsam, & putridam: nam hectica in frigidantibus, & humectantibus eget, ut supra de ea; & non laxatiuis, neque desiccantiuis, desiccantibus humores, qui sunt causa putredinis, neque mundificantiuis, neq; aperitiuis, & huiusmodi. quibus omnibus putrida eget, & maior accidit hæc contrarietas; quando complicatur cum phlegmatica, quod est secundum plurimum, ut supra; quia ista indiget calefacientibus, & exiccantibus. facilius autem est cura eius, quando cholericæ complicatur, ut patet. & tentans in hoc tibi satisfacere iuxta ordinem supra pono.

CANONES, quorum primus est ordinatio diætæ, circa quem oportet magnam habere considerationem. sed hic nota canonem canonum, quod in casu isto te oportet attendere ad id, quod est magis timorosum altero non neglecto. & ideo, si plus de hectica times; tunc regimen debet declinare magis ad frigidum, & humidum. si plus de putrida, & fuerit phlegmatica; minus: imo procede cum temperatis in actiuis, & passiuis. quod si fuerit cholericæ; tunc, ut patet, declinabit ad frigidum, & humidum. quod, si melancholica; ad temperatum in actiuis, & ad humidum: & consimiliter de digestiuis. unde te oportet multa in hac prudentia uti. tu itaq; sis sollicitus in expellendo humiditatem putredinalem, & custodiendo naturalem, ut poteris. quod facies dando cibaria boni chy mi generatiua, & cum hoc alteratiua, ut ptisana cum brodio pulli macri. & ideo benè dixit Gilb. quod talia debent esse medicinalia caliditatem febrilem alterantia, ut etiam sunt alterata cum lactuca, endiuia, & huiusmodi ex cibis bonis ut 3. cap. sub modo etiam de uino dicatur lymphato plus, & minus, ut decebit, & de reliquis proportionabiliter. & in cibando benè nota horam inuasionis, ut cibetur ante debito tempore: sed postea cessante angustia, & quiescente febre, ciba.

G Secundus est digestio, in qua debet esse intentio composita, ut dictum est de cibo: ut uerbi gratia, si fuerit cū phlegmatica complicata;

Recipe aquarum lactucæ, scariolæ ana ʒ. i. ʒ. aquæ menthe ʒ. i. aquæ foeniculi ʒ. ii. zuchari ʒ. ii. misce. non procedo in alio exemplo; quia de ipso in casu, de quo statim, dicetur.

Tertius est euacuatio, per ipsam intelligendo lenitionem, & uomitum. lenitio fiat, si uenter stypticus erit, cum compositis, ut in phlegmatica, cum bliti, mercuriali ana M. ʒ. matre uiolarum, malua ana M. i. saluia quartam. M. i. fiat decoctio, & cum oleo uiol. communi ana ʒ. i. ʒ. & sale ʒ. ii. fiat clystere. & certè securius est cum clysteribus transire iuxta illud Auicem. prima quarti de cura putridarum in generali. Et quod apud me magis dilectum est, est administratio clysteriorum: uirtutem autem non debilitat: nã solutiua plus exterminant uirtutem. & ideo in tali casu; quia uirtus debilis est, debes exhibere, cum erit necessarium, medicinam solutiua debilitat ipsum humorem respicientem. unde à benedictis noli te elongare: sed cum eis stes, & quanto plus potes, ipsas euita, & aquæ fructuum. & decoctiones ex fructibus cum infusione aut rhabarbari, aut agarici sunt in casu conuenientiora, ut infra; quia liquida humida sunt satisfaciencia intentioni principali, cum quibus semper pone aliquid, quod sit cordis confortatiuum. nota insuper horam afflictionis phlegmaticæ, aut cholericæ. & da ante per tempus debitum, & in die minoris afflictionis. per uomitum fiat euacuatio si facile fieri potest materia etiam habente ruptum ad superius.

H Quartus est alteratio, quæ fiat ex electuario restauratiuo dicto supra de cura hecticæ simplicis cum rosata nouella, ac sic de aliis, ut ibi, semper habendo intentionem compositam, ut dictum est. balneum autem in hoc casu non administratur, nisi prius benè digesta, & euacuata materia. & quia, ut dictum est, cura huius pendet ex cura suorum simplicium, quorum curam diffusè tractauimus, si tibi casum aliquem

aliquem de cura eius posuerō; tibi satisfactum esse putabo.

Casus. Titius complexionis frigidae, & siccae naturaliter, postquam deuenit ad aetatem. xxviii. annorum, & usum frigidorum ciborum, quibus etiam retroactis temporibus usus erat; multiplicauit multum phlegmatis aquosi per indigestionem. & erat quasi continuè expuens, & insipidè: & quandoque uidebatur ei spiritum eius saporis esse butyrosi: erat autem eius habitudo macra, & siccae cutis stypticus uentre. hic autem à febre latica capiebatur, & quasi per mensem aegrotauit de ea febre non curans, quasi putaret se non febrere: tamen à cibis grauabatur stomachus eius. quare putabat eius malam dispositionem solum esse stomachi sui debilitatem. & tunc studebat eius remotioni cum applicatione facellorum stomachalium calidorum, & stypticorum, & unctionibus, & huiusmodi. & interim de domo non recedebat, & non iacens: sed per domum continuè perambulabat. postquam autem peruenit ad. xxx. diem; ipse incepit manifestè percipere, & similiter eum tangentes se supercalefieri post assumptum cibum per horam, & durabat illa caliditas circa duas horas: deinde remouebatur. interim incepit cadere uirtus motiua manifestè, & corpus extenuari. uocauitque Siculum nostrum in die. xl. ab habita febre latica, & ipse considerans, quae dicta sunt, & alia multa signa, per quae ipse Siculus discurrebat ex habitis de latica, & hectica, & uidens urinam eius grossam in calore remissam, circum supremum eius liuidam, & telam pinguedinis supernatantem, & pulsus eius inueniens paruus, debilis, & strictus absque duritie, & aspiciens linguam sine ariditate, & siti, & in processu inueniens, quod omni sero circa. xxii. horam siue accepisset cibum, siue non; manifestè calebat praecedente aliqua leui infrigidatione pedum, & digitorum manuum, quam etiam ipse comprehendebat: iudicauit eum pati febre phlegmaticam cum hectica complicatam, & in fine primae speciei, uel in principio secundae: tunc ordinauit aerem camerae ad temperamentum uersus aliquam caliditatem declinare: quia erat de mense nouembris. & ordinauit, ut pro posse laetaretur, & quod omni mane circa ortum solis fricaretur leui, ac molli fricatione cum panno leui, & post fricationem ungeretur oleo amygdalarum mixto cum oleo uiol. & pinguedine pulli recentis: & hoc per totum dorsum, & circa thoracem, & facta unctione acciperet de hoc electuario.

Recip. rosatae nouellae, diapenidion candidi an. 3. iiii. pinearum mundarum, amygdal. dul. pisticatorum ana 3. vi. componentur adinuicem. de quo accipiet 3. i. post cuius assumptionem dabat medium cyathum uini albi lymphati. deinde post horam cum media apponebat stomacho cerotum de mastiche pingui cum pauco olei nardini confectio, & tenebat ipsum per horam: & tunc eo remoto assumebat de confectioe ros. nouellae 3. iiii. deinde bibebat medium cyathum uini, ut supra: deinde immediatè cibum suum pullum. s. pistum; uel perdicem, & post cibum accipiebat de dicta confectioe, & bibebat. deinde sic ad mediam horam quiescebat aliquando dormiens, & aliquando nullo modo dormire poterat propter supercalefactionem. cibi cumque appropinquaret hora uespertina exacerbationis extrema: similiter fricari faciebat, & apponi iubebat pannos calidos, & sic continuabat, donec calor manifestabatur: & tunc accipiebat de electuario supra scripto, & bibebat. cumque ad quartam horam noctis perueniebat, calore febrili iam per totum expanso, accipiebat coenam suam pullum. s. ut supra. in decima autem hora noctis accipiebat duo oua sorbilia, & de confectioe supra dicta cum paruo potu, & ante illa duo oua fricabatur & ungebatur, ut supra. in aurora aut sequenti dabat syr.

Recip. radicem boraginis, buglossae, apij, & foeniculi ana. 3. i. seminum endiuiae, lactuca, sandal. alborum, rub. an. 3. ii. ro. uiol. capillis uen. florum buglossae, florum chamemillae, meliloti ana 3. i. cinnamomi, liquiri. ana. 3. i. 5. florum lambruscae 3. ii. granatorum coti 3. iiii. menthae siccae, squinathi ana 3. i. hordei excorticati, iuiubarum, sebesten, passularum ana 3. i. decoquantur haec omnia in sufficienti quantitate aquae, & cum zuccharo, & penidiis fiat sy. dosis 3. ii. cum aqua decoctionis passularum anisi, mastich. & seminum communium frigidorum maiorum. faciebatque ipsum sex diebus con-

tinuis accipere: deinde dabat solutium de cassia fistulati Nico. absque tamarindis, & modico electuario indo. Tu uide receptam cassiae fistulati, & ordina, ut licebit, uel sic.

Reci. cassiae fistulati 3. i. electuarii indi 3. ii. diapenidion, loch de pino ana 3. i. 5. da distemperatum cum brodio pulli. processitque cum hoc digestiuo, & euacuatiuo, euacuando ipsum omni mense bis, aut ter. interim ordinauit clystera ex succo blitis, & brodio pulli, melle, & zuccharo ru. oleo communi, uitellis ouorum, & pauco sale, & sic continuauit, & processit haec aegritudo usque ad mensem Martii, & saluatus fuit Dei Iesu auxilio, qui sit semper benedictus per infinita secula. amen.

Potremò aduerte, quod, si fuisset complexionis cholericæ cum siti, & aliis huius accidentibus caliditatem significantibus; tunc tua fuisset procedere cum frigidioribus, ut in unguento addere oleum de papauere, mucillaginem feminum cytoniorum, & huiusmodi: & consimiliter in syrup. elect. confectioibus, & huiusmodi, cum frigidis, & humidis magis, ut supra de hectica simplici.

B De febribus erraticis. Rub. 6.

ET, LICET Auicen. de eis mentionem faciat ut infra statim capitulo de quintanis, sexantis &c. tamen, quia, ut dicitur, sunt secundum plurimum febres mixtae; hinc de eis placuit rubricam ponere ad febres compositas conuenientem.

Dico igitur, quod febris erratica est febris secundum plurimum, ac quasi semper periodica, & à mixtione diuersarum materierum in uno loco scilicet intus, uel extra uasa putrescentium proueniens. quae neque certis accidit horis, neque usque ad declinationem certis procedit periodis: sed sic inordinatè uagans nullum in affligendo ordinem seruat.

Cuius causa secundum plurimum est phlegma cum ipsa contendens melancholia. & dicitur erratica; quia sic errando procedit, ut dictum est. dicitur & planetica à planis graecè, latinè error: uel quia cum planeta specialiter cum Saturno similitudinem habet: nam, sicut Saturnus principium ponitur melancholiae; ita & haec febres, ut plurimum quartanae sunt iuxta illud Hippocr. tertio prognosticorum. Febribus inordinatè uagantibus quartanae futurae sunt: nam harum febrium, ut dicitur, materia fit per adustionem, siue partium subtilium resolutionem, & conuersionem eius ad naturam melancholicam. dicitur periodica; quia rarissime est continua: imo uera erratica nunquam est continua. unde Platearius. Febris erratica semper est interpolata. & dicitur à mixtione; quia non inconuenit ex una simplici materia prouenire posse: & hoc, quando in ea materia reseruantur naturae humorum diuersorum componentium illam: ut uerbi gratia, si contingat materiam tertianam non puram propter longitudinem eius uenire ad adustionem, qua conuertatur ad naturam melancholiam. in febre autem erratica materiae non sunt mixtae mixtione unita, ut supra dicebatur de tertiana non pura: sed utraq; materia suam seruat naturam: & hoc secundum plurimum, ut dictum est. tu tamen aduerte hoc, ut supra de periodicatione febrium, quod aliquando accidit haec diuersitas in periodicando, in postponendo, anticipando ex parte dispositionis corporis, paucitatis, & multitudinis materiae. & ideò benè considera, ne decipiaris. dicitur in uno loco. & nota; quia dicitur scilicet extra, uel intra; quia materiae haec, & si sint extra, uel intra; tamen habent aliquando diuersas mineras putredinis, & in diuersis particularibus locis ita, ut tales materiae faciant diuersas feb. & una putrefiet post aliam. unde aliquando in eodem die facient bis, uel ter typum. & aliquando in mane, aliquando in uespere: & sic de aliis secundum naturam humorum putrescentium: quandoque de tertio in tertium: quandoque de quarto in quartum: quandoque anticipant: quandoque postponunt: quandoque nullo modo affligunt: quandoque autem minera putredinis est in eodem loco, sed una materia citius putrefit, & alia tardius propter heterogeneitatem ipsarum: & ideò in paroxysmis accidit confusio. unde Gord. licet propter diuersitatem suorum paroxysmorum, & eorum confusionem uideatur nobis errare ab inordinato modo affligendi:

ditamen secundum ueritatem quælibet sequitur motum suæ naturæ secundum, quod exigit humor. idè benè dixit Gilber. quod errant secundum apparentiam. dicitur. cuius causa: nam aliquando fit à materia cholericâ, & phlegmaticâ: aliquando à phlegmaticâ, cholericâ, & melancholicâ; sed secundum plurimû. dicitur cum ipsa: nam cû tales humores sic commiscentur; tunc adinuicem contendunt, & tali contentione, aliquando motus unius est faciens suum paroxysmû, & s'm suam periodicationem, & aliquando motum alterius est similiter faciens, & sic accidit paroxysmos uariari, & erraticas feb. fieri, de quibus feb. dicit Auic. allegato cap.

De proprietate harum feb. est, ut stent in suo sine secundum ordinem unum, idèst, quod in processu perducant ad febrem seruatam ordinem unum, & plurimum illius est supra quartanam. & iam testificati sumus eam quintanam. uerum ipsa perducit ad quartanam: quoniam in humoribus est exuberatio, & in humiditatibus scilicet membralibus multitudo: quia scilicet ad hoc non fit facta multa consumptio: nã si non erit magna compositio; poterit ex illis generari melancholia, quæ poterit seruare suum periodum; quia de quarto in quartum affligere. quod, si erit paucitas in eis, & ex illis generabitur melancholia; ipsa ratione paucitatis non mouebitur de quarto in quartum: sed tardabit motum suum. & sic, ubi deberet causari quartana; fiet quintana. in summa itaque, cum fiat horum humorum adinuicem contentio; fit ipsius feb. prolongatio: ad quam prolongationem fit à calore præternaturali adustio in humoribus ipsis, ac partium suarû subtilium resolutio remanentibus grossis incineratis, & ad naturam melancholicæ conuersis. quare in quartanam conuertitur. ad quod concurrit, quod humor melancholicus tardius resoluitur cæteris. & idè in longo processu feb. alios dicitur uincere; quia posterius remanet fortius resistens. unde postea fit in tota massa dispositio unã, & uniformis; quia ad naturam melancholicæ tendens, & breuiter propter causam assignatam feb. erraticæ sequuntur feb. prolixas.

Tempus autem his febribus proportionatum est finis ætatis ueniens ad autumnum; & ætas est finis consistentiæ uersus principium senectutis primæ. propter quæ dixit Hip. allegato loco. Certius autem circa autumnum, & præcipuè his, qui. xxxv. annos præterierunt. accidit & quandoque inordinatio paroxysmorum, quando aliquod apostema est in mēbro à corde multum remoto. propter quod inordinate continuatur eleuatio uaporis putridi ab eo ad cor. cōsidera. & fuit modus Almanfori. de ipsis etiam feb. errantibus locutus est dominus Hippo. tertio aphor. aphorismo. xxiii. & tu supra in aphorismis.

SIGNA demonstratiua habentur ex ipsa notificatione: uerum aliqui addunt ex parte urinæ, & aliorum signa, quæ sunt signa melancholicæ, de quibus supra de quartana alii ponunt pro magno signo, quod in die bis, uel ter infirmum molestant. sed non diu morantur in tali molestatione. & habent deinde interuallum sanitatis manifestè, & diem aliquè pertranseunt sine typo, & cum sanitate. & ut plurimum sunt sine typo magno. quod, si ab apostemate euenierint; declarabit illud aggregatio signorum apostematis: ut si in renibus dolor inferius sub dorso, & læsio operationis eorum.

CANONES. Ordinatio dietæ, digestio, euacuatio, calor præternaturam remissio, ne humores integrè aduratur.

Pro primo ordinetur ad cōtrarium causæ, ut sæpe supra.

Pro secundo aggregata digestiua diuersa secundum diuersitatem materierum; ut uerbi gratia, si in massa fuerit phlegma, & melancholia, quod est secundum plurimum, dabis oxy mel simplex, uel acetosum simplicem cum aqua zucarata, aut sumiterræ, uel decoctionis epithymi, & huiusmodi. sed hic aduerte & pro euacuatibus, quod in casu nostro maior debet esse intentio ad humorem melancholicum. proportionabiliter dic de euacuatibus; ut da diasennã cum turbith uel cassiam cum myrobala. indis, aut cum sumoterræ, & huiusmodi.

Pro ultimo procede cum extinctiuis humidis, non tamè fortibus; ut cum aqua hordei, & iulep uiol. & huiusmodi: de quibus de acutis, & supra quinto cap. item ad hoc maximè adiuuat phlebotomia; si uirtus &c. consentiunt. præterea, quæ scripta sunt de cura compositarum supra, hoc adducan-

E tur loco: quoniam sunt iuuatiua multum: imo & necessaria: & tu ibi. & in summa maxima pars curæ huius, ut decimo continentis, est corpus sæpe purgare cum purgantibus melancholicam, & administrare subtiliãtia sine calefactione; ut syrupum acetosum simplicem præparatum cum epithymo, & huiusmodi.

Postremò nota, quod subtiliantia fortia, & similiter aperitiua fortia non competunt in principio. quare caue eo tempore ab oxymelle composito, & huiusmodi. & idè in cura eorum tempora distingue: ut de aliis putridis dictum est, & maximè de radicibus uniuersalibus: & tu ibi omnino. & hæc de erraticis.

De febre apostematum.

Rub. 7.

FEBRIS apostematum est febris accidens ad ipsa apostemata extrinseca, uel intrinseca, quæ est ephemera, putrida, uel hecãtica. & dicitur feb. accidens: quoniam apostema est ipsius feb. causa, ut prima quarti primo cap.

F Sed dices aliquando accidit apostema curari: & tamè feb. remanet. ergo non est accidens eius.

Dicendum, quod, si curato apostemate, ut in pleuresi remanet feb. illa feb. non fuit accidens illius apatis: sed est feb. de putredine humorum, qui forte benè fuerunt ab apostemate tãquam à causa primitiua putrefacti. uel dicitur, quod aliqui in apostemate, ut in pleuresi apparet cessatio doloris, ac pũctiõnis, siue grauitatis propter resolutionem magnæ partis materiæ apostemantis, & iudicatur ex his, quod apostema sit resolutum, & malè, & tñ remanet febris, quæ .i. à materia remansit ex ipso apostemate procedit, ut in Anaxione pleurítico primo aphorismorum commento duodecimo. dicitur, quæ est ephemera. propter quod nota, quod apostemata intrinseca raro faciunt ephemeram. & causa; quoniam in eis reperiuntur quatuor conditiones fortes ad ipsam putridam causandam: prima multitudo materiæ, qua in re sufficit cõtinuare suam euaporationem, quousq; ad cor perueniat dato, quod in uia ipsis uaporibus multum resoluatur. ad quod concurrat caliditas intrinseca fortior, quàm extrinseca faciens ipsam materiam multum euaporationem suam continuare. se-

G cunda est propinquitas magna ad cor. tertia est latitudo uiarum, per quas hi uapores ad cor ipsum deferuntur: nam, cû materiæ apostematum intrinsecorum in uenis sint, & iuxta uenas magnas; hinc liberius ad cor penetrat. quarta est, quod in intrinsecis non reperitur obstaculum prohibens transitu uaporum ad cor, ut in extrinsecis. & propter oppositas conditiones, siue debiliores apostemata extrinseca secundum plurimû faciunt ephemerã: non. n. in apostemate extrinseco dato, quod materia sit multa, nõ est uia ita libera, & lata: nã uenæ, & arteriæ uenientes ad cutim subtiliãtur, & minorantur, & cum minori sunt caliditate, quæ non est sufficiens facere tantam effumationem. & est ipsum apostema tale à corde magis remotum, & obstacula multa intercidunt, ut patet. idè dixit Aui. Sunt secundum plurimum de genere febrü diei, cum apostemata ista non perueniant secundum plurimum ad cor, nisi cum calefactione sua absq; putredine sua; quia. si simplici qualitate, & nõ mixta putredinali uapore: cum nõ possit uapor ipse peruenire ad cor: quia. si. resoluatur, antequam ad ipsum perueniat, sed benè ipsa qualitas. quod, si apata esset magnã ualde, multum de uapore emittens; tunc benè potest fieri putrida. & hoc benè notauit Aui. cum dixit s'm plurimû. itè ad hoc faceret propinquitas eius ad cor, ut apata sub assella sinistra, in mamillis, sub costis, & hmõi. item & hoc faciet malignũ extrinsecum sua malignitate trahens materias mulas in carnibus glandosis, & ibidem remanentes putrescant, ne ex ulcere malo cruris, uel pedis, ad quod sequitur apostema in inguine: item ex forti dolore, ex ueneno: & sic ex similibus causis. & sic breuiter cû Aui. dicit, & plurimû quidè horũ est à causis primitiuis: quia casu, percussione, & hmõi, quæ. i. apostemata sic euenientia causant febrem diei quia ephemeram. considera. dicitur putrida, & hoc habendo respectu ad apostemata intrinseca, quæ secundum plurimum faciunt putridam, & raro ephemeram. cuius contrarium dictum est de apostematibus extrinsecis. & dicitur secundum plurimum; ut aliqui notant: quoniam, sicut dictum

Actum est de apostemate extrinseco, quod ipsum potest solā qualitatem absq; putredine cordi communicare. ita non in conuenit, quod illud idem faciat intrinsecum, ut cum esset pauca materiei in locis angustis, quia in uenis secretis, & arteriis secretis, in loco remoto à corde; ut intestino recto & huiusmodi, & apostemata intrinseca, ad quæ communiter sequitur febris putrida, sunt apostemata cerebri, & gutturis, meri, stomachi, meseraicarum, pectoris, pulmonis, hepatis, renum, matricis, uesicæ, intestinorum, auris, & similia. quomodo autem talia apostemata putridam causent, iam dictum est. dicitur uel hectica. inquit Auic. Et istæ quidem feb. cum prolōgantur; ducunt ad hecticam: & proprie quando apostemata sunt in hepate. & habet hoc ueritatem præcipuè de hectica sequente ad consumptionem, siccitatem, & marasmus, quæ proprie eueniunt defectu nutrimenti, cuius principium est hepar. hectica autem consequens inflammationem, & ebullitionem magis fit propter apostema pulmonis; quia cor non potest debite euentari. unde accidit ebullitio, & inflammatio magna in eo, & in omnibus membris.

SIGNA demonstratiua. hic attende, quod signa demonstratiua febrium putridarum, quæ ad apostemata intrinseca sequuntur, sunt sicut reliqua signa aliarum putridarum, quæ ad putredinem humorum consequuntur: ut uerbi gratia, si apostema, ad quod sequitur feb. fuerit magnum in loco propinquo cordi sufficiens continuare euaporationem putredinalem, & fuerit cholericum, ut erysipila; tunc erit febr. continua uehemens, non tamen tantæ uehementiæ sicut in caufonide, nisi res sit magna. & causa in eo est; quoniam putredo non est sparsa, neq; mota ad exteriora. Auic. Et erit cum exacerbatione de tertio in tertiu, & ita de aliis signis feb. continuæ tertianæ. q. si fuerit tale ex materia phlegmatica; signa phlegmatis apparebunt: & consimiliter dic de sanguineo, melancholico, &c. q. si ex materia mixta; signa mixta erunt. si ex materia ualde acuta; feb. erit ualde acuta cum signis peracutæ, de quibus omnibus actum est supra suis propriis capitulis. & hoc intellige indicatione sumpta à materia apostematum.

Et diuersificantur hæc feb. aduicem in longitudine, & breuitate, malignitate, & periodicatione. unde aliter se habent, quando apostema est magnum, & aliter quando paruum, aliter quando in membro ualde uenoso, aut arterioso & aliter quando est iuxta membrum principale, & aliter quando est in remotis, aliter quando est in membro nobili aliter quando in ignobili. & exemplificando particulariter sequens Duce nostrum dico, quod apostema propinquum cordi, & cum eo communitatem magnam habens est sicut apostema pulmonis, & uelaminum pectoris: & cum ad ipsum sequitur feb. tunc apparebunt signa significantia ipsum apostema, & signa materię apostematis, ut uerbi gratia, in pleuresi ex materia cholericæ. signa pleuresis; quia pulsus serinus, & huiusmodi, febris continuæ de tertio in tertiu magis molestans, cum siti, dolore lateris pungitiuo, inflammatione cum uelocitate, & frequentia pulsus, & huiusmodi de signis tertianæ. uerum urina erit secundum plurimum ad albedinem declinans propter materiam habere raptam ad locum apostematis: & sic de aliis, ut decima tertii proprio capitulo.

Apostema autem remotum est sicut apostema renum, q. debilem habet cum corde communitatem: nam; cum adest apostema in renibus; tunc apparent signa ipsius apostematis, ut dolor, & grauitas in loco renum, & partibus alcatim, caliditas maior consueto. & ad ipsum secundum plurimum non sequitur febris fortis, neq; continua propter paucitatem arteriarum, & uenarum ipsorum. propter quod non multum communicant cordi suum calorem, & communicatum non continuant. sed, ut Auic. tales feb. quia apostematum renum, sunt multoties interpolata; quia cum ordine suæ periodicationis, & multoties non sunt ordinatæ periodicantes: sed de genere febrium erraticarum tertianarum, quartanarum, & huiusmodi, cum quibus sit rigor, & horripilatio, ut in cæteris interpolatis. & harum diuersitatum causa est diuersitas multarum materierum, quæ in renibus possunt aggregari, & aduri. & quia sunt duræ substan-

A tiæ debilis sensus; hinc eorum apostemata non sunt cum fortibus accidentibus, & extraneis: propterea quia sunt à corde remoti: nam quæ sunt in loco propinquo cordi, uel habent magnam communitatem cum eo, aut quia ipsum membrum est uehementis sensus, & neruosum, sunt cum uehementia febrium, cum inquietudine magna, spasmo, & huiusmodi, ex signis acutarum, & peracutarum.

Sed dices. apostema matricis facit aliquando febrem fortem, dolorem capitis, & perturbationem sensuum, & tamen matrix est in loco remoto à capite, neq; habet multos neruos à capite uenientes, neq; cordi multum communicat, cum non habeat multas arterias à corde uenientes.

Dicendum, quod, quando apostema est magnum in matrice ex colligantia, quam habet cum mamillis, & pectore, quæ sunt loca propinqua cordi; potest febrem fortem facere, & similiter sodam, quia dolorem sincipitis, cum quo colligantiam habet, & ex consequenti sensuum perturbationem item & dolorem ceruicis, quia colli: nam colligantiam magnam habet cum nucha, ut est uidere. 2. i. tertii primo capitulo. quæ autem sunt apostemata medio modo se habentia respectu loci, & aliorum, sunt etiam media respectu accidentium, & aliorum talium.

B De signo sumpto à pulsu dixit Auicenna, quod pulsus est sicut pulsus aliarum putridarum paruus in principio propter suffocationem caloris à materia, uelocis constrictionis apud statum, quia. s. tempore expulsionis: deinde magnificatur facta expulsionem, & uirtute uigorata: diuersificatur tamen in suis differentiis secundum diuersitatem materiei, & membri: ut, cum est in neruoso, est durus, serinus, ut in pleuresi: si in carnosum, mollis undosus, & huiusmodi.

De signis autem extrinsecorum nihil: quia manifesta sunt. **PROGNOSTICA.** Apostemata intrinseca cæteris paribus semper sunt deteriora, & maioris periculi: nam aliquando extrinsecum, ut uenosum: ut glandula, uel carbunculus est intrinseco aliquo deterius. & ideo dicebatur cæteris paribus. 1. o. therap. cum febres sequentes apostemata prolōgantur; perducunt ad hecticam.

C Quanto apostema est propinquius membro principali cæteris paribus, tanto deterius.

Apostema in membro nobili cæteris paribus deterius, quam in ignobili, nisi illud, quod in ignobili est, seruiret principio: nam aliquando apostema gutturis est deterius, quam apostema stomachi, ut in squinantia periculosa, uel mortali: & tamen est guttur ignobilius stomacho. & tu ad hæc omnia bene attende.

CANONES. Primus & est uniuersalissimus, quod cura earum fit per curam ipsorum apostematum. unde Auic. Radix enim in eis est cura apostematis, quæ febres remittuntur, cum apostema iam saniauit iuxta illud Hippocratis secundo aphorismis. circa generationem saniei &c. ut supra in aphorismis. & ideo prima intentio sit ad curam apostematis: secunda ad febrem. tu tamen simul, quia pro eodem tempore attendas curam utriusque, & semper præmitte intentionem eius, quod est magis suspectum, ut nos auisauit Auic. prima quarti cap. de rebus, in quibus differunt febres putredinis, & cap. de cura febrium putridarum in generali.

D Secundus est ordinatio diætæ, quæ ordinari debet ad oppositum causæ apostematis, & feb. nam apostemate existente calido, ordina diætam infrigidatiuam, & humectatiuam, & proprie in intrinsecis: ex quibus timetur corporis arefactio. unde Auic. Et obseruatio curæ feb. de infrigidatione, & humectatione. modum autem infrigidandi, & humectandi habuisti supra de acutis: & tu ibi. sed hic aduerte: inquit hic Auic. Et in his febribus non conceditur potus aquæ frigide, exponere regulariter, coactè autem quandoq; concedimus, ut in cura erysipelæ, quæ aliter fieri non potest, ut. 9. therap. & supra de radicibus uniuersalibus, & conceditur specialiter post euacuationes. item conuenit lactuca abluta quia magis infrigidat, & humectat, & remouet eius nitrositas, est tamen sanis non abluta melior, ut. 2. cano. tertius est euacuatio minoratiua, si materia fuerit multa, uel uentris lenitio: quartus est digo: quintus euacuatio: sextus particularium administratio: septimus accidentium correctio.

Pro tertio recurre ad capitulum de cura putridarum supra, &

præ, & ad capitulum quintum. ubi solutiua tuo inuenies proposito. & similiter pro digestiuis.

Et pro quinto ibidem: egent enim talia apostemata euacuatione, quæ fiat iuxta naturam peccantis humoris. & tu in particularibus capitulis, & rubricis habuisti particularia solutiua tibi in casu optimè deseruientia. euacuatio cum medicina, aut phlebotomia fit in cura apostematum ratione materię fluentis. & ideo debet esse minoratiua. ratione autem materię iam fluxæ, & in membro fixæ, nullo modo competit: nam, si eam euacuare tentabimus, agitabimus, & non educetur. quare membro illi proxima, & sana lædentur. & est canon Auic. quarta primi de cura apostematum. §. Cum autem humor in uno fuerit membro comprehensus.

Pro administratione particularium distingue tempora apostematum. unde in principio competunt repercussiuua: in augmento uerò resolutiuua cum repercussiuuis uincenibus: in statu æqualiter misce: in declinatione uerò resolutiuua: & hoc maximè in calidis. in frigidis autem oportet in principio etiam repercutere cum remissioribus. & hæc intellige uera nisi repercussio fieret ad principale ex canone generali. unde Auic. sicut exemplificans dixit, quod, ubi apostema sit cresypila: desuper poni debet succus lactucæ, portulacæ, semperuiuæ, cum sauc hordei. & sint actu frigida, & incessanter, & continuè infrigidentur, & permutentur, ne caleant à caliditate apostematis: & hoc ut fiat repulsio, & caliditatis præternaturalis extinctio. & aduerte, quod Auic. hic non posuit oleum aliquod in hoc repercussiuo: quia timuit eius inflammationem, & fuit etiam sententiã Zoar primo thesif. quando uerò caliditas apostematis esset parua: posset poni de oleo omphacino uel ros. sed in apate cholericò multæ inflammationis non, ut dictum est. tu autem in his benè considera, & reduc te ad capitula supra de acutis, & aliis pro complemento septimi.

De recidua. Cap. 18.

QUANDO quis post febrem curatam reciduat: tunc febris de nouo incurrit: quam febrem primò debes benè considerare, antequam ad opus immedia te peruenias. unde primò uelis tibi manifestum esse motum, siue modum ægritudinis, an fuerit à causa primitiua: quia ex inordinato regimine, an à causa intrinseca. quare non procedas immediatè ad remediõrum multiplicationem: nam, si multiplicabis remedia: quia statim dabis solutiuum, & recidua fuerit ex materia praua, & occulta: detegetur eius malignitas, & morietur infirmus tui culpa: nam, ut Auic. Recidua secundum plurimum est scrua. melius quidem est, ut infirmus absq; tui culpa moriatur. unde meo tempore accidit Venetiis, & Paduæ, quod ex tali sic prompta exhibitione medicinarum solutiuarum duo notabiles ciues mortui sunt, qui forte fuissent etiam mortui absq; medicina. sed pro tunc culpa imputata fuit medicis illis, qui certè famosi erant. & ideo caute aggredere recidiam, & non sis promptus in eius cura: sed semper timeas. è quippe recidua sic facta à causa intrinseca deterior sua radice, ut Auic. & secunda sen. cap. quia infirmus debilis est propter febrem præcedentem. ideoq; causa intrinseca magis è apta suppeditare uirtutem, quam erat in principio infirmo existente forti. tu itaq; Deum suppliciter exora, ut te in cunctis cautum faciat, ne hominum dicaris homicida, à quo periculo, & nomine ipse gloriosus meteq; per suam immensam defendat misericordiam. Amen.

Ad laudem omnipotentis Dei, ac gloriosæ eius matris Marię, & beati Hieronymi doctoris opus hoc magistri Michaelis Savonarolæ dictum Canonica de febribus explicat.

DE PULSIBVS
MICHAELIS SAVONAROLÆ
SVMMA INCIPIT.

De esse pulsus.

Cap. 1.



RISTOTELES suo secundo Posteriorum satis declarauit cuiusque doctrinæ principium quid nominis esse: quoniã ignorato nomine rerum, & ipsæ res sic facillimè nobis latet. quare, cum de pulsibus in præsentiarum à me agendū sit: quorum notitia perfecta medico practici quàm maximè est necessaria; statui, quid sit pulsus, in primis notificare.

Dicamus itaq; etiam pro parte cum principe Auic. pulsus est motus receptaculorum generalium spiritus cordis, & arteriarum ex diastole, & systole compositus, à uirtute uitali completus, spiritus, siue caloris naturalis per ærem attractum, & per ipsum inutilem expulsus regituius: nam diastole attractione, & systole expulsionem completur: attrahitur. n. aer frigidus utilis in cordis refrigerium, ac caloris, & calidus nociuus cum capinosis fumis in eius mūdificatione expellitur, & ut Haly. techni. 2. cō. 9. Et Gal. quidem inuuit calorem innatū euentari per id, sicut euentatur ignis per flabellum, & stringitur eius acensio per euentationem, & æquatur cōplexio eius. quibus colligitur motū hūc quē pulsū nominamus, duplici motu esse fulcitum, dupliciq; quiete, sicq; ipsius partem essentialē esse, qui sic pulsus dictus est: qm̄ in eleuatione arterię ad digitos pulsare uidetur. neq; oīa, quia particularia spiritus receptacula, ut hepatis, cerebrū, cæteraq; inferiora in se spiritus cōtinentia mouent, uel pulsant. & ipse quidē ex diastole, & systole, quæ nūquā simul sunt, nō cōponitur: sed ipsis benè cōpletur, & per ipsum sic spiritus regitur, ut non raro, cum adest necessitas aer attractus in spiritum conuertatur uitalē. §. de iuuentutis, & secunda primi allegato ca. hunc autem pulsū maximis cum præconiis extollit Haly. inueniens. Pulsus est nuncius, & preco, qui occulta refert, & narrat, & preco uerus, qui non mentitur. & Gal. therap. vii. Est nuncius, & preco, qui occulta refert, & narrat motibus contrariis, & manifestis, estq; signū ab operationibus sumptū, efficaciusq; quàm q; ab urina, & egestionibus sumitur primi secūda, & accidentibus, & significationibus. pulsus autē cōicatio à cōitate oīum membrorum cum corde sumitur: urinæ uerò, & egestiones ab his, quæ ab hepate, colliget. 4. propter quod eorum significationem non parua est in membrorum nutritiuorum cognitionem. super autem uitalem uirtutem pulsus fortior est. & prima: nam in corde spiritus generatur uitalis, quem certo pro tempore in se cōtinet: deinde ab eo per arterias ad singulas corporis partes deportatur. & quoniam dicebatur ipsum ex diastole, & systole esse completum, acciditq; hos duos motus in arteriis, & corde fieri: ne error contingat, in quo nonnulli dormiunt; declarandum duxi, an corde diastolante arteriæ diastolent, & systolante systolent. existimant autē cum motum percussiois cordis ad pectus sentiūt, quo in tempore, & arteriam digitis sic comprehendunt, tã cor, quàm arteriam eo pro tempore simul dilatari: cum arteria in dilatatione comprehendatur. & si Gal. èt in constrictione eum se comprehendisse scripserit, de quo post, sicq; experientia ducti asserunt, corde dilatato, & arteriã dilatari, & cōstricto cōstringi. deceptos hos esse cū Conciliatore pronuncio; maximè cū de pulsu loquamur naturali: nã de nã naturali secus est: nam, cum apostema esset secus arterias contingeret tales uelocius systolare, atq; diastolare, his, quæ in corde forent, ut in arteriis èt contingit pudendorum, cum quis ad actum coitus fuerit præparatus. quapropter accipiendum primò, q; cordis figura, ut manifestat anotomia, est pyramidalis, cuius pars lata, in qua ora uentriculorū ipsius sedent, pulmōni coniungitur ita, ut in medio quartæ penularū eius sita sit. & penula quinta cordi est uelut culcitrapars uerò ipsius acuta intendit ad deorsum, & ad sinistram utrunq;.

utranque. cum ergo cor spiritum attraxerit ex pulmone, eo que sic repletum fuerit; in deorsum lateraliter tendit, ut à pectore remoueat quàm multum. cum uerò denuo attractum in seipsum conciderit, & euacuatum in naturalem de uenerit figuram sursum ueniens; tunc prosilit pectori, percussioneque perficit: & ita concidens pulsum constituit. ex quibus collige pulsum dextrum fortiorem esse ipso sinistro, de quo infra. & ut res clarior fiat; accipiendum, quòd dilatatio non est aliud, quàm partis localis expansio de centro ad circumferentiam facta, sicut cum folle aer attrahitur. contra uerò est constrictio; quia fit motus ab extremis ad centrum, ut fere terminorum sibi occurrant capita, ut in expulsiōe aeris ex folle comprehenditur. ex quibus patet, quòd, cum cor dilatatur; ipsum abbreviatur, cum undique expanditur, ceu nobis ostendit uter inflatus, quo accidente (cum arteriæ sint ei continuæ) necessariò ipsum sequentur, & in longum trahentur. tractio uerò ipsarum in longum est earum angustatio, ueluti intestinum in longum tractum ostendit. sicque corde dilatato arteriæ constringentur, & si eo tempore dilatarentur, cum in dilatatione fiat aeris attractio; tunc unum aliud in attrahendo sic impediret, ut notum est intelligenti. addo præterea, cum constringitur cor; ipsum expellit, & non nisi in arterias. quomodo igitur poterunt pro tunc constringi, cum dilatari habeant, ut aerem sic expulsum recipiant? expulsio autem ad intra corpus nostrum in receptionem ordinatur, ueluti in operationibus naturalibus comprehenditur. cum enim stomachus chylum expellit, mesaraicæ attrahunt. & cum uenæ magnæ sanguinem ad totum deportantes ipsum à se expellunt; parua per membra ramificatæ recipiunt. estque mechanicis artibus idem, ubi plures conueniunt operatores: ut quod unus perfecit, & à se deinde expellit; alius recipit, & in locum debitum ponit, ut finem consequatur intentum: hisque tandem puto, error est illorum satis apertum esse. secus, cum cor constringitur, & in se contrahitur; tunc eleuatum in cubum, & pectus sic percutit. cum autem dilatatur; in deorsum tendit, & à pectore discedit. & tu similitudinem accipias à manu, cum constringitur, & dilatatur. sicque collige cordis systolem sensu leuiter comprehendere.

De causis pulsus in generali. Cap. 2.

QUONIAM rem scire, atque sine eius causis bene intelligi non contingit, ea propter post habitam definitionem pulsus, ut clarior eius notitia habeatur; de causis eius agendum esse putauit. propter quòd dicendum, quòd pulsus causæ assignantur: uniuersales. scilicet & particulares. & harum uniuersales, siue generales ordine naturæ particulares antecedunt. idèdque de generalibus primò. sunt enim tales quatuor, ut cæteris effectibus assignatæ: efficiens. scilicet formalis, materialis, & finalis.

Efficiens autem communis schola medicorum resonat, quam & prudens sequi habet, est uirtus uitalis, non sanguinis spumificatio, ut nimium subtilis Trusiani tenuit opinio, neque aer, & uentus, ut Erasistratus, plurimique ex prioribus tenuerunt. sed in tali motu aer concurrat, ut actum est: nam, quemadmodum in sole comprehendimus, quòd per artificem fit mediante sole attractio, & aeris expulsio; sic per uitale uirtutem mouentur arteriæ, & cor ad ipsius aeris attractionem, ac eius inuultu expulsione. hancque causam Aui. Contentiuam pulsus, & ipsius essentialem nominauit. Inquit. contentiuæ uerò causæ sunt tres: uirtus uitalis, quæ est in corde mouens pulsum: formalis uerò est ipsorum motuum, & quietum adinuicem recta, ac debita compositio, & ordo.

Materialis autem pro nunc subdiuidatur; quoniam alia est, in qua talis, & est cor, & arteriæ, & cum qua est aer: materialem uerò, ex qua non habet, cum accidens sit. finalem iam aperuimus, quando finaliter in cordis, & arteriarum refrigerium, inque humorum capinosorum expulsionem, ne spiritui, & calori accidat suffocatio, à natura inuentus: nam sic si suffocatio accideret, quemadmodum candelam accensam à fumo circunuoletam, & aeri libero non expositam suffocari contingit. & præterea alia est finalis causa: quoniam

A per pulsus constrictiōem sanguinis in corde digestus, & uitalis spiritus membris omnibus arteriis mediantibus delentur. hi autem propter concauitatem arteriæ simul incedunt, & cum necesse fuerit, natura partem aeris attracti sic puriorem in spiritum conuertit, ut supra, & primi secunda de aere. Existunt autem præter has, & causæ aliæ prioribus minus generales, quarum quædam communes sunt; quia in quolibet pulsu causando concurrunt, & à principe necessariæ uocantur, neque pulsus constitutionem ingrediuntur. unde necessariæ sic dicuntur; quia sine his non contingit pulsum esse. propter quòd essentialia appellantur. contentiuæque; quia pulsus essentialiam constituunt: & hæc tres sunt, ut primi secundo, uirtus. scilicet uitalis, quæ motum causat, ut supra, instrumentum, & arteriæ, necessitasque euentandi, & mundificandi. quæ uerò non necessariæ nominantur, binam recipiunt diuisionem: earum enim quædam inseparabiles sunt, quarum mutatione, & pulsus mutantur iudicia, ut res naturales, ætas, sexus, complexio, & huiusmodi: nonnullæ, quæ separabiles, quæ absolutæ mutant pulsum denominantur. eiusmodi sunt tres non naturales, quæ contingenter nostris possunt applicari corporibus, ut exercitium, balneum, statio sub sole, & huiusmodi, de quibus infra.

De notificatione generum, siue specierum, aut differentiarum eius cum suis causis particularibus. Cap. 3.

POSTEA quàm notificatus est pulsus in generali suis cum causis generalibus; consequens duxi in eius clariorem doctrinam de ipso in particulari loqui etiam suis particularibus causis. propter quòd sciendum, quòd, licet Auic. & cæteri medicinæ authores genera pulsum nominent; id scribunt, ut sub eis species continentur; tamen, ut sub uniuersaliori genere sunt contentæ species, appellantur, dicunturque differentia: quia differunt, & differre faciunt. sed de nominibus non est à medico disceptandum primò primæ doctrinæ. 6. §. cap.

C Et, ut uobis uia facilior de his omnibus fiat, primum concepi, quid pulsus sit temperatus notificare, cuius notitia medico est per necessaria, ut per ipsum pulsus ab eo lapsi melius comprehendantur, ut de complexionibus temperatis respectu temperatæ à medicis agitur: habet enim hic talis pulsus esse signum, ad quòd medicus oculum in tangendo semper habere debet, ut quales sint tacti pulsus differentia comprehendat; absque enim huius notitia semper in iudicando titubabit: idèdque dicetur primò, quòd

PULSUS temperatus dicitur, qui in nulla differentiarum suarum excessum habet, & inter excellentias medium obtinet, ut qui non est paruus, neque magnus: nec est uelox, neque tardus: nec spissus, nec rarus: & sic consimiliter de aliis: sed inter hos medius. cuius causa est fortitudo uirtutis temperata, obedientia instrumenti temperata, & contentum moderatum. ex quo inferitur, quòd non nisi in aere sibi proportionato hæc differentia conseruabuntur, sed hoc theoreticis relinquo. Sed dices, quomodo cognosco pulsum hunc cum nunquam tetigerim temperatum: cum tamen pulsus sit sensibile commune, quòd absque sensu comprehendere minime potest: dicendum primò, quòd differentia, quæ sic tactu percipiuntur communiter, & ut frequentius, sunt magnitudo, paruitas, uelocitas, tarditas, frequentia, & raritas. & ad has medici communiter aduertunt, & non dico spernentes: sed negligentia quadam alias non considerantes differentias sunt. & idèd, cum de communioribus, & quæ bene sensu à nobis comprehendere possunt, agendum sit; dicendum, quòd cum motus pulsus sensibile commune sit, & per rationem tantum male cognosci potest, meliusque multò, si id etiam per sensata fiat; hinc, ut facilior sit eius notitia; exemplum de sensatis adducam: nam sensus de confusis iudicat, & de his, quæ proxima sunt ueritati: sed ratio diiudicat integritatem, qua ex re, si quæ de pulsibus dicemus; ratione, & sensu fulcita erunt, certiora, atque perfectiora redduntur. propter quòd tenendum consonantium musicalium aliquam habere notitiam medico necessariam esse: nam hic motus pulsus, ut apparebit, in quibusdam consistit portioni-